BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
3
D
29

3 C. 29

VENERABILIS VIRI

JOSEPHI MARIÆ

# THOMASII

CLER. REGUL. S. R. E. CARD.

## OPERA OMNIA

*TOMUS QUARTUS.*

Digitized by Google

VENERABILIS VIRI

JOSEPHI MARIÆ

# THOMASII

CLER. REGUL. S. R. E. CARDINALIS

# OPERA OMNIA

## TOMUS QUARTUS

IN QUO

RESPONSORIALIA ET ANTIPHONARIA ROMANÆ ECCLESIÆ

AD MSS. CODD. RECENSUIT NOTISQUE AUXIT

ANTONIUS FRANCISCUS VEZZOSI C.R.

Synops. Bibliothec. Sect. I.

Cod. Lit. M. No. 1206.

ROMÆ MDCCXLIX.

EX TYPOGRAPHIA PALLADIS

EXCUDEBANT NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS. AC REVEREND ISS. PRINCIPI

# SILVIO CARDINALI VALENTI

## S. R. E. Camerario ac Secretario Status.

Josephus Maria de Petio Cleric. Regular. Præpositus Generalis

S. P. D.

SI quum primo Typographi arte vulgatus fuit liber iſte, quem modo ſecundis curis recuſum, Cardinalis Amplissime, Tuo Nomini ut inſcriberem humaniter permiſiſti, Editori ſuo dicere licuit, ſe Virum magis ido-

idoneum, cui ille nuncuparetur, non inveniſſe Hieronymo Cardinali Caſanate, qui uberiori qua pollebat rerum cognitione, eccleſiaſticis doctrinis maxime oblectabatur; illud certe nunc temporis & a me repetatur oportet. Tu enim, quemadmodum & ille, litterarum diſciplinis ornaris; ea inſuper, quæ ad Eccleſiam attinent, impenſe proſequeris. Neque id ſolum ob inditum a generis nobilitate, aut ab optimis Majorum inſtitutis ſciendi ardorem; Sed & eo in bonas artes ſtudio, quod doctorum virorum conſuetudine, qua in mediis, iiſque graviſſimis, Reipublicæ negotiis diligentiſſime pertractandis, ſæpe uteris, conceptum, præcipuos de optimis litteris Scriptores verſando, augere in dies non deſinis. Verum hiſce animi Tui dotibus, quæ & de aliis ſubinde celebrarentur, accedit, Te & Dignitatis qua emines, jure veluti proprio, tibimetipſi tuis ſub auſpiciis ornandum vindicare Opus præſens, in quo dum Romanæ Eccleſiæ vetera Reſponſorialia, & Antiphonaria leguntur, una cum aliis bene multis, quæ ad ſacram Hiſtoriam, & Theologiæ dogmata ſpectant; omnis potiſſimum ratio exhibetur ſacrorum Rituum, quibus nocturno Curſu atque diurno Deus olim colebatur; & unde illi profecti ſunt, quibus hodie in Horis Canonicis perſolvendis Eccleſiaſtici utimur. Quum enim BENEDICTUS XIV, Pontifex vere optimus, ſpecimina ſive prudentiæ, ſive doctrinæ in Eccleſiæ regimine perpe-

perpetuo dederit eximia, quibus ipſum de præſtantia cum illis certare videmus, qui retroactis temporibus Petri Sedem tenentes & veſtigia preſſerunt; tum magnopere enituit, quando Imperii & Eccleſiæ integrum per Orbem diffuſæ, Te unum jam pridem a Clemente XII, (erat enim & ille magni nominis Pontifex) ob Legationes pro eadem Eccleſia præclare geſtas, in Senatum Cardinalium cooptatum, Adminiſtrum & principem Rectorem delegit. Eo in gradu quum ſis conſtitutus, ſicut quilibet in te uno collecta demiratur ea omnia, quæ ad Rempublicam non Athenienſium, non Lacedæmonum, aut veterum Romanorum, ſub unico Magiſtratu vel Rege conſtitutam, iiſdemque legibus utentem, adminiſtrandam requiruntur; ſed Eccleſiæ Catholicæ, quæ Gentium quarumvis imperia pervadit; quæque ideo ad diverſa Principatuum jura componatur neceſſe eſt. Ita & tuum eſt PRINCEPS EMINENTISSIME humanitate & patrocinio illa complecti, quæ pacem ei tranquillam, ſummamque felicitatem conciliare præ ceteris valent. In quibus ſane; ut ipſe optime noviſti, nil præſtantius occurrit quam Religionis exercitium: eo enim, quaſi communi quodam neceſſitudinis vinculo, in ſocietate continemur Catholici omnes, licet natione diſſiti, dominatus diverſis legibus obnoxii, moribus variis inſtructi. Quæ quum ita ſe habeant, celebrent alii tuam illam in artibus & diſciplinis

ſciplinis excolendis, promovendiſque diligentiam pene incredibilem: dicant te Rempublicam adminiſtrante, jura in Civitate ſancte cuſtodiri, artes ornatiores comparere, litteras impenſius coli: alii benevolentiam, comitatem, amorem cum gravitate conjunctum, quibus ſtudioſos viros complecteris: dicant te conquiſitis undique pretioſiſſimis libris propriam domum ornatiſſimam feciſſe Bibliothecam: memorent te nil prorſus omittere quin vigilantiſſimi Principis partes adimpleas. Hæc porro omnia utpote Tui ornamenta ſingularia, me in admirationem, inque tui ipſius venerationem permovent. At dum hocce volumen, quartum in ordine omnium Operum Venerabilis Viri Joſephi Mariæ Thomaſii, primo mei Ordinis alumni meritiſſimi, tum S. R. E. Cardinalis, tibi nuncupandum eſſe cogitavi; illico & ſtatui eo præcipue nomine id fieri oportere, quod ratio immolandi Deo Sacrificium Laudis illi unice debeatur, qui & pietate in Deum præſtet, & Sacerdotio fungatur; & inter commiſſi ſibi muneris partes nullam agnoſcat ea præclariorem, qua ſacros Eccleſiæ Ritus & Ceremonias tuenda ſuſceperit. Et quidem haud injucundum tibi fore confido, Librum inſpicere tuo Nomine decoratum, tuaque ſub defenſione ſe recipientem; in quo oculis fere ipſis introſpicere queas, quanto Religionis cultu & nitore olim tenerentur Romæ Chriſtiani; atque ea cum illis moribus

ribus conferre, quos hodie te moderatore ubique gentium frequentari videmus. Dum enim tales libros excipis, & animi tui Religionem pascis, & omnibus sedulo declaras, quo studio & amore ut Principatus & Ecclesiæ Administrum te geras. Id, nullus dissimulo, tum multis jam præstiteras, tum & quando eos, qui colligendis omnibus Ven. Thomasii Operibus, & in unum veluti corpus adornandis, primas manus admoverunt, in clientelam recepisti: quando iisdem dixisti pergratissimum tibi esse hujus generis libros in Reipublicæ commodum vulgari, exoptares interea ut flammis potius devoverentur, quam typographicæ arti, tot inepta nonnullorum scripta meris nugis refecta, quibus onerantur sæpe Bibliopolarum officinæ: aut dum illis, ut animos adderes, opem tuam omnem liberaliter promisisti; vel dum promissi memor Collectionis editori commodasti Ritus Mozarabici rarissima monumenta, quibus mirifice ornatum in publicum prodiit tertium ejusdem Collectionis volumen. Verum his, quæ animi magnitudinis & humanitatis privata documenta dici possent, unum deesse videtur, quod mecum simul Clerici Regulares a Te cuncti requirunt CARDINALIS AMPLISSIME, ut nimirum hujusce libri munusculum, qualecumque illud sit, tuo Nomine ornatum recipias, ut tuo foveas Patrocinio, illudque respicere velis ceu quoddam & tuæ dignitatis, & nostrum

in Te obſervantiæ publicum argumentum. Cujus voti ſi compotes nos reddas, nil nobis, candide fatemur, accidere uſquam poterit aut magis jucundum, aut exoptabilius.

Datum Romæ in Ædibus S. Silveſtri Montis Quirinalis Kalend. Mart. an. CIↃIↃCCXLIX.

IMPRI-

*IMPRIMATUR*,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſt. Sacri Palatii Apoſtolici.

*F. M. de Rubeis Arch. Tarſen. Viceſg.*

---

*IMPRIMATUR*,

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædic.



# IN ▲ NOVAM ▲ EDITIONEM ▲ PRÆFATIO

*Recuſis jam, ac noſtro qualicumque labore animadverſionibus inluſtratis iis, quæ de veterum divinæ Scripturæ Sectionibus ac Titulis, de variis Pſalmorum Editionibus, de Hymnis, atque Orationali elucubraverat Ven. Card. Joſephus Maria Thomaſius, quarto hocce omnium Operum doctiſſimi Viri Collectionis Volumine, juxta ordinem a nobis deſignatum ſub num.* XXI *Præfationis ad Tomum primum; accedimus ad* Reſponſorialia & Antiphonaria Romanæ Eccleſiæ a S. Gregorio Magno diſpoſita, *quæ omnium primus, quod ſciam, idem Thomaſius Typographorum arte, publici juris fecit hac in Urbe, anno* CIↃIↃCLXXXVI *opera Joſephi Vannaccii. Unde liquido apparet allucinatos fuiſſe eos, qui novam Operum S. Gregorii Magni Editionem adornantes pag.*730 *tom.*III, *in* Obſervationibus *ad hunc librum* præviis *opinantur illum a ſe primum vulgari; ſcripſerunt enim:* nemo tamen veterum Reſponſ. Antiph. ..... complexionem adhuc publici juris fecit.

II. *Multa ſane in veteri D. Scripturæ capitum diſtinctione occurrunt, quæ ſacros Eccleſiæ ritus & ceremonias reſpiciunt; quod aperte Thomaſius ipſe docuit* Præmonitione ad veterum Titulorum S. Scripturæ *Partem ſecundam, pag.*295, *tom.*I *noſtræ editionis: antiquæ enim* Lectiones *ea diſtinctione, quæ tunc temporis uſurpabatur, indigitantur, uti vel percurrenti fragmentum Ordinis Romani exarati ſub Othone primo Imperatore hujus Voluminis pag.*231 *conſtabit. Varias Pſalmorum antiquitus receptas Editiones, verſuum in iiſdem Pſalmis*

*Pſalmis pervetuſtam diſtinctionem, Hymnarium, Orationale, ad ſacram Eccleſiæ Romanæ Liturgiam ſpectare, nullus eſt, qui inficias ire valeat. At quæ præſens Liber complectitur, quæque duobus eumdem hunc proxime inſequentibus concluduntur, ad illam ita attinent, ut veterum ſacros quoslibet ritus; & quidem germaniores, diurni nocturnique Curſus, Miſſæ Sacrificii, Sacramentorum diſtributionis, in iis ſolum reperias. Quare illud heic hujuſce Præfationis initio obſervare uerito poſſumus, non minus de rebus Liturgicis Romanæ Eccleſiæ Thomaſium promeruiſſe, quam de Eccleſiaſtica Hiſtoria Venerabilis Cardinalis Cæſar Baronius. Sicut enim iſte Eccleſiæ originem, incrementa, dotes omnes per varia deductas tempora nobis ſcribendo pinxit; ita & ille veterum colendi Deum rationem omnem in propatulo locavit. Liceat ergo nobis ſtatuere eo jure, cognitionis Romanæ Liturgiæ veluti Parentem habendum eſſe Thomaſium, quo & ille ſacræ Hiſtoriæ reſpectu Parens vocatur.*

III. *His de Ven. Thomaſii laude in rebus Liturgicis animadverſis, de ejuſdem ad hunc Librum Præfatione modo agamus oportet. Principio Vir pientiſſimus, ut antiquarum inſcriptionum verbo utar, candide fatetur, ſe ad priſcam divinorum Officiorum rationem perveſtigandum animum adjunxiſſe ſuum, non meræ eruditionis gratia, quam ſi preſſe in Deum pietas non ſequatur, hominesque ad ultimum propriæ, qua tenemur, conditionis finem non dirigat; aut vitæ & ſocietatis commodo non proſpiciat, res vana prorſus eſt, inutilis, & aleæ ſæpe ac ſæpius plena; quum ex Apoſtoli Pauli notatione homines inflet, ſuperbiæ faſtum tumoremque animi in illis foveat. Sed ut Patrum documentis inſiſteret docentium Clericorum munus integrum, quod omnem illorum vitam occupet, duplici veluti parte conſtare, quarum una orationibus precibuſque ad Deum fundendis tota inſumitur, altera in divinis Libris ſedulo ſtudio legendis: Et ut hac ratione monitum impleret, quod David morti jam proximus filio Salomoni teſtamento reliquit, quando illi præcepit:* Obſerva cuſtodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut cuſtodias ceremonias ejus, & præcepta ejus, & judicia & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſis; ut intelligas univerſa quæ facis, & quocumque te verteris. *En igitur cauſſam, ob quam attente volutandis antiquis Eccleſiæ, manu exaratis libris, ſacris Ritibus, ceremoniis gnavam operam ille impenderit:* ob eam cauſſam, *ipſius ſunt hæc verba*, ut inſtituti mei officiis aliquo pacto ſatisfacerem, nihil mihi unquam fuit antiquius, quam quæ nocturna diurnaque manu verſabam, animo etiam haberem perſpecta. *Dum ea fini Eccleſiæ pervetuſtas chartas rimatur Thomaſius, obſervat multa in eas adhuc deliteſcere, quæ Eccleſiaſtici Officii cognitionem mirum in modum promoverent, ſi idoneum nanciſcerentur editorem. Hinc ortum eſt, ut quæ ſolius pietatis ſtudio primum quærebantur, caritas deinde in proxi-*

*proximum, & in Eccleſiam amor publici juris fecerint. At factum bene, ad omnium enim manus inde pervenerunt vetuſtiora Antiphonaria & Reſponſorialia, quæ Vir pius juxta ac doctus invenire potuit.*

IV. *Ea quidem fuit occaſio, quæ Thomaſium excitavit, ut præſens vulgaret Opus. Ad illud legendum ſtudioſi viri animos diſponit non inanibus verbis, aut fucato ſermone, quibus haud raro editores inutilibus etiam libris exiſtimationem aucupari ſolent: ſolida utitur diſſertatione & ſucci plena: iiſque omnibus miſſis, quæ ab aliis pertractata in vulgatis jam libris proſtabant, reconditam & in obſcuro latentem veteris in Eccleſia cantus rationem exponit. Quatuor antiquitus fuiſſe canendi modos initio ſtatim declarat: illorum primus* Directus, *vel* Directaneus *dicebatur, quum omnis ſimul chorus non alternis vicibus, ſed uno veluti concentu canebant. Secundus* Antiphonus, *quum in binas claſſes canentes diviſi chorus choro reſpondet. Tertius* Reſponſorius, *ut quando uni vel aliquibus Cantoribus omnis canentium multitudo reſpondendo ſuccinit. Quartus denique* Tractus *dicitur, quando unus vel aliqui e Cantoribus canunt aliis in choro ſilentibus. Variis hiſce enumeratis canendi modis de cantu* Reſponſorio & Antiphono *tantum per integram Præfationem agit: duæ enim illæ canendi rationes diurnum Curſum atque nocturnum, qui a veteribus frequentabatur, ſola reſpiciunt. Duæ aliæ ad Miſſam attinebant, de quibus diſſerit Thomaſius in Diſquiſitione prævia ad antiquos Libros Miſſarum. Hinc Amalario in Prologo ad ſuum de Ordine Antiphonarii Librum narrante, veteres duobus libris adornaverant, quæ nocturni diurnique Curſus cantum ſpectabant; quorum unum ob Reſponſoria in eo diſpoſita* Reſponſorialem *dixerunt: alterum vero, in quo ſimul digeſta legebantur Antiphonæ,* Antiphonarium; *donec, ut ex eodem Amalario colligitur, in unicum volumen ſimul junctis, atque ordine diſtributis & Reſponſoriis & Antiphonis, Libro* Reſponſorialis & Antiphonarii *nomen fecere: aut unico utentes vocabulo illum* Antiphonarium *dixerunt, ut in Romanis Ordinibus, & præſertim in illo Benedicti Canonici obſervari facile poteſt. Qua tamen in appellatione cavendum ne Antiphonarium, de quo agimus, confundamus cum altero* Antiphonarii *Libro, qui ea omnia complectitur, quæ in Miſſa Antiphono cantu frequentabantur, quique liber* Gradalis *etiam vel* Gradualis *dicebatur, & juxta Amalarium loco nuper memorato* Cantatorium. *Cetera* Antiphonarium *noſtrum aliquando &* Officialem Librum *dictum fuiſſe liquet ex Codice Monaſterii S. Galli in Helvetiis, cujus fragmentum aliquod infra deſcriptum legitur in Appendice ad pag. 342. Sicut & aliquando* Capitulare, *uti conſtat ex Ordine Romano, cujus partem habemus in eadem Appendice pag. 321. Quandoquidem vero de Libri nomine agimus ab inſtituto alienum non erit animadvertere, Ven. Thomaſium, quum Mſs. membranas Antiphonarii, quas edidit, omni inſcriptione prorſus*

*prorſus deſtitutas inveniſſet, Titulum eiſdem appoſuiſſe illi ſimilem, qui juxta Amalarium in Prologo legebatur in uno Antiphonario anno* IↃCCLXXXIV *exarato ſub Adriano Pontifice, quem illum celebrem Metenſis Eccleſiæ fuiſſe cum eodem Thomaſio crediderim. Hujus inſcriptio erat,* IN . NOMINE . DOMINI . NOSTRI . JESU . CHRISTI . INCIPIT. RESPONSORIALE . DE. CIRCULO . ANNI . *Thomaſius ſimili fere ratione ſuum Titulum compoſuit, quemadmodum illos ſimul conferenti patebit: ad quam rem advertere debuiſſet clariſſimus Pater Ruinartius, uti diximus pag.* 1 *ſub notatione* (1). *Dictis hactenus de Antiphonarii nomine & inſcriptione, quum illa addi poſſint, quæ pag.* 17 *collegimus ſub not.* (1) *unicum reſtat hoc loco non omittendum, ſcilicet Antiphonarii Librum & in duas partes diſtinctum in antiquis membranis inveniri, quarum prima complectitur anni circulum a prima Adventus Dominica deductum uſque ad initium Officii Paraſceves in Paſſione Domini, ſive Feriæ* VI *Majoris Hebdomadæ: altera vero ab eo loco, ubi prima deſinit, eumdem anni circulum proſequitur ad Adventum uſque. Ejus partitionis exemplum habes pag.*232 *&* 233 *in Antiphonario Mſ. S. Galli. Juxta alios Codices ejuſdem Monaſterii in Appendice deſcriptos pag.*306, *& pars Antiphonarii prima deſinit poſt abſolutum Sabbati Sancti Curſum.*

V. *Verum, ut eo revertamur unde ſermone digreſſi ſumus,* Reſponſorium, *quem dicebam eſſe cantum, olim obtinuiſſe apertiſſimis utriuſque Eccleſiæ Græcæ & Latinæ Patrum teſtimoniis evincit Thomaſius, nec aliquem adeo in hiſce rebus hoſpitem eſſe crediderim, qui illud in dubium revocare præſumat: & ne inutiliter moras hic nectere videar paucis de illo agam. Quid enim manifeſtius ad rem noſtram exoptari in præſentia poſſumus hac S. Baſilii ad Clericos Neocæſarienſes ſententia? quæ legitur ejuſdem Epiſt. quæ alias* LXIII *erat, in nov. edit.* CCVII, *pag.*311 *tom.*III, *ubi ait:* καὶ τοὺς μὲν διχῇ διαιρεμυθέντας, ἀντιψάλλουσιν ἀλλήλοις. ἔπειτα πάλιν ἐπιτρέψαντες, ἑνὶ κατάρχειν τῶ μέλους, οἱ λοιποὶ ὑπιχοῦσι. *quæ ſententia interpretatur:* Et modo quidem in duos choros diviſi, alternatim pſallunt. Deinde vero uni committentes ordiri Pſalmum, reliqui ſuccinunt. *Ibi nullus non videt* Antiphonum *canum* Reſponſorio *opponi; uni, e Cantoribus nempe, mandari ut canere incipiat; reliquos de Choro omnes Cantori ſuccinere,* οἱ λοιποὶ ὑπιχοῦσι. *Sic & Athanaſius Apologia de fuga ſua ſub finem habet:* καθεσθεὶς ἐπὶ τῶ θρόνω, προέτρεπον τὸν μὲν διάκονον ἀναγινώσκειν ψαλμόν. τὸς δὲ λαὸς ὑπακούειν. Ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτῶ. *Quo in loco notatum viris doctis vocem* ὑπακούειν *non uſurpari ad denotandum latinum* auſcultare, *uti quidam errando fecere: nec eam vocem illic irrepſiſſe loco alterius* ὑπηχεῖν, *quemadmodum opinatur Valeſius in notis ad Lib.*II *cap.*13 *Hiſt. Eccleſ. Theodoreti pag.*87: *quandoquidem vox illa ſuapte*

*natura*

natura significat respondere, *quod non latuit Auctorem Historiæ Tripartitæ Epiphanium Scholasticum, qui Athanasii locum latine reddidit lib.*v, *cap.*11, *Re-*sidens in Sede, præcepi ut Diaconus Psalmum legeret, populis respondentibus, Quoniam in sæculum misericordia ejus. *Ejusdem usurpationis documenta etiam occurrunt & in sacris veteris Testamenti Libris, ut Jobi cap.*XIV, ℣.15, *ubi* LXX *dixerunt:* καλέσεις, ἐγὼ δέ σοι ὑπακούσομαι, *Vulgatæ Interpres ait:* vocabis me & ego respondebo tibi: *& ubi cap.*XIX *scripserunt* ℣.16: θεράποντά μου ἐκάλεσα, καὶ οὐχ' ὑπήκουσέ μοι, *idem Interpres reddidit,* servum meum vocavi & non respondit. *Et in illis etiam Gentilium Scriptoribus, qui Græci Sermones Magistri habentur, eadem invenitur vocis usurpatio, quorum testimonia videntur vel apud Henricum Stephanum Thesauri Linguæ Græcæ Tom.* I, *col.*293; *vel in notis Variorum ad indicatum nuper Theodoreti locum; vel apud Josephum Bingamum Originum lib.*XIV, *cap.*I, §.XII. *Certe ubi Homerus Odyss.*IV *ait:*

. . . . . ἀκούσαμεν ὡς ἰάχησας,
Νῶϊ μὲν ἀμφοτέρω μενεήναμεν ὁρμηθέντες
Ἢ ἐξελθέμεναι ἢ ἔνδοθεν αἶψ' ὑπακοῦσαι,
. . . . . audivimus ut vocasti,
Nos quidem ambo prompti eramus facto impetu,
Aut exire, aut intus protinus respondere.

*vocem* ὑπακοῦσαι *Eustathius interpretatur* respondere, *dicens pag.*1496, αἶψ' ὑπακοῦσαι. ὅ ἐστιν ἀποκρίθῆναι.

VI. *At licet certum sit* Responsorio *cantu veteres Christianos usos esse, lis tamen suboritur de modo, quo cantus ille se haberet. Thomasius docet duplici, eaque diversa ratione usurpatum eumdem olim fuisse. Primo & ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio ipsius sententia, unus Cantor aliquid præcinebat, & deinde Chorus illud idem succinendo canebat. Vetustiori huic canendi formæ altera deinde invecta, qua quod semel a cantore decantatum fuit, non semel tantum a Choro repeteretur, sed sæpius: ut puta, si Cantori Psalmum canenti Chorus singulis Psalmi versiculis absolutis respondeat succinendo brevem aliquam aut ejusdem Psalmi, aut alterius cujusvis, sententiam: eo ferme modo, quo hodie fieri solet in Psalmo* XCIV, *quum initio* Matutini *canitur, & antiphonam, quam* Invitatorium *dicimus, interponere subinde consuevimus. Cantores illi, qui præcinentes Choro quodammodo præibant,* Præcentores *dicebantur, quia, ut Isidorus ait Lib.*VII *Orig. cap.*2, *Præcentor est,* qui vocem præmittit in cantu. *Et Honorius Augustodunensis lib.*I, *cap.*17: Præcentor qui cantantes voce & manu incitat. *A Græcis vero, qui Romanis* Præcentor, ὑποβολεὺς *appellatur: habemus apud Socratem Hist. Lib.*V, *cap.*22: ἐν τῇ αὐτῇ δὲ Ἀλεξανδρείᾳ ἀναγνῶσαι καὶ ὑποβο-

ὑποβολεῖς ἀδιάφορον. quo in loco recte Valeſius pag.296 cenſet ὑποβολεῖς Præcentores noſtros eſſe; ſive ut Jo: Baptiſta Cotelerius ait in notis ad Lib.II Conſtit. Apoſt. cap.57 pag.265 tom.I Patrum Apoſtolic. Monitores, Suggeſtores, Pſalmi Pronunciatores ac Prænunciatores: qui fortaſſe nil differunt ab eo, qui in Ordine Domini Philothei pag.2 Euchologii Κανοάρχης vocatur; & de quo videſis Jacobum Goar ejuſdem Euchol. pag.29.

VII. Dum primam Reſponſorii cantus formam adſtruimus adverſarium habemus virum in rimandis Eccleſiæ moribus pene contritum, quem mox laudavimus Cotelerium: is enim cap.57 Lib.II Conſt. Apoſt. animadverſionibus inluſtrans, totus eſt ut evincat veteres conſuevisſe non illud totum, quod a Præcentore audierant canendo reſpondere, ſed poſtremas ſolum voces. Et hac de cauſſa illud Conſt. Apoſt. loci nuper indicati: ἀνὰ δύο δὲ γενομένων ἀναγνωσμάτων, ἑτερός τις τῶν Δαβὶδ ψαλλέτω ὕμνους, καὶ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψαλλέτω, interpretatur: Peractis per binos lectionibus, quidam alius Davidis hymnos pſallat, & populus extrema verſuum ſuccinat: Quaſi τὰ ἀκροστίχια non initia verſuum, ſed poſtrema ſignificent. Ut ſuam hanc interpretationem Patrum ſuffragio confirmet, multa congerit eorum teſtimonia, ut illud Baſilii, quem ſupra retulimus, & ejus generis alia bene multa, quæ ſi meditate legantur, eumdem prorſus cum illo Baſilii ſenſum præ ſe ferunt; hoc eſt Præcentori chorum ſuccinere conſuevisſe: quod ſane quantum diſtet ab eo, de quo in præſenti agimus, nullus non videt. Cotelerium ea in re ſequitur Henricus Valeſius in ſuis ad Euſebium, Socratem, & Sozomenum egregiis adnotationibus: illorum utrumque Bingamus eo quem ſupra memoravimus loco: & Thomas Mangey, qui anno MDCCXLII Londini elegantiſſimam adornavit omnium Philonis Operum editionem, interpretatione latina a ſe emendata eidem ſuffragatur opinioni tom.II p.484. Opinionem illam ut minus firmam, & a Patrum documentis diſſonam, quum inveniſſet doctiſſimus noſter Thomaſius, refutandam aggreditur. At inter tot Patrum loca a Cotelerio allegata, unicum potiſſimum expendit, utpote qui affirmanti Chorum ſuccinuiſſe repetendo integrum illud, quod Præcentor cantaverat, negotium aliquod faceſſere poſſet. Protulit illum Philo Judæus in Libro De vita contemplativa, retulit Euſebius Lib.II Hiſt. Eccl. cap.17; noſque infra integrum deſcripſimus in notis ad ipſius Thomaſii de qua agimus Præfatione. Senſus illius hujuſmodi eſt, unum (intellige inter Therapeutas, de quibus agit Philo) aliis ſilentibus cantare conſuevisſe, πλὴν ὁπόταν τὰ ἀκροτελεύτια καὶ ἐφύμνια ᾄδειν δέοι. τότε γὰρ ἐξηχοῦσι πάντες τε καὶ πᾶσαι. Hæc verba Cotelerius interpretatur: præterquam cum clauſulas & hymnis finem imponentia canere oportet. Tunc enim univerſi & univerſæ perſonant: quem vero mox laudavimus Anglum, Thomam Mangey, ſuam ejus loci ita effert interpretationem: præterquam in fine

in fine hymni, extremaque clauſula; tunc enim univerſi tum viri tum fœminæ vocem tollunt. *Difficultatem illinc enatam omnem facile declinaret aliquis, ſi diceret Philonem in eo Libro mores enarrare Therapeutarum, non Chriſtianorum. Verum Euſebio id contendenti demus & Therapeutas fuiſſe Chriſtianos; inſuper & communem habuiſſe cum aliis Chriſtianis canendi modum. Cotelerio certe nuſquam daturi ſumus vocem* ἀκροτελεύτια *ſola extrema verba alicujus ſententiæ, puta hemiſtichii Pſalmi, ſignificare; ſed potius uti vult, nec immerito, Thomaſius, integrum hemiſtichium; ac proinde Therapeutæ juxta Philonem integrum a Cantore prolatum ſermonem canentes & ipſi repetebant.*

VIII. *Argumenta rei ſatis aperta heic in medium adducit Thomaſius, quibus, ſi lubet, addatur & inſequens. Eadem vox* ἀκροτελεύτια *occurrit & apud Sozomenum Hiſt. Lib.* VIII *cap. itidem* 8, *ubi de hymnis ab Arianis uſurpatis ait:* καὶ εἰς συσήματα μεριζόμενοι καὶ τὸν τῆς ἀντιφώνου ἕδρου ἕτερον, ἀκροτελεύτια συντιθέντες πρὸς τὴν αὐτῶν δόξαν πεποιημένα. *Valeſius heic relicta Suffridi Petri opinione, qui Sozomeni tres poſtremos libros latinos fecerat, ac vocem illam* corollaria *interpretatus erat, hoc pacto locum repræſentat pag.* 336: Et in cœtus diviſi, antiphonatim pſallebant, clauſulas quaſdam juxta ipſorum dogma compoſitas adjicientes. *Verum, quæſo, quas illic intelligimus* clauſulas? *Idem vir doctus retur eas fuiſſe Arianorum celebrem doxologiam,* Gloria Patri per Filium in Spiritum Sanctum: *Qua ſane opinione, dum Cotelerio adhærere ſe credit, in eam, quæ a Thomaſio defenditur, ſententiam ipſum deſcendere crediderim; integram enim doxologiam ſuccinere idem quodammodo eſſe videtur, ac integrum verſum, integram Præcentoris ſententiam repetere, non poſtremata tantum illius verba. Quod etiam facilius ſuadetur ſi cum eodem præclariſſimo Thomaſio in Præfat. ad Pſalterium cum Canticis anno* MDCXCVII *editum, non longe a fine, animadvertamus veriſimile videri veterem illam Pſalmorum in minores verſus, quam ipſe ex vetuſtiſſimo Mſ. Codice Vaticano Verſionis* LXX *publici juris fecit, uſurpatam in Eccleſia fuiſſe a ſui exordio uſque ad illud temporis, quod Auguſtinum inter & Caſſiodorum interceſſit; utpote quæ ſatis commoda erat ad eam* Reſponſorii *cantus rationem, de qua agimus. His accedunt & apertiſſima Patrum teſtimonia, magni præſertim Auguſtini, quibus rem ſuam Ven. Thomaſius evincit, quæque apud ipſum videri poterunt. Ea ſane omnia magis ad demonſtrandum valent, quam ſuboſcura incertæ vocis ſignificatio.*

IX. *Refutata viri, ceteroquin doctiſſimi, opinione, alia nonnulla de noſtro cantu reſponſorio obſervantur: cujuſmodi ſunt Majores noſtros etiam longiores Pſalmos ea canendi ratione integros uſurpare conſuevisſe, quod ex D. Auguſtino evincitur. Inſuper Præcentoris munere functos fuiſſe eos, qui Lectoris gradu decorabantur, non ea tamen lege, ut illud Officii aliquando non obiverint Subdiaconi,*

*imo etiam Diaconi. Locus præterea inquiritur, in quo ſtans* Præcentor *Pſalmum caneret. Conſtat Euſebii teſtimonio Lib.*II *Hiſt. Eccl. cap.*17, *illum ſtetiſſe in medio Chori vel cœtus. Conjicit Thomaſius in Ambone ipſum conſtitiſſe, aut in aliquo ejus gradu, ſtatim ac Ambones in Eccleſiis conſtrui cœperunt; idque in publica præſertim Miſſa. Qua in re præteriri non debet, quod in noſtris animadverſionibus adnotavimus, nimirum gradum illum fuiſſe in Ambone inferiorem. Neque id Thomaſium in hiſce rebus doctiſſimum latuit: videri enim poteſt ejus prævia de Cantu Diſquiſitio ad Antiquos Miſſarum Libros, ubi rem pluribus declarat: eadem, & dilucide traditur in veteri* Expoſitione Miſsæ, *quam e Mſs. membranis publici juris fecit Joannes Cochlæus in* Speculo antiquæ Devotionis circa Miſsam *pag.* 134 *editionis curatæ apud S. Victorem extra muros Moguntiæ an.* M. D. XLIX, *cujus modo perrara occurrunt exemplaria: iſtius locus, qui ad rem præſentem facit, exſcripſimus in noſtris adnotationibus. Tempus etiam, quo reſponſorius noſter cantus uſurpabatur, in diſputationem adduci poſſet. Heic de nocturno Curſu aut diurno nil ſatis certi in Veterum ſcriptis adhuc invenitur: ex modo tamen quo Thomaſius in præſentia loquitur, facile conjicerem ipſius opinione & in eo Curſu Pſalmos reſponſorios decantatos fuiſſe; ait ſiquidem id moris olim fuiſſe,* ut potiſſimum in Miſsarum ſolemniis Pſalmus reſponderetur in ea parte, in qua impræſentiarum Reſponſorium canitur Gradale. *Heic porro, dum Miſſæ tempori tribuitur Pſalmus reſponſorius, illud* potiſſimum *locum nullum haberet, ſi ejuſdem cantus & aliud quis non ſuſpicetur fuiſſe tempus.*

X. *Altera Reſponſorii cantus ratio, qua Præcentori Pſalmum canenti ſingulis ejuſdem Pſalmi verſiculis, ſententia aliqua, quam juxta receptum nunc temporis in hiſce rebus loquendi morem,* antiphonam *diceremus, nullam patitur difficultatem. Eo frequentiſſime inebantur veteres: illius & noſtra hac ætate inter ſacros Eccleſiæ ritus aliquod, nec obſcurum, ſupereſt veſtigium. Quare paucis in rei confirmationem delibatis ad illius inveſtigandam antiquitatem ſe convertit Thomaſius: & quum* Reſponſoria *non ſemel memorentur in cautione, ſive jurisjurandi formula, quam Epiſcopus recens ordinatus Romano Pontifici antiquitus præſtabat; quæque legitur tit.*VII Libri Diurni Romanorum Pontificum: *inſuper quum illius cautionis mentio occurat in ſanctione Pelagii* II *Romani Pontificis a Gratiano relata in Decreto diſtinct.*XCI; *hinc optimo jure concludit Reſponſorii cantus uſum illo Pontifice antiquiorem eſſe, qui floruit uſque ad annum* DXC. *Cetera eum canendi morem Romanam Eccleſiam ad nonum uſque ſæculum retinuiſſe, primus ex Amalario obſervavit Thomaſius, quod ipſius verbis enarravit Clariſs. Mabillonius Italici ſui Itineris num.*XXXI, *ubi legitur:* Subjunxit Thomaſius mirari ſe ex Amalario neminem obſervaſſe, quod antiphonæ olim

poſt

poſt ſingulos cujuſque pſalmi verſus repetitæ fuerint : reſponſoria integra a cantore primum decantata ad verſum ; deinde a choro repetita ; & poſt verſum a cantore cantatum , iterum a clero repetita : ſecus in Gallia &c. *Verum hæc de ſecundo reſponſorii cantus modo a Thomaſio explanato nobis dixiſſe ſufficiat . Alias quas idem docte proſequitur hujuſce cantus proprietates ; ut illius varius uſus in Italia , in Galliæ , in Hiſpaniarum Eccleſiis ; & de verſu* Gloria Patri &c. *ſequiori ævo reſponſoriis addito ,. longe melius quilibet agnoſcere poterit ex ipſius Thomaſii tractatione , quam e noſtris narrationibus .*

XI. *Rerum tractandarum ordo in Thomaſii Præfatione ita ſe habet . Propoſita primum canendi a veteribus uſurpata ratione , ſtatim eamdem revera obtinuiſſe evincit ,. vel pluribus , ſi res ab aliis ſatis declarata non fuerit ; vel , ſi ſecus , paucioribus : deinde illius proprietates expendit , & quidem quæ minus obſervatæ inveniuntur : demum agit de Cantoris officio , dum illum ſequebatur canendi modum . Quam ob rem ſicut primo cantus Reſponſorii generi modum impoſuit agens de illius Præcentore ; ita & ſecundi generis Reſponſorii cantus tractationem concludit agendo de Cantoris circa illum munere . Ac proinde inquirit an unius ſolum , an duorum vel pluriſm ſimul fuerit Reſponſoria canere : qua illud voce præſtiterint , an elata , an potius remiſſa . Docet Cantores fuiſſe poſt Gregorii Magni tempora e celebri illorum ſchola , quam eumdem S. Pontificem inſtituiſſe tradit Joannes Diaconus in ejus Vita lib.*II *cap.6 . Poſtremo tandem agit de habitu, de loco , quibus ſuo munere Cantores fungebantur . Illos de Ordine Lectorum fuiſſe colligitur ; quod Auguſtinus , Caſſiodorus , Amalarius , alii ,* Lectores *eos appellent ; nec veriſimile videatur eo nomine nuncupatos fuiſſe , quod de Codice* Lectiones *in Eccleſiis recitarent : eo vel maxime quod , ut eſt ab ipſo Thomaſio obſervatum ,* antiquior diſciplina diligentius ſingula ſingulis Clericorum Ordinibus adſcriberet officia ; nominumque item diſcrimina tenacius retineret : *& a Gregorio Magno ſtatutum ſit , ut Cantoris munus in Eccleſiis per Subdiaconos ſolum , alioſque Minores Ordines exerceatur ; de quo videri poteſt illius Epiſt.44 Lib.*IV *, col.629 tom.*II *editionis Petri Guſſanvillæi ; aut Gratianus diſt.*XCII *can.*I . *Unde apertiſſime concluditur Cantoribus ea omnia convenire , quæ de Lectoribus paſſim occurrunt apud eos Scriptores , qui aut Eccleſiæ antiquitates collegerunt , aut res Liturgicas rimati ſunt . Qua in re , ſi noſter nos non fallit animus , omnium ad inſtar nobis ſunt Menardus in notis 696 & 699 ad Sacramentarium S. Gregorii Magni ; Suicerus in Theſauro Eccleſiaſtico ad vocem ἀναγνώστης , atque Petrus Conſtant in animad verſionibus ad Epiſtolam Siricii Romani Pontificis ad Himerium col.633.*

XII. *Quandoquidem vero ſermo incidit de illis, qui notitiam Lectorum veteris*

*Eccle-*

*Eccleſiæ ſcriptis inluſtrarunt, præteriri hoc loco non debet elegans de iiſdem tractatio a Dominico Georgi paucis ab hinc annis vulgata. In ea porro quæ legitur tom.* II Liturgiæ Romani Pontificis *Diſſert.* I *cap.* VI, *una cum multis, quæ apud alios Scriptores ſeorſim tradita leguntur, in unum collegit varias veterum Inſcriptiones a Boldetto, Margarino, & Sponio editas; illiſque unam de novo addidit erutam, ut ipſe narrat pag.* LXXXIX *e Cœmeterio Calliſti via Appia anno* MDCCXXXV, *quæ juxta illius editionem ita ſe habet.*

LOCVS AVGVSTI
LECTORIS DE BELA
BRV
DEP. SVRICA. XVI. KAL. AVG.
QVE.. VIXIT . ANNOS
P. M. XII CONS
SEBERINI

*Verum ſi marmorea illa Inſcriptio, uti eſt a veteri Scalptore inciſa attente inſpiciatur; agnoſcitur ſane ornatiſſimum ceteræ Georgium in ea vulganda non omnem adhibuiſſe diligentiam, quam Eruditus quilibet in hiſce potiſſimum monimentis deſideraret. Lapis nunc temporis reperitur in Tuſculana Eremo, quam incolunt Solitarii S. Romualdi alumni, Patres Camaldulenſes vulgo dicti; in Receſſu, quem ſibi exornari curavit Ampliſſimus Cardinalis Dominicus Paſſionei, ut illis temporibus, quibus ſubinde intra annum ipſi datur graviores curas parumper ſeponere, & loci religione cum amœnitate conjuncta, & pulcherrimis veteris Romæ Signis atque Inſcriptionibus, quorum ingentem illic collectam copiam demiramur, & ſelectis libris inſtructa Bibliotheca, Vir doctiſſimus animum pabulo ſibi quam maxime idoneo recrearet. Quare ex eo loco e re noſtra ipſius Cardinalis beneficio exſcriptam, delineatis, quantum fieri ſcalpro licuit, omnibus ejus proprietatibus, heic denuo exhibemus; dum interea temporis futurum confidimus, ut aliquando omnes memorati Tuſculani Receſſus pulcherrimæ Inſcriptiones, in publi-*

*publicam Reipublicæ utilitatem, & doctorum Virorum commodum, ſimul in unum volumen Scalptoris ope collectæ, & explanatione inluſtratæ evulgentur.*




*Marmor in longitudinem protenditur per tres palmos vulgaris hac ætate menſuræ cum dimidio: altitudo vero in duos palmos itidem cum dimidio, quam proportionem curavimus, ut figura illius hac noſtra repræſentaret: Litteræ ſunt illius formæ, eoque prorſus ordine diſpoſitæ, quem incidi heic voluimus, ut nimirum adcuratius propriam ſpirarent antiquitatem, quam communibus Typographorum elementis fieri queat. Faſti conſulares in quibus Fl. Severinus, & Anicius Manlius Severinus Boetius Conſules occurrunt quinto Eccleſiæ Chriſti ſæculo, ſatis aperte demonſtrant Lapidem eodem in ſæculo ſculptum fuiſſe. In illo præcipua eſt mentio* Auguſti *cujuſdam* Lectoris *Eccleſiæ, ut puto, S. Georgii in Velabro; ſive uti Georgius vult,* Regionis ſecundæ *Eccleſiaſticæ, in qua ſita erat Diaconia S. Georgii in Velabro. Cetera germanum integræ Inſcriptionis ſenſum nullus a me requiret, neque enim is ſum, qui divinandi artem calleam. Fateor, mihi negotium faceſſit, & quidem non leve, vox illa* Surica, *cujus ſignificatum incompertum hactenus habeo. Nec, licet in mentem veniat, ſatis ſcio an* Surica *fuerit aliqua* Auguſti Lectoris *conſanguinea, qui illum mortuum tumulaverit. Unum eſt, de quo, qui hac noſtra*

*lecturi*

*lecturi ſunt, monitos velim, nimirum voces* QVE VIXIT *in marmore non haberi, uti a Georgio exhibentur, dum ſcripſit* QVE VIXIT; *ſed uti noſtris curis inſcalptas heic eas vides, littera, quæ duas illas* QV *proxime ſequitur, omnino repræſentante figuram communis* F *inverſam,* Ⅎ; *quod in aliis ejuſdem ordinis litteris illius marmoris nullibi viſitur; ſunt enim cetera partibus ſuis omnibus abſoluta. Et ideo ſuſpicantur plurimi, iique doctiſſimi & ingenii acumine pollentes Viri, qui lapidem ſerio contemplati ſunt, legendum ibi eſſe* QVI VIXIT; *atque Sculptorem primo littera* E *animis alio diſtentis mendoſe incidentem, aut monitum, aut ad proprium errorem per ſe advertentem, ab eo, quod perperam cœperat, deſtitiſſe. Quod ſi rectis harum rerum arbitris probari contingat, monimentum evadit prorſus ſingulare; quandoquidem eo in caſu inſerviret ad evincendum & pueros olim in* Lectorum Ordinem *coeptatos fuiſſe. Conſtat illud, nullus diſſimulo, nonnullis veterum teſtimoniis, quæ apud Petrum Couſtant loco ſupra memorato leguntur: & inter ea Siricius Pontifex Epiſtola ad Himerium ait:* Quicumque itaque ſe Eccleſiæ vovit obſequiis a ſua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & Lectorum debet miniſterio ſociari: *Ennodius vero in Vita S. Epiphanii tradit hunc* annorum ferme octo Lectoris officium ſuſcepiſſe. *Hæc & hujus generis alia hac in parte occurrunt. At me latet, an alterum præ noſtro inſculptum veterum lapidem adhuc inveneris, qui illud idem affirmet.*

XIII. *Eum, quem num.*XI *deſcripſimus dicendi ordinem, ſequitur Ven. Thomaſius, & de* Antiphono *cantu quum agit. In quo proculdubio illud animadverſione dignum principio occurrit, quod difficultati a Petro Guſſanvillæo excitatæ in Præfat. ad S. Gregorii Antiphonarium pag.* 1244 *de auctore* antiphoni *in Eccleſia cantus prorſus ſatisfaciat. Notaverat vir doctus communem omnibus eſſe opinionem, qua, Theodoreto rem narrante juxta Epiphanium Scholaſticum Hiſt. Tripart. lib.*V, *cap.*32, *& Paulino in Vita S. Ambroſii, ſtatuitur Flavianum atque Diodorum in Orientis partes* antiphonum *canendi morem invexiſſe; ſicut & in Occidente Ambroſium. Atque id, licet in eadem Hiſt. Tripartita lib.*X *cap.*9 *apud Socratem occurrat, S. Ignatium Anticohenam Eccleſiam eam canendi formam docuiſſe, Unde idem Gregorii Editor optime concludit operæ pretium heic eſſe, ut primo ſpecie ſaltem diſſonæ concilientur hiſtoriæ; antequam certi quidpiam adfirmetur. At eas componit Thomaſius dum contendit Socratem non eſſe interpretandum de* antiphono *illo cantu, quo Pſalmi alternatim reſonant choro in duas partes diviſo, quarum una verſiculum canat, altera alterum eidem proxime inſequentem cantando reſpondeat. Sed de ejuſmodi concentu, quo alternant quidem Chori cantum, nec tamen eumdem Pſalmum vel Canticum binæ partes ſequuntur; verum una Pſalmum canente altera brevem aliquam ſententiam,*

*quam*

*quam hodie* antiphonam *vocamus, & in pſalmo* XCIV Invitatorium, *quamque Græci* Troparium *dicunt, ſingulis pſalmi verſiculis reponit. Et ne illud temere adfirmetur, haud obſcure conjicitur ex eadem Hiſtoria Tripartita lib.* X, *cap.* 8, *ubi Socrates narrat cantum ab Ignatio traditum, & deinde ab Arianis* ad vituperationem Orthodoxorum *frequentatum* intra portas & per porticus, *imo & audacter* per mediam civitatem, *ejuſmodi fuiſſe, quo ſæpe reſonaret impium illud*, ubi ſunt qui dicunt trina virtute unum? *& quem Joannes Chryſoſtomus, veritus ne illo concentu, & fictæ pietatis ſpecie, ſimplices a vera Chriſti Religione avocarentur, in Catholicorum Eccleſias inſtituit.*

XIV. *Nimius heic eſſem ſane, ſi de omnibus circa* Antiphonas *veterum moribus a Ven. Thomaſio obſervatis commentari vellem. Edmundus Martene, qui ſicut noſtri Auctoris doctrina ſæpe utitur in ſuis de antiquis Veterum ritibus Operibus, & præcipue in* Tractatu de antiqua Eccleſiæ diſciplina in divinis celebrandis Officiis; *ita & ejuſdem Tractatus integrum caput quartum, in quo* de Hymnis & Antiphonis *agit, ipſis fere illius verbis digeſſit; ea quæ de* Antiphonis *Thomaſius tradit, ad tria revocat capita, dum ait num.* III, *pag.* 27. Circa antiphonarum uſum tria præſertim inter alia obſervat idem Thomaſius. I, olim integras ante pſalmos aut cantica ſemper decantatas fuiſſe: II, aliquando bis ante pſalmos, aut ſuos verſus repetita fuiſſe. III, nonnunquam ad omnes pſalmorum verſiculos. *Verum ipſa perſpicaciſſimi Thomaſii attentis animis evolvatur Præfatio, ut agnoſcatur quam acuto ille polleret ingenio. Ejus rei jam multa dedimus ſpecimina, & locus alterum nobis exhibet non prætereundum. Ea porro, quæ Clariſs. Martene verbis retulimus, & alia notatu digna in præſenti expendit Thomaſius, dum illis in rebus Scriptorum nullus ipſi præierat, dum nulla ſatis aperta ipſi erant Patrum teſtimonia. Et tamen Vir eximius illorum ſuboſcura veſtigia premens tot argumentis rem ſuam demonſtrat, quam quod maxime; & in propatulo ponit, quod Guſſanvillæus in memorata ſuperius ad S. Gregorii Antiphonarium Præfatione monuerat; nimirum in hiſce Liturgiæ ritibus perveſtigandis Veterum mores non eſſe e noſtris dimetiendos: aut quod ipſe jam docuerat de cantu reſponſorii agens, quum ait:* Majores autem noſtri haud ſe arbitrabantur terere tempus, cum illud in Eccleſiaſticis functionibus ad Dei laudem inſumebant.

XV. *Hiſce pertractatis, quæ de duplici cantu,* Reſponſorio *videlicet &* Antiphono, *Thomaſius propoſuerat, de origine & partitione* Libri Antiphonarii *paucis idem agit. Qua in re pro certo habet aliquam fuiſſe Antiphonarii & Reſponſorialis collectionem & ante S. Gregorium Magnum; quod porro ſatis evincunt ea, quæ de cantu in Eccleſiis frequentato Gregorio vetuſtiora occurrunt teſtimonia: quotus enim ille erit, qui ſibi perſuadere valeat ſex primis Eccleſiæ*

*ſæculis Eccleſiaſticos viros nullum habuiſſe librum, qui ordine digeſta exhiberet, quæ in ſacris conventibus perſolvebantur? Statuit deinde Thomaſius eumdem Gregorium libros Eccleſiæ liturgicos a ſe emendatos in meliorem formam redegiſſe. Fere omnibus communis eſt ea ſententia: illam affirmat Joannes Diaconus in ejuſdem eximii Pontificis Vita lib.*II, *cop.6; de illo enim ait.*: Deinde in domum Domini, more ſapientiſsimi Salomonis, propter muſicæ compunctionem dulcedinis, ANTIPHONARIUM centonem cantorum ſtudioſiſsimus nimis utiliter compilavit. Scholam quoque cantorum, quæ hactenus eiſdem inſtitutionibus in ſancta Romana Eccleſia modulatur, conſtituit: eique cum nonnullis prædiis duo habitacula, ſcilicet alterum ſub gradibus Baſilicæ beati Petri Apoſtoli, alterum vero ſub Lateranenſis patriarchii domibus fabricavit: ubi uſque hodie lectus ejus, in quo recubans modulabatur, & flagellum ipſius, quo pueris minabatur, veneratione congrua cum authentico Antiphonario reſervatur &c. *Hæc longius retulimus ob ea quæ paullo inferius dicturi ſumus. Cetera claruit Joannes Diaconus ſub Joanne VIII Pontifice, qui obiit anno* DCCCLXXXII; *trecentis fere poſt Gregorium Magnum annis. Nullus ante ipſum invenitur, qui narret Gregorium Liturgicos libros coordinaſſe; non Gregorius Turonenſis, non Iſidorus Hiſpalenſis, qui Gregorii Magni ætate viventes, illius Vitæ hiſtoriam adornarunt; ille quidem Hiſt. Francor. lib.*X; *iſte vero in Lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Ejuſdem rei nec meminit Venerabilis Beda, qui ſæculi* VIII *ſub initium Gregorii geſta ac mores pinxit, tum in ſuo Martyrologio, tum cap.*I *Lib.*II *Hiſt. Eccleſiaſt. Gentis Anglorum: nec Paulus Diaconus, qui eodem ſæculo* VIII *in ſuis de hiſtoria Langobardorum ſex Libris de illo non ſemel agit; & Vitam inſuper deſcripſit: nec Amalarius nec Agobardus, qui* IX *Eccleſiæ ſæculo de Antiphonario libros compoſito ediderunt. Hinc ſunt aliqui, quibus prorſus incertum videtur, an Gregorio Magno Eccleſiaſtici Libri, de quibus agimus, jure ac merito tribuantur: (qua in re notetur maxime velim hanc quæſtionem agitari non de ſolo Antiphonario & Reſponſoriali, ſed & de Gradali ac Sacramentario.) Inter illos inveniuntur Petrus Guſſanvillæus initio illius, de qua ſæpe diximus Præfatione ad Antiphonarium, & Elias Dupinius in ſua Eccleſiaſtica Bibliotheca. Horum veſtigia fortaſſe dum ſequitur Jo. Georgius ab Eckhart Comment. de rebus Franciæ Orientalis lib.*XXV, *pag.*718 *modum excedens rem non ut dubiam tantum affirmat, ſed omnino eſſe falſam contendit.*

XVI. *Scriptoris hujuſce clariſſimi opinio, quandoquidem illam expendere abs re noſtra non erit, ita ipſius verbis enarratur*: Cantum Gregorianum a Gregorio M. Papa, auctore Antiphonarii, dictum, Johannes Diaconus Vitæ ejus deſcriptor aſſerit; ſed Johannes hic trecentis poſt Gregorium M. annis

annis vixit, nec teſtis ſatis idoneus ideo eſt. *Hæc ille, qui & obſervat Pagium in Joannis Diaconi ſententiam conſentire, ſicut ex iis apparet, quæ leguntur num.* IX *Anni* IↃCCLXXXVII *ipſius ad Baronium Criticæ: obſervat inſuper & Natalem Alexandrum Tom.* V *Hiſt.Eccl.pag.*387 *eamdem ſequi doctrinam; ipſumque notat, utpote qui ad rem evincendum firmius ex Gregorio Magno documentum non adducat, ejus Epiſt.*44 *lib.*IV, *qua decrevit ne Diaconi in Cantores eligantur, ſed tantum Subdiaconi & Minores Clerici. Et quum pervidiſſet ſibi quam maxime adverſari eos verſus, quos ait Mabillonium & Martene in antiquis Antiphonariis inveniſſe, ſicut & a ſe repertos eſſe in Antiphonario Biblioth. Helmſtadienſis elegantiſſime juſſu Sigeberti Epiſcopi Mindenſis exarato: & dicere potuiſſet ante Mabillonii & Martene obſervationem editos fuiſſe in præſenti Ven. Thomaſii volumine pag.*172, *aut non ſemel in Antiquis Miſſarum Libris. Illi autem verſus ita ſe habent.*

Gregorius Præſul meritis & nomine dignus,
Unde genus ducit, ſummum conſcendit honorem.
Ipſe Patrum &c.

*Ne inquam illi verſus, quibus conſtat Gregorium natione Romanum, & dignitate Pontificem Summum, cantum & Antiphonarium diſpoſuiſſe, præconceptæ a ſe opinioni ullo modo refragari fateatur Jo: Georgius ab Eckhart; vult in illis non eſſe intelligendum Gregorium Magnum, ſed Gregorium* II *Pontificem, qui & ipſe gente Romanus erat. Id ut confirmet, ait, Carolum Regem, Romanum cantum ceu rem novam, demiratum eſſe, & Theodorum atque Benedictum Romanos Cantores, quos Adrianus Pontifex ad Carolum miſerat, juxta Monachi Egoliſmenſis narrationem, dixiſſe ſe doctos eſſe a S. Gregorio. En quæ ſit viri illius præclariſſimi opinio; in qua ſane invenies, & quod aperte falſum detegitur, & quod liberius confictum videtur.*

XVII. *Principio in ea a vero toto cælo abludit, quod Clariſſimo Natali Alexandro vitio vertitur: non enim unicum laudato in loco teſtimonium adducit ex Epiſt.*44 *lib.*IV; *ſed & alterum ex Epiſt.*64 *lib.*VII, *quod diſſimulari certe non debuerat, multum quandoquidem valet, ſi non ad litem prorſus dirimendum, proculdubio ut evincatur illius in emendandis ornandisque ſacris Miſſæ ritibus & ceremoniis ſollicitudo. Illam dedit ad Joannem Epiſcopum Syracuſanum, ut nonnullorum murmurationes retundens de Miſſæ ordinatione rationem redderet. Quare licet longiuſcula ea ſit, ad rem tamen noſtram quum maxime conducat, integram eſſe hoc loco exſcribendam nulli dubitavimus. Igitur ea ita ſe habet.*

Veniens quidam de Sicilia mihi dixit, quod aliqui amici ejus, vel Græci vel Latini, neſcio, quaſi ſub zelo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ de meis

dispositionibus murmurarent, dicentes: Quoniam Ecclesiam Constantinopolitanam disponit comprimere, qui ejus consuetudines per omnia sequitur. Cui cum dicerem: Quas consuetudines sequimur? respondit: Quia alleluja dici ad Missas extra Pentecostes tempora feciſtis; quia Subdiaconos spoliatos procedere; quia Kyrie eleison dici; quia orationem Dominicam mox post canonem dici statuistis. Cui ego respondi: Quia in nullo eorum aliam Ecclesiam secuti sumus. Nam ut alleluja hic diceretur, de Hierosolymorum Ecclesia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damasi Papæ traditur tractum: & ideo magis in hac sede illam consuetudinem amputavimus, quæ hic a Græcis fuerat tradita. Subdiaconos autem ut spoliatos procedere facerem, antiqua consuetudo Ecclesiæ fuit. Sed quia placuit cuidam nostro Pontifici, nescio cui, qui eos vestitos procedere præcepit. Nam vestræ Ecclesiæ numquid traditionem a Græcis acceperunt? Unde habent ergo hodie, ut Subdiaconi lineis in tunicis procedant, nisi quia hoc a matre sua Romana Ecclesia perceperunt? Kyrie eleison autem nos neque diximus, neque dicimus sicut a Græcis dicitur: quia in Græcis simul omnes dicunt; apud nos autem a clericis dicitur, & a populo respondetur, & totidem vicibus etiam Christe eleison dicitur, quot apud Græcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem Missis alia quæ dici solent tacemus, tantummodo Kyrie eleison & Christe eleison dicimus, ut in his deprecationis vocibus paulo diutius occupemur. Orationem vero Dominicam idcirco mox post precem dicimus; quia mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem oblationis hostiam consecrarent. Et valde mihi inconveniens visum est, ut precem quam Scholasticus composuerat, super oblationem diceremus, & ipsam traditionem quam Redemptor noster composuit, super ejus corpus & sanguinem taceremus. Sed & Dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos vero a solo Sacerdote. In quo ergo Græcorum consuetudines secuti sumus, qui aut veteres nostras reparavimus, aut novas & utiles constituimus, in quibus tamen alios comprobamur imitari? Ergo vestra charitas cum occasio dederit, ut ad Catanensem civitatem pergat, vel in Syracusana Ecclesia, eos quos credit aut intelligit, quia de hac re murmurare potuerunt, facta collatione doceat, & quasi alia ex occasione eos instruere non desistat. Nam de Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet Sedi Apostolicæ esse subjectam? Quod & piissimus domnus Imperator, & frater noster ejusdem civitatis Episcopus assidue profitentur. Tamen si quid boni vel ipsa vel altera Ecclesia habet, ego & minores meos quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari

imitari paratus ſum. Stultus eſt enim qui in eo ſe primum exiſtimat, ut bona quæ viderit, diſcere contemnat.

*Hæc Gregorius M. unde optimo jure Natalis Alexander indicium deſumit, ut Joannis Diaconi de Antiphonarii coordinatione ab illo facta narrationem confirmet. Quod vero ſubjungit Eckhartus Carolum Magnum romanum cantum excepiſſe ceu novum inventum, & ideo Gregorio II potius tribuendum; aut romanos Cantores dixiſſe ſe a Gregorio canendi rationem accepiſſe, argumenti genus eſt nulla veriſimili ratione firmatum. Novus Gallis erat romanus cantus proprio aſſuetis, nullus inficiatur: edocti fuere Theodorus & Benedictus a Gregorio, at non in vivis ſuperſtite, ſed ab illius inſtitutis & Schola, quod æquo jure dici poteſt tam de Gregorio II, quam de primo: Et dictum ab illis fuiſſe de Gregorio I, ſuadetur, quod eos ad Carolum miſerit Adrianus, qui Pontifex inauguratus fuit ſolum anno* DCCLXXII, *elapſis jam a funere Gregorii II quadraginta & amplius annis. Inſuper Eckhartus diſſenſionem inter Romanos & Gallos Cantores exortam, quæ Carolo occaſio fuit ut Romanos accerſiret, conſignat in annum* IↃCCLXXXVII, *unde inito calculo dicendum eſſet Adrianum ad Carolum Cantores miſiſſe viros octogenarios, vel etiam nonaginta annorum, quod omnem veriſimilitudinis notam excedit.*

XVIII. *Eckhartum refutandum aggreditur Dominicus Georgi, quem ſupra memoravimus, quemque conſtat hac in Urbe poſtremis hiſce temporibus claruiſſe. Is porro tom.* II *Liturgiæ Romani Pontificis, Diſſert.* II, *cap.* IV, §. II, *indicata illius opinione eidem opponit librum* Gradalem *S. Gregorii Cod. Mſ. Baſilicæ Modoetienſis S. Joannis Baptiſtæ in Inſubribus a Thomaſio editum inter antiquos Miſſarum Libros, in quo illi iidem verſus de quibus diximus, leguntur. Eam membranam inter dona Reginæ Theodolindæ repoſitam ſe vidiſſe teſtatur Clariſs. Mabillonius Muſ. Ital. pag. quæ apud me eſt* 211, *atque his verbis deſcribit:* exſtat in eodem Modoetiæ Sacrario codex ex membranis purpureis, Gregorii Antiphonarium continens, ſed mutilum; quadratis litteris aureis exaratus, cum operculis ex ebore, quæ ex una parte præferunt effigiem Davidis regis, ex alia ſancti Gregorii cum hoc diſticho. Gregorius Præſul &c. *At in aere piſcatur erudītus Georgius, dum ex illo veteri monumento derivata ratione in Eckhartum utitur. Si enim ea aliquid valeret, neceſſum eſſet, ut Codex idem ætatem ſpiraret ipſius Gregorii Magni, vel ſaltem quæ Gregorium II præcederet: aut, aliquid aſſervari inter dona Reginæ Theodolindæ, & hujus eſſe donum, ut unum idemque eſſet, quemadmodum ſuperius a nobis dicta ſatis ſuperque oſtendunt. Illius tamen rei contrarium omnino evincit Thomaſius monens in eo Libro Feria* VI *Paraſceve reperiri* Tractum, Eripe me Domine, quem nuperrime (*ipſa hæc ſunt Thomaſii verba*) compilatum dicunt Ordo Romanus ab Hit-

ab Hittorpio vulgatus, & lib. de divinis Officiis ſub nomine Albini; *præ termittat* Tractum, Qui habitat, quem ſolum agnovit Amalarius lib. 1, cap. 13; *unde colligit eum Codicem* poſt eumdem Amalarium ſcriptum quam rectiſſime cenſeri poſſe. *Ad hæc ſi advertiſſet Georgius, aut de alia reſutationis via cogitaſſet, aut Eckharti nullam feciſſet mentionem.*

XIX. *Alicui fortaſſe hac in parte arrideret illud argumenti genus ab artis critices cultoribus excogitatum, quo ſimul collatis in noſtro caſu germanis Gregorii Magni Operibus cum veteris Eccleſiæ liturgicis libris, qui ipſi tribuuntur, diligenti indagine obſervatur, an loquendi ſeu ſcribendi modi in utriſque ſimiles inveniantur: quos ſi obſervari contingat, ſatis idoneam ſibi adeſſe rationem opinarentur nonnulli, qua difficultatibus quibuſcumque e medio ſublatis, iidem libri Gregorio ut auctori ſive reſtauratori vindicentur. Id argumenti ubicumque adhibeas, ſemper incertum invenies; rem tibi inter cetera manifeſto apertam faciet lis orta Joſephum Antelmium inter & Eliam Dupinium; qua eodem ſubſidio phraſium conſonantium, & ſermonis ſimilis argumento ab illis in diverſa diſtrahitur opinio de nonnullis libris, quos Paſchaſius Queſnellus S. Proſpero abjudicatos S. Leoni Magno adſeruit; quoſque Antelmius iterum Proſpero ceu auctori reſtituit, & Dupinius contra a Leone eſſe compoſitos contendit. Verum de Liturgicis Libris quum agitur, meo quidem animo idem argumentum non ſolum incertum, ſed & ineptum prorſus evadit. Quid enim quæſo obtineres, ſi libros Antiphonarii, Gradalis, Sacramentorum redolere evincas loquendi rationem, phraſes, modos omnes, qui paſſim occurrant in Gregorii Magni Epiſtolis, in Dialogorum libris, in ceteris ejuſdem ſinceris lucubrationibus? Ego quidem illo in caſu ſtatuerem eos libros præ ſe ferre antiquitatem ſæculo ſexto exeunte remotiorem: eiſdem uſum quam ſæpiſſime fuiſſe Gregorium in quotidiano Curſu perſolvendo, in ſacris peragendis; & ideo, quum perpetuo nocturna diurnaque manu illos triviſſet, qui in iiſdem habentur loquendi modi, ſibi quam familiares reddidiſſe; ac proinde factum dicerem, ut iiſdem uſus ſit, quum pluteo vel exarandis litteris, vel libris elucubrandis operam dabat. Neminem latet unumquemque eum ſermonem loqui, eoque ſcribere, quem accepit vel ab iis cum quibus ſæpius diverſatur, vel ab iis libris quos manu terere conſuevit. Sic Eccleſiaſtici viri dum latine ſcribere volumus præ Cæſare & Tullio haud raro eum ſpiramus ſermonem, quo Breviarium aut Vulgata divinæ Scripturæ Verſio exarantur. Idque dum facimus, quotus ille eſſet qui non rideat, ſi aliquis ob ſermonis conſonantiam nos vellet Breviarii, aut Vulgatæ auctores dicere?*

XX. *Nullum igitur teſtimonium hactenus nobis eſt ætate vetuſtius illo Joannis Diaconi, quando agitur an Gregorius Magnus liturgicos Romanæ Eccleſiæ libros compilaverit. Id ingenue Viris in rebus Critices exercitatiſſimis Petro Guſſanvillæo,*

*villæo, Eliæ Dupinio, Jo. Georgio ab Eckhart concedamus neceſſe eſt, ne a vero quæ ſunt prorſus aliena imperitis & nos venditare videamur. Nulli tamen divinorum Officiorum reſtitutionis atque reſtaurationis, quibus ea in meliorem præ vetuſtiore formam redacta ſint, laudem magno Gregorio noſtra ſententia abjudicari volumus. Atque adeo ſi, ut decet æquos rerum æſtimatores, agnoſcimus nullam nobis contraire rationem præter veterum ſilentium, qui de noſtro Gregorio ſcribentes, vel rei illius non meminere, vel ſi mentionem fecerunt, ad excitandam noſtro hoc tempore controverſiam non advertentes, Gregorium non appellaverunt* Primum, *vel* Magnum *ut a Gregorio* II *ſatis diſtinguerent: quam poſtremam appellationem illis longe recentiorem eſſe vel abunde conſtabit evolventi ſcripta Gregorii Turonenſis, Iſidori Hiſpalenſis, Bedæ, Pauli Diaconi, & ipſius Joannis Diaconi, in quibus de Vita illius agitur: in iiſdem enim ſcriptis paſſim vocatur vel ſimpliciter* B. Gregorius, *vel* Gregorius Papa, *aut* Gregorius Eccleſiæ Doctor, *non vero* Gregorius Magnus. *Illis accedunt veterum Martyrologia, & liturgici libri qua Romana qua Græcorum Eccleſiæ, uti viſitur apud Bolland. Martii tom.* II, *ejuſdem Menſis die* XII, *pag.* 121, *col.* 1. *Dum inquam illud cum adverſariis fatemur, ſtatuimus inſuper Joannis Diaconi ſententiam non eſſe deſerendam. Mittam in præſentia virorum graviſſimorum ſuffragia, qui eidem Scriptori adhæſerunt, ut inter veteres Walafridus Strabo, Breno Augienſis, Micrologus: inter recentiores Jacobus Pamelius, Angelus Rocca, Hugo Menardus, Mabillonius, Martene, Dionyſius a S. Martha, alii, qui cum Ven. noſtro Thomaſio, quamvis adverſariorum momenta ipſos non laterent, ab Joanne Diacono nihilominus nulli receſſerunt. Ex Mſs. Codicibus* XII *ſæculi alia duo addidimus teſtimonia ad Thomaſii, de quo agimus, locum. Verum eorum omnium auctoritatem ſane graviſſimam licet nihili facere velimus, inficiari tamen nullus debet Gregorium aliquem, qui ante exordium* IX *ſæculi Romani Pontificatus Sedem tenuerit, noſtros libros compilaſſe. Ut multa heic omittam, comperto omnibus eſt Codicem Mſ. Remenſem Gregoriani Sacramentarii apud Hugonem Menardum in ſua ad Greg. M. Sacrament. Præfat. exaratum, ut ipſe Menardus demonſtrat, ſub finem ſæculi* VIII, *in una pagina e regione Prologi præ ſe ferre effigiem S. Gregorii Papæ ſiniſtra tenentem librum, cum hac circa caput inſcriptione,* CKC ΓΡΕΓΩΡΙΟC ΠΑΠΑ, *ideſt* Sanctus Gregorius Papa. *At quis Gregorius? Eſt ne ille primus, vel alter ejus nominis ſecundus? Illud eſt noſtræ diſceptationis cardo, in qua porro eam partem cordatus quiſque ſequatur oportet, cui rationes vel conjecturæ aliquæ ſuffragentur, dum alteri parti nullæ ejuſdem firmitatis ſint. Hoc animad verſo ſtatuentibus pro Gregorio primo, adeſt conjectura non levis orta ex ejuſdem epiſtola, quam ſupra retulimus num.* XVII; *adeſt ipſe Joannes Diaconus, qui rem tot circumſtantiis munitam narrat, ut in dubium*

*dubium revocari vix posse appareat : ait se ipsum Gregorii authenticum librum Romæ in Patriarchio Lateranensi vidisse , lectum insuper , in quo jacens pueros canere docebat, atque virgam qua iisdem minabatur. Ad hæc dum attente animum advertimus , mirari subit , inveniri potuisse , qui levibus fulti rationibus rem negaverint , aut fateri detrectent quod legitur in Præfat. ad Greg. M. Sacramentarium Vaticanæ Editionis , ubi occurrit , Romanæ Liturgiæ* librorum auctorem esse sanctum Gregorium Magnum , difficile in dubio revocari *posse* .

XXI. *Reliquum modo est ut de Mss. membranis libri* Responsorialis & Antiphonarii , *ex quibus volumen hocce nostrum compactum primo fuit , agamus ; quandoquidem de illis sub finem suæ Præfationis & Thomasius egit . Duplex heic exhibetur* Responsorialis & Antiphonarii *liber . Primus ex Ms. Codice Archivi Basilicæ Vaticanæ , qui nunc temporis signatur hac nota ( B. 79 ) . Illum exaratum credidit Thomasius intra illud temporis , quod fluxit inter Alexandrum* III, *atque Gregorium* IX, *hoc est inter annum* CIↃCLXXXI *&* CIↃCCXXVII, *quod & ipsi nostra conjectura firmavimus circa finem adnotationis* (2) *ad pag.* 20 *&* 21 , *qua statui posse nobis videtur scriptum eumdem fuisse labente sæculo* XII . *Ceterum hujus Codicis* Respons. & Antiph. *librum aliis hactenus editis , tum ex Ms. Cod. Monast. S. Galli hoc in eodem volumine ; tum ex Ms. Cod. Compendiensi in Tom.* III *omnium Operum S. Gregorii Magni novæ editionis PP. Maurinæ Congregationis, longe præstare si quis adfirmet, a vero proculdubio nullus aberrabit . Præstantiæ hæc sunt nomina, quæ proferimus . Principio constat illum fuisse ad usum Canonicorum Basilicæ Vaticanæ , ac proinde Romanorum ritibus* XII *sæculi nullos extraneos aliarum Gentium admixtos retinere , quemadmodum illis evenit, de quibus mox dicebam , ex Codd. S. Galli & Compend. vulgatis . Secundo ea monita & præcepta exhibet , quæ hodie* Rubricas *vocamus , quæque si in unum volumen habeantur ; volumen* Ordo Romanus *veteri appellatione dicitur . Hoc sane nomine , quod inter editos huic libro peculiare prorsus est , idem haberi meretur ad instar veteris Romani Ordinis ad Cursum nocturnum & diurnum spectantis . Tertio ubique fere consonat* Ordini Romano *apud Mabillonium sub num.* XI, *tom.* II *Mus. Ital. reposito , atque exarato a Benedicto ejusdem Vaticanæ Basilicæ Canonico ante annum* MCXLIII , *quod ex eodem Ordinis Scriptore Benedicto colligit prælaudatus Mabillonius pag.* 118 . *Consensum illum ; postquam fieri debere scripserat Thomasius , in propatulo locavimus nostris animadversionibus , in quibus ex eodem Ordine testimonia e re nostra sæpe exscripsimus . Quarto illa propemodum omnia , eoque fere ordine digesta in eo reperiuntur , quæ de Romano Antiphonario tradidit Amalarius lib. de Ord. Antiph. unde cuique constare potest nostri Antiphonarii ritus sæculo* XII *Romæ usurpatos ab illis non distare , qui in moribus Romanorum erant sæculo* IX . *Hanc observationem eximio*

*Thoma-*

*Thomaſio debemus, qui tum in ſuis ad hunc librum Scholiis illud ſæpe notaverat; tum manu exaratis in notulis, quas ad oram & calcem unius exemplaris ejuſdem hujus libri jam editi ipſe addiderat: quaſque in præſenti noſtra editione vulgare nullibi prætermiſimus, dum illum librum exegimus ad idem exemplar, quod in noſtra Bibliotheca S. Silveſtri Montis Quirinalis aſſervatur: & illud idem eſſe cognovimus, quo Vir Venerabilis utebatur eodem illo tempore, quo Opus prælo ſuberat, ut ad illud Scholia, quæ ad calcem adjecit, pararet: in eo ſiquidem notantur Amalarii loca, in quibus cum Mſs. Baſil. Vatic. & S. Galli conſentit: ex illis aliqua repoſita deinde leguntur in Scholiis; alia nos ſuis, ubi leguntur in autographo, locis imprimi a Typographo voluimus. Quinto demum, ut hujus generis multa premam, quæ ſtudioſis rerum liturgicarum viris obſervanda relinquimus; in illo præmittitur Kalendarium ejuſdem Vaticanæ Baſilicæ, cujus cauſſa & ſacrorum Ritnum cognitioni, & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ narrationibus acceſſio minime contemnenda fieri poſſet. Rem exemplis ut hoc loco declarem: panca admodum Sanctorum Officia in illo occurrunt: Si autem ejuſdem Vatic. Baſilicæ Antiphonarios Mſs. B. 82, B. 87, F. 23 inſpicias, aut alios libros, in quibus Kalendaria præmiſſa legantur, ſcriptos, ut illi ſunt, partim labente ſæculo* XIII *partim ſæculo* XIV; *quum in illis, ſingulis fere diebus Sancti alicujus Curſus adſignetur, adparet per illud temporis, quo SS. Dominici & Franciſci religioſi Ordines propagari cœperant, Romanam Eccleſiam in diurno Curſu Sanctorum Officia haud pauca recepiſſe, reclamante veteri diſciplina: qua de re legendus Radulphus Tungrenſis lib.* de Canonum Obſervantia. *Unicum non duplex eodem in Kalendario occurrit* Cathedræ B. Petri Apoſtoli *feſtum, illudque* VIII *Kal. Mart., quod ſane in aliis veterum monumentis obſervatum noſtræ ætatis Scriptores exercuit: de hoc argumento haud pauca & ipſi adnotavimus; quibus utpote conſona videri merentur, quæ Vir Clariſs. Alexius Symmachus Mazochi ſcripſit in ſuis de veteri marmoreo Kalendario Eccleſiæ Neapolitanæ commentariis pag. 49 & ſequentibus. Ad hæc* VI *Kal. Jun. habetur memoria S.* Eleutherii Papæ & Mart. *quod mirum in modum & ad Sacram Liturgiam & ad Eccleſiæ Hiſtoriam inluſtrandam conducit: nam martyrem quum adſeruerit indicari in veterum chartis Ven. Baronius ad an.* CXCIV, *& in ſuis ad Martyrologium notationibus, ejus rei cauſſa a Florentinio, a Bollandiſtis, a Tillemontio culpatur; veluti qui martyrii laudem adſerere voluerit Eleutherio nullo antiquitatis præſidio fultus. Idem obſervatur & ad diem* IV *Id. Jul., ubi legitur mentio S.* Pii Papæ & Mart. *Verum de his aliiſque ejus generis non paucis adnotationes noſtræ conſuli poterunt.*

XXII. *Reſponſorialis & Antiphonarii librum Mſ. Baſil. Vatic. excipit alter ejuſdem ordinis liber editus ex Cod. Mſ. Monaſterii Sangallenſis in Helvetiis, qui licet antiquiorem præ illo nactus ſit amanuenſem, ſcriptus enim dicitur* X *vel* XI

*ſæculo, nihilo tamen minus illo præſtantior haberi non debet, quum ea quæ mox memorabam commoda ex iſto exſpectari nequeant. Romanis Ritibus admiſcentur paſſim illi Monachorum, quorum uſui olim inſerviebat. Viſuntur in illo dies dicati Officiis S.* Trinitatis, S. Gregorii, *cujus ritus excerptus apparet ex iis quæ ſcripſerat Joannes Diaconus in illius Vita. Inſuper & memoria habetur* S. Benedicti: *occurrunt* Veſperæ *in* Vigilia S. Paſchæ, *quarum Officium a moribus Romanæ Eccleſiæ alienum olim fuiſſe conſtat, quod apud eam Miſſa Vigiliæ nocte diem Sanctum præeunte celebraretur. Præterea habentur Curſus diurni* S. Dionyſii, Omnium Sanctorum, Sancti Brictii, *quorum nulla erat apud Romanos mentio. Et eam ob cauſſam, ut a ſinceris Romanæ Eccleſiæ ritibus ſecernerentur, voluit Ven. Thomaſius, ut minoris formæ typorum elementis excuderentur, quod & noſtris curis heic repræſentare examuſſim ſecimus. Ex iis tamen, quæ mox dicebamus nullus opinetur, ſuum pretium, illudque eximiæ notæ, & hnic libro non eſſe ſtatuendum; habet & ipſe auro gemmiſque præclariores dotes; exhibet porro x ſæculi ritus in Curſu diurno atque nocturno uſitatos: exhibet diſcrimen inter Romani Cleri & Monachorum in Galliis Antiphonarios libros: multa inſuper paſſim detegit prorſus ſingularia, & liturgico Viro digna; quæ & Ven. Thomaſius ſuis animadverſionibus inluſtravit, & nos pro modulo noſtro adnotare ſubinde non prætermiſimus. Et ſi liceat, noſtrum hunce Sangallenſem librum illo præſtantiorem crediderim, qui cuſus legitur Tom.* III, *in nova Operum S. Gregorii editione. Et ne illud ad invidiam creandam dicere videar, opinionem, qua teneor, dijudicandam relinquo omnibus illis, qui exemplaribus ſimul collatis, perpenſiſque Thomaſii ſchol.is, & adnotationibus a me additis, colligere inde valebunt quid inter librum & librum interſit.*

XXIII. *Romam Thomaſio libri hujus exemplar ex autographo diligentiſſime exarato tranſmiſit vir Clariſs. D. Hermannus Shenk Monachus & a Bibliotheca Cœnobii Sangallenſis. In ejus rei documentum noſtræ huic Præfationi ſubjungimus Thomaſii Epiſtolas ad illum datas, quas Vir præclariſſimus, quem ſupra num.* XII *laudabam, Dominicus Paſſionei nunc temporis S. R. E. Cardinalis Ampliſſimus, quum olim apud Helvetos pro Eccleſia Romana Legatus ageret, atque ad S. Galli Monaſterium ſe conferret, & officii quo fungebatur partes impleturn, & Monachos conventum, & requiri voluit, & inventas ſibi exſcribi mandavit. Nec ſine difficultate obtineri res illa potuit: Tigurinorum enim bello cum Abbate Sangallenſis Monaſterii exorto, iidem Sangallenſes Monachi pretioſiora quæque proprii Monaſterii milite graſſante ne peſſum irent, ultra Conſtantienſem Lacum tranſvehi fecerunt in ea regione, quæ Sangallenſi Civitati obvertitur, quamque ſperabant fore a vaſtationibus immunem. In iis erant Thomaſii litteræ; quas licet reddita ſibi pace una ſimul cum ſuis aliis rebus Monachi recepiſſent;*

*piſſent ; inſtante tamen Legato , qui ab ipſo Thomaſio , quem Vitæ inſtitutorem & doctrinæ , qua inſigniter pollet , magiſtrum veneratur , adeſſe debere noverat . Inventa vix illæ ſunt ; erant enim omnia confuſione permixta . Illis igitur repertis apographum Legato datur : autographum ne pereat , & honos eidem debitus ut habeatur , in Monaſterii Armario complicatum cum quibuſdam S. Caroli Borromæi aliis Epiſtolis cuſtodiendum reponitur . Ex hoc itaque apographo eas litteras largiente prælaudato eximio Cardinali nunc primum edimus . XVIII illæ ſunt : non omnes tamen ad hujuſce præſentis libri Antiphonarium ſpectant : ſunt quædam agentes de Antiphonario Miſſæ , ſive de libro* Gradali *& de aliis : at omnes una dedimus ne a ſe invicem diſſocientur .*

XXIV. *Appendix ad Operis totius calcem coronidis loco ſubjungitur . In ea Ven. Thomaſius aureum dedit faſciculum veterum monumentorum de Curſu nocturno atque diurno rationem exponentium: quidquid enim rituum qui in eo Curſu celebrando antiquiſſimis uſurpabantur temporibus, in membranis* Ordinis Romani, Antiphonarii, Lectionarii, *horumque ſimilium librorum invenit , in eadem collectione repoſuit. Quæ collectio Eccleſiaſtica antiquitatis ſtudioſis pretioſiſſima ſit oportet , tum ob veterum mores ſacraſque ceremonias , quas illa manifeſtam in lucem ponit ; tum ob ea quæ in eadem deliteſcunt , & virorum ingenia etiam magis acuta , ſi inluſtrari velint , exercere , vel etiam torquere poſſent . Longius præſens hæc Præfatio protraheretur , ſi de ſingulis illius Appendicis partibus loquendum hoc in loco eſſet . Occurrunt ibi fragmenta veteris* Romani Ordinis *de Officiis* a Cœna Domini uſque in Paſcha, *&* a Dominica mediana uſque in Octabas Paſchæ , *quæ fragmenta una cum aliis de potioribus anni feſtivitatibus & Officiis , diſtinctis libellis antiquitus digeſta fuiſſe , planiſſimo membranæ adhuc in Vatic. Biblioth. ſuperſtitis argumento , primus detexit Thomaſius ; docuitque inanem operam exercere , qui hiſce libellis deſtitutus ex Ordine Romano ab Hittorpio edito , qui* farrago potius eſt diverſorum rituum ſecundum varias conſuetudines , *vellet germaniores antiquioreſve veterum ſacras ceremonias agnoſcere . Cetera actum agerem , ſi memorarem eoſdem libellos edidiſſe Clariſs. Mabillonium tom.* II *ſui Muſ. Ital. Unicum tamen præterire in præſentia non debeo , videlicet eam editionem Thomaſio omnino deberi , qui anno* MDCLXXXV , *quum Romæ eſſet Mabillonius , eos libellos cum eodem communicavit ; quidem candide , ut par eſt agere Virum doctum , ipſemet fatetur in ſuo Itinere Italico tom.* I *Muſ. Ital. pag. quæ apud me eſt* 90 , *dum ait :* Joſephus Thomaſius Clericus regularis ex Ordine Teatinorum , amicus noſter in primis , modeſtia & pietate non minus, quam doctrina & ſcriptis commendandus , collectanea de ritibus ſacris quam plurima habet , quorum ultro nobis copiam fecit , ſolo animo promovendi ſtudium rerum ſacrarum,quibus totus incenſus eſt.

XXV. *Magni fieri merentur Thomaſiana hæc veterum ſacra Libri* Reſponſorialis & Antiphonarii *monumenta, diſſimulari non debet: ea ni calleat aut ſacrorum Rituum ſtudioſus, aut qui de Theologia, vel Eccleſiæ Hiſtoria meditatur, hærebit ſæpe ac ſæpius. Verum, ut ſunt hominum ingenia ad errandum prona, inveniuntur, nec pauci, inter illos etiam, qui in litteratorum republica moderatoris ſubſellia occupare ſe credunt, qui hæc eadem inſuper habeant: Horum cauſſa Sanmarthanus quum de libro Reſponſorialis & Antiphonarii præfari incipit tom. III Operum S. Greg. Mag. ait:* Cum a paucis prævideamus legendam collectionem hanc &c. *Elias Dupinius de S. Greg. Mag. agens in ſua Biblioth. ita de Antiphonario ſcribere præſumpſit:* quoiqu'il en ſoit, cet Ouvrage n'eſt pas de grande importance. *Verum iſti in hujuſmodi rebus ſæpe ignorant quantum diſtent aera lupinis, quantumve diſcriminis intercedat inter eum, qui Eccleſiæ doctrinam moreſque in ipſius, quibus olim utebatur libris, inſpicit, & illam deſumentem a Scriptorum narrationibus, a veterum teſtimoniis non ſemel truncis, & obviam prolatis. Fateor, libri hujus paginam volventi ea ſpecies oculis illico obverſatur, quaſi* Breviarium *exhibens, quod Clericorum ore quotidie teritur. Nec illud utilitate caret, quandoquidem tibi demonſtrat novum non eſſe, quod noſtra hac ætate frequentari videmus. At rem ipſam penitius introſpicienti conſtabit non ſolos Breviarii ritus, non ordinem eumdem haberi; ſed aliud porro longe diverſum. quod ſi intelligere prorſus cupias ſatis tibi non erit Alcuinus, nec Amalarius, nec Agobardus, nec Strabo Walafridus, aut Augienſis Breno, aut Micrologi Auctor, aut Belethus; ut verbo dicam, omnes ſi veteres, aut etiam recentiores, qui de ſacris ceremoniis ſcripſerunt, attente & meditato etiam legas, illas nec tam facile accipies, nec ita penitus ut veteres hoſce libros verſando, quorum ratio ab illis omnibus ſcripto traditur. Ut iiſdem intelligendis viam ſterneret planiorem Ven. Thomaſius Scholia ad calcem adjecit, in quibus more ſuo paucis quidem ſed docte noſtri Antiphonarii ſalebroſiora loca, aut quæ reconditi aliquid retinent, explanavit. Eadem Scholia legentium commodo proſpicientes, ſingulis quibus debentur libri paginis apponi voluimus. Videatur ipſius Thomaſii brevis Præfatio eiſdem præfixa, quam nos poſt alteram longiorem ad Reſponſ. & Antiph. ejuſdem Præfationem repoſuimus. Nobis interim de iiſdem Scholiis (quorum uſus apud recentiores de ſacris Ritibus agentes, aut de Eccleſiæ antiquitatibus, in eorum operibus paſſim apparet,) hoc loco, dum Præfationi huic noſtræ finem imponimus, ſatis erit Viri celebratiſſimi Joannis Mabillonii judicium non præterire. Is enim Comment. in Ordinem Romanum num. 1, de Agobardo ſcribens, ait:* Agobardi libri tres exſtant adverſus Amalarium ſcripti. Primus eſt liber -- de Pſalmodia -- in quo Amalarium, quaſi ſtultum & improbum calumniatorem arguit, quod in nocturnis officiis quædam humani ingenii figmenta adhiberet. Idem explicat in altero libro --

libro -- de correctione Antiphonarii -- in quo nonnullas antiphonarum & reſponſoriorum emendationes ab Amalario factas reprehendit : correctus & ipſe a viro modeſtiſſimo Joſepho Maria Thomaſio in notis ad Reſponſorialia & Antiphonaria Romana , ubi quaſdam Amalarii reſtitutiones vindicantur ad fidem veterum codicum eccleſiæ Romanæ . Sic rigidi cenſores aliquando in ſe provocant juſtam cenſuram aliorum . *Et num.* II *ejuſdem Comment. de libellis Ordinis Romani a ſe editis ſubjungit* . Quale vero de his judicium , ac de vulgato Ordine Romano ferendum ſit , nos docet earum rerum peritiſſimus Joſephus Maria Thomaſius in Scholiis ad Reſponſorialia .

*EXPLICIT . IN . NOVAM . EDITIONEM . PRÆFATIO*



# VENERABILIS VIRI
# JOSEPHI MARIÆ THOMASII
## CLER. REGUL. S. R. E. CARDINALIS
# EPISTOLÆ XVIII
## AD D. HERMANNUM SHENK VIRUM CLARISS.

A BIBLIOTHECA MONASTERII S. GALLI IN HELVETIIS.

*Nunc primum editæ ex Apographo Mſ. Bibliothecæ Ampliſſimi Cardinalis* DOMINICI PASSIONEI, *qui, quum Legatione apud Helvetos pro Eccleſia Romana fungeretur eaſdem exſcribi curavit ex autographis, quæ in eodem Monaſterio S. Galli adſervantur, una ſimul cum quibuſdam S. Caroli Borromæi Epiſtolis.*

### EPISTOLA I.

TSi humanitatis erga me tuæ non ſit mihi opus aliunde petere documenta, cum penes me habeam, unde memorem me tibi præſtare poſſem, exempla illa nimirum Romani Ordinis iſtic ſervati, quæ agente Domino Marchione de Riviera ſum adeptus: ſed tamen exiguitatis meæ conſcius, ne importunitatis notam incurrerem, lubenter aſcivi Eruditiſſimi P. Joannis Mabillonii Operam, quo ampliorem tuam demererem gratiam: cujus ad te pro me datas litteras mitto. Expetieram ſane ab eo certior fieri, ſicuti nactus fuiſſet aliquod exemplar MS. antiqui Romani Antiphonarii ab Hadriano Papa I ad Carolum Magnum tranſmiſſi, cujus mihi reſcripto ſpes nata eſt, & ipſum Hadriani Papæ authenticum Antiphonarium in iſto Monaſterio S. Galli reperiendi. Hinc meas ad te preces expono, ut hujus vetuſti Antiphonarii Romani integrum, fideleque exemplum mihi communicare non abnuas: rem enim gratam facies, non mihi modo,

modo, verum & eruditiſſimis quibuſque. Sumptus autem Amanuenſibus debitos illico miniſtrabo, vel hic numerata pecunia cuivis, ſi deſtinaveris, ſive iſtic per ſyngrapham tibi tranſmittendam. Ut autem perſpicue noveris, quod mihi Antiphonarium expetatur, ſcias velim, Hadrianum Papam miſiſſe Carolo Magno Antiphonaria duo per duos Romanos Cantores, quorum alter in itinere febri correptus, exceptuſque liberaliter in S. Galli Monaſterio, unum Antiphonarium eidem reliquit Monaſterio; id quod luculentius, latiuſque traditur in vita B. Notkeri Balbuli in Actis Sanctorum editis ab Henſchenio, Tom. 1 Aprilis. Porro hocce Romanum Antiphonarium Hadriani Papæ in tres erat partes diſtinctum, quarum prima Graduale pro Miſſarum ſolemniis, ſecunda Reſponſoriale, ideſt Reſponſoria, tertia Antiphonarium, Antiphonas ſcilicet pro nocturnis, diurniſque continebat officiis, ut teſtatur Amalarius in Prologo Libri de ordine Antiphonarii: quo item in libro capp. 15, 60, 61, 62, & 63 ſcribit dupla nocturnalia officia, certis quibuſdam ſolemnitatibus in illo Antiphonario extitiſſe. Hujuſmodi igitur eſt Antiphonarium, cujus ego cupiditate teneor, quam tua prompta ad bona ſtudia benignitate expleri cupio, fructuſque praterea humanitatis tuæ erit ampliſſimus, ſi me certiorem facere non dedigneris de conſimilibus veſtræ Bibliothecæ vetuſtis Codicibus ad Miſſam, Divina Officia, ceteroſque ſacros Ritus juxta Romanum Ordinem pertinentibus; unde mea ſtudia in re ſacra promoveri queant. Conjector enim complura penes vos eſſe, quæ haud exiguam lucem ſacrarum antiquitatum eruditioni afferre poſſint, cujus rei jugis mihi teſtis eſt una cum tuæ liberalitatis perpetua memoria, libellus vetuſtiſſimus Ordinis Romani, complectens ritus Miſſæ Pontificalis, ac Majoris Hebdomadæ, & Paſchæ iſtinc mihi tranſmiſſus. Cæterum in eo ipſo Codice, in quo præfatus libellus Ordinis Romani continetur, cum & alia (ut innuebas) habeantur; ea, ſi ad ſacras ceremonias aliquid conferunt, recenſeas tu mihi rogo. Demum, ne longior fiam, ut obſervantiæ erga te meæ potius, quam eruditionis ſpecimen tibi offerrem, jam duos a me editos libros tibi deſtinandos curavi; quos cum acceperis, ſcito meum una cum ipſis tibi animum exhiberi, totum tibi devinctum, totum tibi ad quævis ſemper paratum. Vale, tuiſque me precibus frequenta. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali XI Kal. Martias, anno Domini MDCLXXXIV.

## EPISTOLA II.

CUM gravi & mortifero morbo laborarem, litteras tuas accepi, unaque cum illis excerpta ex libro Officiali, quæ popoſceram: hacque de cauſa tum reſpondere tibi ne quivi; diuturnoque convaleſcendi tempore, ac difficillimo vix hæc demum impræſentiarum reſcribo, ut certiorem te faciam de acceptis præfatis excerptis; ſimulque ut effuſas tibi gratias agam, quod impigro labore tuo mihi etiam nunc favere non deſtitiſti. Animi erga te mei ſtudium, obſequium, & amorem teſtatum tibi velim aliquo modo, quem ſi ipſe ſuggeſſeris, mea utique verba haud inania eſſe cognoſces. Vir clariſſimus Mabillonius initio hujus hebdomadæ iter ingreſſus eſt hinc ad ſua reverſurus, quod tibi renuntiaſſe non ingratum fore credo

credo. Vale, meique ſemper memor ſis in orationibus tuis. Dat. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali VIII Idus Martii M.D.C.LXXXIV.

## EPISTOLA III.

MAgis eſt, quod nimio per tua reſcripta me gaudio affeceris, quam quod id per meas haſce literas ſatis aperiam. Mirum ſane quantum ſim gratulatus, nactus apud vos ſupellectilem multam, quam diu concupieram; quodque mihi eſt omni theſauro charius, humanitatem in te Vir clariſſime erga me ſummam; equidem ita me tuis officiis devinxiſti, ut nemo unquam: his plane perſpicuas feciſti animi tui egregias dotes, cum tam prompte, tam lubenter, tamque diligenter hominem obſecundaſti nihil tale de te merentem. Minor propterea ſemper erit quævis mea gratiarum actio beneficiis tuis, arctaque quælibet verborum longa complexio, ſi operæ tuæ mihi pollicitæ par pari retulero. Vel hoc unum, Vir clariſſime, computum habeas velim, me tui ſic ſemper fore memorem, ut tu tui æternum memorem reddidiſti. Quod vero ad Codices attinet, qui Reſponſoriale, Antiphonarium, & Graduale licet permixta continent, iis magnopere juvari poſſe credo ad inſtituti mei rem conficiendam. Conſilii namque mei eſt, cuncta quæ ad Miſſam, Sacramenta, Officia, atque Ritus Romanæ præſertim Eccleſiæ pertinent, ad priſtinam, quantum fas erit, formam revocare. Hinc mihi omnia ferme ſunt paranda ex vetuſtis Codicibus; ac ita paranda, ut haud tantum res indicem, quin integras potius exhibeam. Quamobrem ſicubi invenio, quæ ad propoſiti mei rationem utcumque facere poſſe arbitror, illico exſcribenda curo: exempla itaque ex vetuſtis Codicibus deſcripta, ut liberaliter, Vir Clariſſime, non denegaſti; liberaliter ut exhibeas, iterum iterumque rogo: ex iis autem Codicibus, quos mihi indicaſti; eorum cum primis exempla percupio, quæ in capite B. Gregorii nomen præferunt, ut in illis verſibus: *Hoc quoque Gregorius Patres de more ſecutus &c.* Quorum primus incipit a Dominica I Adventus, & deſinit in Officio Mandati, una cum aliis Reſponſoriis de Communi Sanctorum &c. Secundus incipit a Paraſceve uſque ad Dominicam XXIV poſt Pentecoſten. Tertius qui & præfatos Verſiculos de S. Gregorio habet, quique incipit a Dominica I Adventus uſque ad Sabbatum Sanctum, & Commune Sanctorum. Quartus *liber Officialis* ab Adventu Domini uſque ad Paſcha, & Quintus item *Officialis* a Sabbato Sancto uſque ad finem anni. Quos duos libros Officiales plurimum ad rem meam conducere pro indubio ſumpſerim. Cæterum de Gradualibus Codex ille in 4. membranaceus, qui Officia continet per totum Anni circulum in die cantanda, ſatis mihi eſſe poſſet, niſi ſuſpicarer pleraque illi deeſſe, quæ ex aliis Gradualibus a te, Vir Clariſſime, notatis, ſuppleri poſſint. Plerumque enim, quæ in uno deſunt Codice, alius ſuppeditat; quamquam & in hoc haud feſtine currendum, cum multa poſterioris ævi licentia pro libito addiderit, quæ primigenia rei inſtituta fucant. Illud in Gradalibus vel maxime adnotandum, ut ii verſus non prætermittantur, quos ad *repetendum*, ſive *reſpondendum* majores noſtri appellabant; quique in Antiphonis ad Introitum Miſſæ & Communionem, una cum

Pſalmi exordio notabantur. Laudatos igitur Codices ſi deſcriptos haberem, haud difficile mihi eſſet ex iis conflare, quod informare quidem cæpi, ſed locupletioribus monumentis deſtitutus perficere deſpero. Tuum ergo erit, Vir Cl. neceſſariis iſtis ſuppetiis me inſtruere; tibique primas ſemper deferam, ſi quid boni tandem confecero ad communem forte utilitatem, nedum meam. Super pretio vero, quod nolis de eo tecum agam, jure id aſſeris, quanti namque æſtimabitur tam ingens animi tui liberalitas, omni ſane pretio pretioſior? Verum aliud eſt tecum agere ſuper pretio, aliud ſumptus miniſtrare debitos Amanuenſibus; nam quod per te, Domine Clariſſime flagito, haud exigui eſt laboris & operæ, ut per te id rei exequaris; ſed per alios conductitios: ſatis ſuperque erit, ſi pro tua humanitate in id incubueris, ut diligenter deſcribant Amanuenſes; niſi hac mihi ratione præcludere velis aditum, quo fidenter poſtmac nequeam a tua benignitate expetere, quæ mihi iſtinc opus eſſent. Itaque reſtat, ut aperte mihi ſignifices, quantum iſtuc pecuniæ ſit tranſmittendum, qua de re enixe te rogo. Quo autem facilius hujuſmodi exempla deſcripta, ad me mittas, poteris ea Mediolanum deſtinare ad Patrem Dominum Hieronymum Meazzam ex noſtris Clericis Regularibus apud S. Antonium degentibus, cujus mox curæ erit, ut mihi tranſmittantur. Demum cum ab Venetiis noſtros excuſos Codices Sacramentorum, Pſalterii, & Orationum &c. acceperis, habeto in exiguis opellis haud exigui obſequii erga te mei monimentum. Do namque quod habeo, non quod de me præclare merenti debeo. Interea una cum his literis brevem opuſculum mitto, quod ex alio majore prædicti Pſalterii excerptum, ſeorſim eſt editum, ut piorum manibus ubique præſto eſſe poſſet. Reperies in eo Pſalterii Breviarium omni pietate refertum, quod uſque in præſentiarum in MSS. Codicibus latuit, ad cujus item imitationem concinnavi precatiunculas alias ex orationibus & benedictionibus indicatis in novo Teſtamento. Hæc enim eſt regia Orationis Chriſtianæ via, ſi Dominum oremus, verbis ab ipſo Domino dictatis, ut SS. Patres tradidere. Tu illum pro me precari ne ceſſes, Vir Clariſſime. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali VII Idus Aprilis M. D. C. LXXXIV.

## EPISTOLA IV.

POſt debitæ ſalutationis obſequia, quibus te plurimum in Domino valere percupio, meum eſſe arbitror, certiorem te facere de editione quamplurium Eccleſiaſticorum monumentorum ad Divina Officia pertinentium, quæ cum ad finem properet, coronidem exſpectat ab humanitate tua perſolvendam. Potiorem in iis partem tibi acceptam referent rei eccleſiaſticæ periti, ut qui ingenti labore grandem ſuppeditaſti materiam, unde Eccleſiaſtici ritus illuſtrarentur; idem ultimam veluti manum vel etiam nunc imponas. Ex binis exemplaribus libri Officialis, Vir Clariſſime, dignatus es mihi mittere exempla lectionum brevium, quæ in præſentiarum Capitula appellamus, quæque recitantur in Laudibus, cæteriſque diurnis Horis in opere Dei. Quæ tamen tranſmiſiſti, ex priore ſunt Codice excerpta, qui divina Officia continet ab Adventu ad Sabbatum uſque Sanctum: ut nihil mihi deeſſe gaudeo in ejuſmodi Capitulis per dictum tempus

tempus recitari ſolitis ; ita in votis eſt, reliqua Capitula, ſive breves lectiones, quæ in altero Codice Officiali continentur a Sabbato Sancto ad uſque Adventum Domini pariter habere ; quo integrum totius anni Lectionarium hac brevius exhibeatur.

Parumper typorum Operam differre non piget, ut hoc, quod expeto a te conſequar complementum ; quare pro mea erga te fidentia enixe te rogo, ne ex hac etiam vice graveris ad me deſcripta hæc capitula tranſmittere ; ea, inquam, quæ a Sabbato Sancto occurrunt uſque ad Adventum : nihil inde exſcribi præter hujuſmodi ſola Capitula neceſſe eſt, ſolis iis ſatis ſuperque contentus ero. Det, quæſo, veniam benignitas mihi tua ; nec moroſiorem hominem averſeris, qui quum non ſua, ſed publica bona quærit, etiam tua quærit. Valeas, meique memineris in tuis orationibus. Dat. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali VI Kal. Auguſti MDCLXXXIV.

## EPISTOLA V.

NON eſt mei conſilii in præſentiarum ad te ſcribere, Vir ſpectatiſſime, ſive ut me tibi memorem oſtendam, ſive ut me tibi in mentem revocem ; ingrati namque animi vitium eſt, quod ſemper odi, de acceptis gratiis minimum cogitare ; ſicut & hominis, qui te plane ignorarit, arbitrari humanitatem tuam aliis in dies monitionibus opus habere, ut liberaliter præſtet, quæ lubenter repromiſit. Aliter de te ſentire ſine tua profecto injuria non poſſum, adeo eſt mihi perſpecta animi tui promptitudo. Cui juges me habere gratias vere profiteor. Ea itaque eſt mihi cauſa ſcribendi, ut me apud te vindicem, quod meos adhuc libros non acceperis, quos Venetias jamdiu tranſmiſſos, ibi tranſvectionis opportunitate deficiente ad præteritam uſque hebdomadam retentos eſſe doleo. Verum cum per eius literas didicerim, cui id oneris commiſeram, hiſce omnino diebus ad te deſtinatos iri, hanc meam ea de cunctatione purgationem facere volui, enixe te rogans, ut æquo animo admittas, ut ego ſincero præſto. Cæterum ne qua hic deſit materia, in ſacræ vetuſtatis monumentis me exercendi, unde & benignitatem tuam exercitatiorem ad bene de me promerendum efficiam, præter ea, de quibus jampridem te rogavi, hæc addere non dubito ; nimirum ut me certiorem facias, ſi iſtic aliqui ſunt Codices ſive Sacramentariorum, ſive Ritualium vel librorum, in quibus Epiſtolæ & Euangelia Miſſarum deſignantur juxta veterem Romanum Ritum ; eum præſertim, qui vigebat ante Feſtum inſtitutum Sanctorum Omnium Kalendis Novemb. Horum namque notitia ſemper mihi chariſſima eſt ac exoptatiſſima. Indulgeas, Vir Clariſſime, ſi quid arrogantius a te flagito, ſi quid inverecunde incommodo tuo peto ; ſi culpa eſt, benignitati utique tuæ attribuenda, quæ tam liberaliter me excepit, ut nuſquam eam exhauriendam arbitrer. Vale, Deumque pro me ſemper precare. Dat. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali pridie Idus Auguſti MDCLXXXIV.

## EPISTOLA VI.

ALlatæ ſunt mihi, Vir ſpectatiſſime, literæ tuæ, breves quidem verbis, ſed rebus ingentes. Exempla namque duorum Codicum iſtic poſitorum ſecum apportarunt; quæque numeroſas manus alias expoſcerent, otiique quamplurimi, quo licet deſtitutus, attamen niſus es pro multis ut vel uni faveres. Si de tuo labore, ſive, quod eſt caput, de animi erga me tui munificentia, aliquo pacto vellem tibi reſpondere, incaſſum laborarem: quippe longe majus eſt quod dederis, quam quod vel dixerim ego. Omitto quantum gaudii inde conceperim, nam hinc item excreſcerent officia adverſus te mea, ad digne perſolvendas humanitati tuæ gratias, qui muneri impar cum ſim, id ſolum in præſentiarum mihi licere exiſtimo; teſtari tibi nimirum alte inſculptam eſſe cordi meo tui, tuorumque beneficiorum memoriam; quare nihil tibi licet conferam, nihil mihi tamen excellentius eſt præſtandum. Indulgeas quaſo, exiguitati meæ, quæ par pari præſtare non valet. Quod ad reliquos attinet iſtos Codices, haud parum angor; ex altera enim parte vereor negotium tibi faceſſere; ex altera vero nequeo ſtimulos mihi compeſcere, ne alia, atque alia petam ab humanitate tua. Quid inter hæc agam? Hoc ſane; aperiam tibi animi mei vota, eaque tuo ſinui ingeram, quæ licet nihil modo utilia, fortaſſis haud inutilia toti Eccleſiæ aliquando erunt. Cæterum tuum erit id efficere, quod per temporis anguſtias, aliorumque officiorum impedimenta poteris, quod per ſummam benignitatem hac in re volueris. Id certe ſcias velim, non minus me Paternitatem tuam Reverendam amaturum, ſi tibi ipſi conſulens, deſines præſtare quod opto; quam quod ſi tuo incommodo præſtiteris, incolumitatem namque tuam cum primis exopto, ſemperque te valere jubeo. Itaque ut ad reliqua veniamus, Tu mihi ſcripſiſti Dñe Rñe, de VIIII Codicibus, quorum aliquot ſunt ad Officium pertinentes, alii ad Miſſam. Ex iis qui ad Officium pertinent, ſatis habeo ex tua benignitate ob tranſmiſſum mihi exemplum Antiphonarii una cum Reſponſoriis &c. unde nec alios mihi deſcribi peto, ne valde onerem te Clariſſime Dñe, niſi forte ex aliis Antiphonariis aliquod ſit, quod proprie Romanum Ritum contineat; id quod hinc colligere poteris, ſi nulla ſit mentio III Canticorum in tertio nocturno diebus feſtis, quibus Canticis carent Romani; ſi quid ejuſcemodi nactus fueris, gratiſſimum mihi erit illius exemplum; ſin autem ſufficiet mihi jam allatum, unde præclara deſumam ad reſtituendum Antiphonarium Romanum; a quo in iis tantummodo diſcrepare puto, in quibus diſſident Ritus Monaſtici a Romanis. Et hæc de Codicibus ad Officium pertinentibus.

Codices illi, ni fallor, duo inſcripti titulo *libri Officialis*, ſi mihi exſcriberentur, fortaſſe haud pauca deſumerem ſtudiis meis opportuna; & ut alia præteream, illud mihi utile in eis eſſet, unde ſcirem complura præſertim ad Hymnos, & Capitula pertinentia.

De iis, qui ad Miſſam ſpectant, vetuſtiorem, integrum tamen, in quo Antiphonæ, & Gradualia &c. per extenſum ponuntur, deſcriptum iri cupio, nec plures neceſſe erit exſcribi; niſi forte majori meæ audaciæ ſatisfieret, adnotando ad oram paginæ notabiliora aliqua, in quibus hujuſmodi Codices diſcrepant,

pant ; aut quæ in aliis ſunt, & in illo uno deſunt tum in Antiphonis & Reſponſoriis, tum in Verſibus ad repetendum. Hæc ſunt mea vota, quibus adhuc addere non dubito tua benignitate fretus, ut me certiorem facias, ſi in eo libro Ordinis Romani a Dominica Mediana uſque ad Octavas Paſchæ ; quem ordinem tibi acceptum refero, ſi inquam, præter hos Ritus uſque ad Octavas Paſchæ, aliquid aliud ad ſacras ceremonias reperitur : habeo ſane fragmentum aliquod, quod dimidio folio ſejungitur ab illo ; quod fragmentum incipit : *In diebus feſtis, ideſt Paſcha, Pentecoſte &c.* & deſinit, *Sed ſtatim venit ante Altare, veſtitur planeta, ornat Altare ſicut Diaconus*. Si quid aliud præterea in eo Codice ſit, hoc mihi indices ſuppliciter rogo ; ſicut etiam ſi aliquo in Codice inveniantur Capitula, quæ dicuntur ad Horas Officii, quæ lectiones etiam, licet breviores, veteres nuncupabant. Tertio hoc item flagito, ut ſi aliquando aliquod inveneris vetuſtum monumentum, præſertim in Mſs. quod uſum Azymi comprobet in Miſſa latina in ſuperioribus ſæculis, id mihi renuncies ; hocque in gratiam Illmi Domini Ciampini Prælati eruditiſſimi, qui hac de materia lucubrationes edere parat. Reſtaret preces meas expromere, quibus mihi, ſi aliquid criminis eſt in his quæ audacter hucuſque ſcripſi, plane remitteres. Sed deleas, quæſo, quæ hic tibi ſcripta nolles ; tantum ne me deleas ex obſequentium numero ſervorum tuorum. Vale, meque tuis precibus frequenta apud Deum. Dat. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali IX Kalend. Octobris MDCLXXXIV.

## EPISTOLA VII.

PErgis in dies, Vir Clariſſime, melius de me mereri, vinciſque munificentia tua impudentiam meam : Oſtendiſti enim quam late pateat humanitas animi tui, cum quæ ego trepidanter expetebam, veritus ne tibi negotium faceſſerem, alacriter, quam citiſſime, conſtantique labore exhibuiſti. Accepta a te nuper alia exempla Mſs. Codicum ad Miſſam ſpectantia, id abunde teſtantur, quibus auctas eſſe divitias meas gaudeo ; id quod benignitati tuæ erga me ſemper acceptum referam ; dives namque cum eſſem in iis, quæ ad officium pertinent per te, per te itidem ditior effectus ſum cumulato hoc theſauro circa Miſſam. Immenſas ad te gratias habeo ſane, ſed nuſquam rependam, nec doleo, cum egenum me feceris tu, quandoquidem copioſis donis tuis imparem me reddidiſti. Si quid tamen dignaberis aliquando injungere mihi ; profecto ſcies ex promptitudine mea, quo apud me loco ſint cuncta tua. Cæterum prætermiſſo omni officio meo hac in re teſtanda, veniam ad exempla, de quibus memini : ex iis, neſcio quo caſu factum ſit, ut unus deſit quaternio, is nimirum qui a pagina 17 uſque ad 24 excurrens, Officia Miſſarum continet a Feria V poſt Dominicam III in Quadrageſima uſque ad S. Urbani feſtum : id quod tibi renunciare non negligo, ut, ſi forte iſtic aliis ſcriptis permixtus ſit, requirere poſſis. Porro perjucunda mihi fuit notitia Mſs. Tractatuum ad Eccleſiaſticam rem pertinentium. Sed, fateor, novos in me ſenſus excitaſti ; ſi quo modo tandem vel aliquibus fruerer : ex his complura, ne dicam omnia, præſertim inedita Amalarii capita, præclara quidem ſunt, quæque indubitanter maximas afferrent eruditionis

ditionis utilitates, ſi perlegerentur; verum cum ſit modus in rebus, oportet ſatis habere, noviſſe ubi exiſtant, undeque comparari poſſint: attamen ex iis tractatus aliquos primi Codicis, in quo eſt Ordo Romanus, non dubitabo humanitati adverſum me tuæ aperire, me vehementius expetere. Si non dedigneris annuere arrogantiæ meæ, conferas quæſo, hoſce Tractatus cum edito Romano Ordine; & ſi quid diſcriminis, reique nota dignæ deprehenderis, fac mihi ſolita benignitate tua adnotes. Sunt autem Tractatus hi qui ſequuntur.

Secundus. Qui incipit: *Dominica I Adventus*, & deſinit: *In Eccleſia S. Petri legendas eſſe inſtituit*. Sed ex hoc Tractatu pauca puto haberi in Ordine Romano edito, opuſque eſſet potius tranſcribi.

Tertius. *Ordo librorum &c.* deſinit ad lectiones S. Joh. Baptiſtæ, quæ lectiones non extant quidem in Ordine Romano edito, ſicut & aliæ fortaſſis: Sed complures jam in Romano Ordine adnotatæ habentur, ſed an conveniant cum Cod. Mſ. ignoro.

Quartus. *De Gradibus Rom. Eccleſiæ*. ) De his plura extant
Quintus. *Ordo* IIII *temporum*. ) in Ora. Rom. typis
Undecimus. *De Veſtimentis Pontif.* ) impreſſo anno 1568.
Duodecimus. *Item de Veſtimentis aliis Romani Epiſcopi*.
Decimus tertius. *Unde ſupra incipit, in primis etenim veſtietur*.

Hæc ſunt, Vir ſpectatiſſime, quæ ad gratiarum tuarum incrementa majora, magis magiſque percuperem; ſed interea atque iterum obteſtor, me ea animi ſimplicitate hæc expoſcere, ut ſimul velim animi tui candore par pari referas; ut ſcilicet, ſi oneroſus tibi exiſtam, liquido id mihi reſcribas, certus utrum ſemper mihi fore gratum: & ſi enim tua magni facio, plus tamen amorem erga me tuum. Quod attinet ad Codicum perquiſitionem pro uſu Azymi, quam pro Illmo Rom. Curiæ Prælato Dño Ciampino non denegaſti, immortales tum ejus, tum meo nomine gratias tibi ago, tenebimurque ſimul novo hoc titulo adſtricti beneficiis tuis.

Demum me compeſcere nequeo, quin animi mei ſollicitudinem exponam; doleo namque qualiacumque munuſcula mea, libros ſcilicet a me editos, hucuſque te non accepiſſe; jamdiu eſt, quod illos hinc miſi Venetias, illincque Bergomum in S. Bartholomæi nundinis ſunt tranſmiſſi; utrum inde poſtea exceperis, an non, neſcio. Scribam hodie Venetias, ut de re tota certior fiam, tandemque expleam id exiguum licet officii mei. Vale, ac te Deus incolumem ſervet, exaudiatque pro me orantem; quod ut facias, rogo. Dat. Romæ IIII Idus Novemb. MDCLXXXIV.

## EPISTOLA VIII.

COnſuevere pauperes eos frequentius adire, quos haud ſemel experti ſunt liberales. Aſſimiliter ego, Vir Clariſſime, humanitatem tuam ſæpiſſime adivi, ut qui haud ſemel & iterum, ſed pluries beneficiis tuis cumulatus redierim; & nunc item ad opem tuam conſurgere non timeo, quam obnixe efflagito, ad mea, ne dicam & aliorum ſtudia cumulatius perficienda. Scias velim,

parare

parare me collectionem aliquam ſacrorum librorum ad Divina Officia, Miſſarum celebritates, Ritus, pertinentium, brevi Typis evulgandam, Domino annuente. Complura tibi Eccleſiaſtici homines accepta referent ob ea, quæ ad me miſiſti vetera monumenta. Porro cum adhuc aliqua mihi deſint, ut ea aſſequar iſtinc, ex inſtructiſſima ſcilicet Bibliotheca, in præſentiarum te rogo. Et primo quidem ex libris Mſs. præſertim Officialibus, ſive Codicibus aliis adnotari mihi cuperem veteres Lectiones breviores, quas hodie *Capitula* vocamus, quæ ex veteri more per totum anni circulum legendæ præſcribuntur ad Horas divinas, Laudes videlicet, Primam, Tertiam &c. Secundo item ſi in iſtis Officialibus libris, ſive vetuſtis Mſs. Bibliis inveniantur exordia, & termini finales Lectionum ſacræ Scripturæ per anni circulum, Sanctorumque Feſtivitates, id etiam adnotari percuperem. Raro namque huiuſmodi ſpeciales partitiones reperire mihi contigit: ſatis enim habemus, qui quove tempore ſacri libri in Eccleſia in nocturnis Vigiliis legantur; ſed qua brevitate, quave prolixitate majores noſtri ejuſmodi Lectiones recitaverint, res eſt ſubobſcura. Tertio tandem, quinam Hymni decantati olim fuerint in ſacris Officiis ex veſtris Codicibus, libenter addiſcerem; qua de re abunde mihi ſatisfactum eſſet, ſi conſuetos hymnos ſcriptis tantummodo primis verſibus, ad ſua quæque officia referret benignitas tua; niſi fortaſſis aliqui ſint vetuſtiores, præſertim nobis ignoti, quos integros expeterem. Cæterum, Vir humaniſſime, tua, quæſo, longanimitate patere haud graviter impudentiam hanc meam; meque, ut antea, ſemper in ſinu tuo refove. Poſtremo ſcias, eruditiſſimum Dominum Mabillonem huc jam adveniſſe, totaque æſtate hic commoraturum. Gratulaberis nobis tanti Viri conſuetudinem nactis, qui vobis viciſſim S. Benedicti Alumnis gratulamur de commilitone tanto; perjucundum tibi hæc retuliſſe arbitror, ac propterea vel tantillum negligere nolui, quin tibi obſecundarer hac ſaltem occaſione captata. Vale, ac tuis me precibus commendatum habe.

Datum Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali Nonis Julii MDCLXXXV.

Precor te certiorem me facias, num aliquando tandem acceperis libros a me editos, jam olim ad te miſſos; utque tua ad me reſcripta ad Dominum Hieronymum Meazzam ex noſtris Clericis Mediolanum tranſmittas.

## EPISTOLA IX.

REdditæ ſunt mihi litteræ tuæ ad XVIII Kal. Septembris datæ, una cum Scriptorum faſciculo, quæ a te, Vir Clariſſime, depopoſceram. Fateor, me rubore ſuffundi ea de re tibi gratias acturum: exoptata amplector, ſimulque tuos mei gratia ſuſceptos labores agnoſco; id quod mihi & voluptati accidit, & dolori. Maluiſſem alterius te opera mihi ſatisfeciſſe, quod itaque per te præſtiris, id cumulo acceſſit beneficiorum, quibus ego tibi devinctus vivo, vivamque ſemper. Eſſet ſane in votis animi erga te mei argumentum aliquod exhibere; exhibebo utique, ſi tuis me juſſis dignum feceris. Interea obſervantiæ ſummæ ſtudii, ac benevolentiæ meæ officia omnia per literas ſaltem, tibi volo teſtata. Cæterum quæ ad me miſiſti, Codicum iſtorum excerpta, ſatis abunde mea vota exple-

expleverant, quibus & rei ſacræ acceſſiones digniſſimas faciam. Reſtat ut ultimo loco inexhauſtam munificentiam tuam ſupplex exorem, nimirum ut me certiorem facias de libello quodam Mſ. Anonymi Monachi quondam veſtri, inſcripto: *Inſtituta Patrum de modo pſallendi, ſive cantandi*, cujus meminit Goldaſtus Tom. 1 part. 1 pag. 115 Rerum Allemannicarum, Editionis 1661: ignoro namque, an eo in libello ea tradantur, quæ ad diſciplinam interiorem pſallentium pertineant; an quæ ad exteriorem, unde Ritus ac ceremoniæ veteres erui poſſent: ſi primum traditur, cum multa hujuſmodi ex Patribus habeamus, nihil eſt, cur in eo te detineam: Si ſecundum; ſi patientiam adhuc erga impudentes retines, optarem exemplum ejuſdem iſtinc habere, maxime cum parvæ molis illum eſſe, libelli nuncupatio videatur importare. Compeſco calamum, ne impudentiam excuſando meam, impudentior & epiſtolæ prolixitate fiam. Precor præterea, ut quia in antea a te miſſis exemplis Antiphonariorum, ſæpe te remittis ad Breviarium Monaſticum Venetiis editum an. 1612, ut mihi clarius dicas, an Breviarium, quo uſus es ea in collatione, ſit id quod ſub Paulo V reformatum prodiit. Dubitationem aliquam ingeſſit tempus reformationis ejuſdem, quæ eodem anno facta fuit. Noſcerem hæc libentius, ut rectius repeterem, quæ in exemplo ſunt prætermiſſa. Demum ut mihi gratulor, bono te animo excepiſſe librorum munuſculum meorum, ita memineris velim jugis erga te obſequii mei, charitatiſque tuæ, qua tuis me precibus ad Deum commendes. Eruditiſſimum P. Mabillonem certiorem feci de iis omnibus, quæ illi aperienda ſcripſiſti; eumque tui amantiſſimum, iterum tuo nomine bene valere jubebo. Vale & tu Dñe dilectiſſime. Dat. Romæ VII Idus Septemb. MDCLXXXV.

## EPISTOLA X.

BInas tuas Epiſtolas, Vir Clariſſime, nuper accepi, unaque cum illis Tractatum de Pſalmodia, ac brevium lectionum Capitula, quæ exſpectabam: equidem ille quod præter expectationem, hæc vero quod ad votum ſint allata, ſummo me gaudio repleverunt. Tractatus vero cum jam typographicæ operæ properarent ad finem, præripuit prævention is jure locum, quem vulgandis Capitulis pra fatis deſtinaram: quod ergo ſerius quam opus erat, ad te ſcripſerim pro hujuſmodi Capitulis, bene mihi ceſſit per ſummam humanitatem tuam, qua mihi ne cogitanti quidem præclarum illud monumentum amice dediſti; ſuus non deerit locus aliquando Capitulis laudatis. Ergo veteribus, noviſque beneficiis tuis cumulatus impenſius tibi gratias habeo; nec minus me tibi devinctum ſcias, quod tandem aliquando votis ſatisfeceris meis, aliquid demandando licet exiguum, quo rem tibi gratam facerem: qua in re eadem ipſa die, qua tuas literas accepi, Vaticanæ Bibliothecæ Præfectum conſului de Vita S. Galli a B. Notkero conſcripta. Is me certiorem fecit, extare in Codice Palatinæ Bibliothecæ ſignato n. 846. Codice, inquam, ut videtur 500 annorum, Vitam S. Galli bene longam duobus libris diſtinctam; ejuſque exordium eſſe: *Cum præclariſſimi Viri Columbani, qui & Columba &c.* deſinere autem in his verbis: *Divinæ miſerationis medelam implorare digneris*. Porro hæc Vita nullum præfert Auctoris nomen, quare an B. Notkeri ſit, tuum erit

aliunde

aliunde dignoſcere. Cæterum ſi quid tibi officii operæque meæ hoc in negotio opus habueris, ſive ad deſcribendum, ſive ad conferendum, vel aliud quidpiam, ſcito prompte me, atque alacriter cuncta præſtiturum, quæ multis tibi nominibus olim debebo. Vale, meique memineris in tuis orationibus. Dat. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali VIII Idus Septemb. MDCLXXXVI.

## EPISTOLA XI.

JAM demum eſt Opuſculum Antiphonas continens, ac Reſponſoria Eccleſiaſtici Curſus abſolutum: Illud ut totum ferme tuum eſt, tua nimirum beneficentia tranſmiſſis iſtinc Veterum Codicum exemplis egregie adauctum; ita tibi debetur omnino. Id quod eo lubentius exequor, quo majore animi benevolentia ac amore tui feror ad hoc juſtitiæ munus; quo ſcilicet tuum tibi tribuatur, mihique aliquo ſaltem pacto ſatisfaciam, unde devinctæ tibi meæ voluntatis argumentum aliquod expromam. Itaque tranſmitto tibi laudatam Opellam, quam Mediolano recipies, habebiſque ſemper ob oculos tanquam meæ indicem obſervantiæ, qua indeſinenter ſum paratus tuis ſemper juſſis obtemperare. De Vita S. Columbani, quæ extat in Bibliotheca Vaticana, nihil hic repetam, cum ſatis ea de re jampridem litteras ad te dederim. Cæterum te valere opto, meique memorem in precibus tuis. Romæ IX Kalendas Februarii MDCLXXXVII.

## EPISTOLA XII.

REdditæ ſunt mihi in Tuſculano valetudinis cauſa degenti epiſtolæ tuæ officii & amoris plenæ; quas eo lubentius excepi, quo demum aliquando viderem bonam me conſecutum occaſionem vel parvum aliquid præſtandi, quo amor in te meus paululum oſtenderetur. Regreſſus itaque in Urbem, operam dedi, ut Vita S. Galli, quæ in Codice Palatino apud Vaticanum habetur cum ejuſmodi Sancti Vita edita a R. P. Mabillonio & Goldaſto conferretur; qua in re nihil prorſus diſcriminis notatu digni reprehenſum eſt, quam quod Mſ. Codex erroribus ſcateat, & Prologo ſive Præfatione ſit truncatus: Eſt & aliud diſcrimen, quod Codex Mſ. omnes Capitulorum titulos more veteri toti operi præponat; quos in editis libris ſuis inſertos locis reperies. Cæterum tum Geſta, tum miracula eadem ſunt in Mſ. ac proſtant in editis. Cum hæc ita ſe habeant, reſtat, ut ſoleris animum meum juſſis tuis: ut qui tui ſum præſentia fruſtratus, quam vehementius exopto, id certe habeam, unde mihi ſatisfaciam in tuorum exequutione mandatorum. Valeas, Vir Clariſſime, meique memineris in tuis precibus. Romæ IV Idus Julii MDCLXXXVII.

## EPISTOLA XIII.

EDidi nuper librum ex antiquis Codd. Collectum, antiqua Sacrorum Bibliorum Capitula, Lectiones, & id genus alia continentem: qui etſi ingenii mei fœtus non ſit, fructus tamen eſt laborum meorum: ut pauperes homines labores

tantummodo ſuos exhibere valent, & præterea nihil; ita ego celſiore eruditione deſtitutus, præter ſudores meos nihil habeo, quod aliis tribuam. Hos ergo ſtudiorum meorum manipulos & ad te, Clariſſime Domine, mittere curo, ut in exiguo qualicumque hoc munere intelligas, me & tui jugiter memorem eſſe, exoptareque quamplurimum, ut ea mei tandem ratione memineris & tu, qua mihi occaſionem præbeas, unde clarius agnoſcas, quod nam ſit animi erga te mei ſtudium, quod officiis tot tantiſque humanitati tuæ addixiſti. Una ſimul itaque & munuſculum, & grande meum complectere obſequium; tuiſque me precibus Deo commenda. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali IV Kalendas Martias MDCLXXXIX.

## EPISTOLA XIV.

OBſervantiæ in te meæ ratio poſtulat, ut qualemcumque, quæ ſe mihi offerat, occaſionem libenter arripiam, qua & ſalutationis & obſequii mei erga te munera exequar; iis enim teſtatum volo, nec tempora deleviſſe in me memoriam tui, nec deletum unquam: quo cumulatiora ſemper fuerunt beneficia tua, eo altius quaſi agmine grandi ſeſe ingeſſerunt animo meo. Quare ne te forte oblivio capiat præteritorum, quæ in me contuliſti beneficiorum, hoc munuſculo libri a me nuper editi, inſcripti *Antiqui Libri Miſſarum*, de iiſdem te admonendum cenſeo. Rem mihi gratam certe facies, ſi id indicii quamquam exigui benevolentiæ meæ humaniter acceperis; acceptumque credideris majori beneficio ornandum, quo nimirum aliquid mihi injunxeris, quod ad tuum commodum placitumque pertineat. Experire obſecro ſtudium erga te meum; meique memento in orationibus tuis. Romæ ad S. Silveſtrum in Monte Quirinali IV Idus Januarii MDCLXXXXI.

## EPISTOLA XV.

PUderet me tibi litteras negotii, ac moleſtiæ plenas mittere, niſi ut in te confiderem, mihi ipſi imperarem, Vir Clariſſime, memor eorum, quæ ad me ſcripſiſti, pro me feciſti ſæpius; quod tibi melius rependam, quam magnam tuæ humanitatis exiſtimationem, qua confitear longe plurimum adhuc ſupereſſe, quam exhaurire potuerim. Itaque poſt debitæ, amantiſſimæque ſalutationis obſequia, rogo te, ut auctoritate, curaque tua aliqua iſtic mihi deſcribantur ex vetuſtis illis Codd. unde plurima habui benignitate tua. Ex illa collatione librorum Antiphonariorum Miſſæ, quam iſtinc miſiſti, animadverti in notis marginalibus Codicem unum ſæpe citari, in quo multa deſint officia Feſtorum, ac præſertim Vigiliæ, ac Feſti omnium Sanctorum Kalendis Novembris. Hinc ego argumentor, eum Codicem ſinceriorem eſſe cæteris, utpote antiquiorem, & ante Gregorium IV ſcriptum, cui Pontifici illius Feſti Inſtitutio tribuitur. Igitur ex eo ſolo Codice, vel etiam aliis, in quibus Feſtum omnium Sanctorum deeſt, quammaxime cupio collationem factam cum Antiphonario Pamelii ſeorſim habere, quo melius dignoſcere poſſim, quod revera germanius ſit

nius ſit iſtiuſmodi Antiphonarium S. Gregorii. Puto enim exemplaria, quæ ſuperſunt Sacramentariorum, & Antiphonariorum non excedere ætatem Caroli Magni, vel Pipini; ad quam ætatem facile referrem ea, quæ Feſtum omnium Sanctorum non exhibent. Hanc collationem, prout alias factum eſt, a te peto magnopere: ſi illi verſiculi in principio Codicis extant, qui reperiuntur in aliis, item deſcribi poſſent, ſicut & aliæ Antiphonæ in fine, *pro pluvia* verbi gratia, *pro litaniis &c.* Et illi verſiculi *de alleluja* pro diebus Dominicis, qui ad calcem libri proſtant. Pene omnia puto eſſe jam edita vel a Pamelio, vel a me nuper. Quare ſatis eſſet integros titulos, ac exordia antiphonarum & verſiculorum adnotare, cum conveniunt cum editis, indicatis varietatibus, ubi occurrunt. Niſi oneroſus eſſem, ſimilem collationem etiam atque etiam peterem libri Sacramentorum Miſſæ; eorum tantummodo, quæ Feſtum omnium Sanctorum non continent Kal. Novembris, ſed Feſtum S. Cæſarii Martyris; quæ cum Sacramentario Pamelii maxime conveniunt, qui jam adnotavit in vetuſtioribus Codd. quibus utebatur, plurima deeſſe Feſta vel Miſſas. Ego nactus ſum duo exemplaria vetuſtiſſima Sacramentarii Gregoriani, Ævi Carolini, quapropter ſi quid præterea iſtinc adjumenti habuero, aliquando fortaſſis edi poſſent Sacramentarium, & Antiphonarium Miſſæ ſinceriora cunctis jam editis. Latius hæc indicare tibi Domino meo dilectiſſimo volui, ut teſſeram veluti darem, qua tu viciſſim mihi indicares, quæcumque antiquiora iſtinc reperiantur ad Eccleſiaſtica officia pertinentia; ea nimirum, quæ feſto Sanctorum omnium carent. Cæterum uti auctoritatem tuam, diligentiamque in re expeto, ita manum tuam abeſſe omnino precor; nec enim tantum laborem te decet inſumere, rebus gravioribus ſatis occupatum. Amanuenſium operæ diligentiſſime reſpondebo, cum tu confidenter mihi indicaveris quantum ſit impenſum. Purgationem audaciæ meæ omittam prorſus, ne de te diffidere videar. Valeas, meque diligas, ac Deo commendes in orationibus tuis. Romæ ad S. Silveſtrum in Monte Quirinali VI Kal. Octobris MDCXCII.

Litteras vel ſcripta Dominatio tua mittere poterit ad P. D. Hieronymum Meazza Præpoſitum Clericorum Regularium apud S. Antonium Mediolani.

## EPISTOLA XVI.

QUantum gaudii gratitudiniſque mihi literæ tuæ poſtremæ attulerint, experiri magis poſſum, quam edicere; & incolumitatis tuæ nuntia, & collationum Antiphonarii ſpecimina, quæ tranſmiſiſti, niſi magnopere animum meum in te jugiter propenſum movere non poterant; de utriſque quas maximas valeo gratias habeo. Cæterum & illud agnoſco benignitatis tuæ indicium grande, quo operam tuam mihi exhibes, ut mihi Mſs. Codices iſtinc mittantur, ſi eos ab Illmo veſtro Principe petierim. Verum quo minus in præſentiarum iſtiuſmodi liturgicos Codices ab eodem Domino petam, cauſa eſt timor ac reverentia, ne temeritatis arguar, vir ſcilicet ignotus, nulliuſque nominis ac meriti, ſi tantum ultro beneficium poſtulem a tanto viro. Hic ſane metus me revocat ab ejuſmodi precibus; quo ſi abſolverer, incunctanter meis votis ſatisfacerem habendi eos

Codices, rurſus iſtuc remittendos. Quare ſi perrexeris meis ſtudiis favere, poteris dextere explorare ejuſdem Principis animum; quem ſi deprehenderis non alienum a poſtulandis, ea de re me certiorem facies, ſicque demum & illum, teque rogabo ut Mſs. Codd. uti poſſim. Vides ut in te confidem, quantumque mihi perſuadeam de humanitate tua. Ignoſce amicitiæ, ignoſce præſumenti de te, meque in tuis orationibus apud Deum commenda, & vale. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali IV Nonas Januarii MDCXCIII.

## EPISTOLA XVII.

POſtquam accepi literas tuas, quibus juſtiſſimas mihi cauſas aperuiſti, quo minus fruerer uſu iſtorum Codd. mihi ipſi gratulatus ſum, majus in animo tuo munus deprehendiſſe, adeo ea occaſione demonſtraſti ut me diligeres, qui tantopere id dolebas, quod Codd. illos ad me mittere tibi non liceret: habeo gratias animo tuo quam maximas, quas ut cumulatius habeam non dubito novam tibi viam aperire, qua minori incommodo tuo, Vir Clariſſime, pergas, ut ſoles, favere ſtudiis meis. Habes una cum hac Epiſtola Antiphonarium impreſſum S. Gregorii: cum tibi vacaverit, rem mihi gratiſſimam facies, ſi id contuleris cum Mſs. Antiphonariis ejuſdem S. Pontificis; cum iis, inquam, ſolis, quæ Feſto omnium Sanctorum Kal. Novembris carent: quæ in edito habentur ſive in titulis, ſive in contextu, ſed in Mſs. deſunt, per lineas ſingulas, vel verba, inducta linea ſunt delenda. Si quæ vero deſunt in edito, & habentur in Mſs. ad marginem editi apponi poſſent, ſignis aliquibus connotata, quo ſint referenda. Cæterum ſi quæ Officia, vel Antiphonæ omnino deſunt in edito, ea ut Amanuenſis aliquis integra ſcribat optarem, ut perfectum habeam exemplum vetuſtiſſimorum iſtorum Codd. Sumptus quos inſumpſeris, amice mihi ſignificato ſuppeditaturo omnes eos promptiſſime. Cumque hæc mihi fuerint remittenda poteris primo faſciculum hunc Mediolanum mittere ad P. D. Hieronymum Meazzam Præpoſitum Cler. Reg. in Eccleſia S. Antonii, cujus mihi poſtea cura huc idem faſciculus remittetur. Reſtaret hic me apud te purgare impudentiæ nota, cum tam multus, frequenſque fuerim in iſtiuſmodi rebus moleſtiſſimis. Verum ut ſi quod in hac re peccatum mihi eſt, id totum confidentiæ in te meæ adſcribendum: ita amicitiæ in me tuæ adſcribam ſi id operis vel differre, vel omittere omnino collibuerit; pluris enim facio amici amatiſſimi commoda, quam optata mea. Vale, meique memineris ad Altare Dei. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali III Idus Maii MDCXCIII.

## EPISTOLA XVIII.

COgnovi ex literis tuis quantum me diligas; cognovi ex collationibus tuis, atque ſcriptionibus mihi miſſis, quantum mei cauſa laboris inſumpſeris; inde gaudio, hinc verecundia perfundor; & cum mihi amici animus ſummopere delectet, amici moleſtia æque contriſtat. Video me imparem officiis tuis, & verba ipſa me deficiunt, quibus magnitudinem beneficentiæ tuæ pro dignitate collau-

collaudem. Cæterum etſi ſignificationes mihi non ſuppettant, res ipſa intima animi mei non deeſt: amor in te meus, gratitudo, obſervantia, ſtudiumque majorem in modum altius fixa manent, quam quove pacto, quove tempore deferveſcant. Sed videor mihi ſoli gaudere, cum nulla mihi in te aperitur via, qua obſequii mei munus aliquod tibi præſtem. Nova quæſo, veteribus adjice beneficia. Utere me, certus me operam omnem collaturum ſemper, quæ obſequentiſſimum cupidiſſimumque tui in rebus omnibus me indubitanter agnoſcas. Deus te incolumem cuſtodiat, Vir Clariſſime, teque pro me, meque vicißim pro te orantem exaudiat. Romæ apud S. Silveſtrum in Monte Quirinali x Kal. Auguſti MDCXCIII.



# RESPONSORIALIA
# ET
# ANTIPHONARIA
## ROMANÆ ECCLESIÆ
## A S. GREGORIO MAGNO DISPOSITA

ACCEDIT APPENDIX VARIA CONTINENS MONUMENTA VETERA AD ANTIPHONAS, RESPONSORIA, ECCLESIASTICOSQUE CURSUS PERTINENTIA.

*EX M.SS. CODICIBUS NUNC PRIMUM PRODEUNT SCHOLIISQUE EXPLICANTUR*

OPERA ET STUDIO

JOSEPH M. CARI PRESBYTERI THEOLOG

EMINENTISS. AC REVERENDISS. DOMINO

# D. HIERONYMO CASANATE

## S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI

*TITULI SS. NEREI ET ACHILLEI.*

JOSEPH M. CARUS PRESBYTER SALUTEM ÆTERNAM.

SI in nuncupandis alicui libris ratio eſt habenda perſonæ cui inſcribantur, aut rei quam pertractant, vel ejus qui publici juris facit; iis certe nominibus hoc in edendo opere Tu mihi illico occurris, EMINENTISSIME DOMINE. Tu, inquam, quem ampliſſima Dignitas inter Eccleſiæ Romanæ Proceres collocat; Tu, qui uberiore doctrina pollens, Eccleſiaſtica tum maxime oblectaris; Tu, qui ſumma me ſemper es proſecutus humanitate. Itaque eximia officia erga me tua, hæc ſibi poſtulant monumenta ſtudii erga Te mei; monumenta ſane pulcherrima, quibus vetus traditur diſciplina pſallendi, qua ſanctiſſimi atque optimi Eccleſiæ

Patres *ordinaverunt teſtamentum Dei ſuper Sacrificia*; de quibus Pſalmiſta dicit, *Immola Deo ſacrificium laudis*; & Oſee Propheta, *Reddemus vitulos labiorum noſtrorum*. Excipe pro ſingulari benignitate tua, CARDINALIS EMINENTISSIME, vetera hæc Inſtituta Majorum, tamquam argumentum omnino dignum ſapientia tua; & ut honeſtiſſimum aſſequantur honorem, cum tuo præclaro inſignita Nomine, lucem aſpexerint; meque, ut conſueviſti, quam liberaliſſime complectere.

INDEX

# INDEX

## EORUM QUÆ HOC LIBRO CONTINENTUR.


I. Responsoriale & Antiphonarium Ecclesiæ Romanæ : ex Cod. membranaceo M.S. Basilicæ Vaticanæ . pag. 1.

II. Supplementum Officii Annuntiationis S. Mariæ : ex Cod. M.S. Benedicti Canonici . pag. 169.

III. Responsoriale & Antiphonarium S. Gregorii Papæ : ex Cod. membranaceo M.S. Monasterii S. Galli in Helvetiis . pag. 171.


## IN APPENDICE


IV. Fragmenta Antiphonariorum : ex Codd. M.SS. membranaceis Monasterii S. Galli . pag. 305.

V. De Officiis a Cœna Domini usque in Pascha : ex Cod. membranaceo M.S. vetustissimo Bibliothecæ Palatinæ in Vaticano . pag. 307.

VI. Ordo a Dominica Mediana usque ad Octavas Paschæ : ex Cod. membranaceo M.S. Monasterii S. Galli . pag. 314.

VII. Ordo Librorum Catholicorum, qui in Ecclesia Romana ponuntur ad legendum : ex Cod. membranaceo M.S. Monasterii S. Galli . pag. 316.

VIII. Lectiones in prima & secunda Vigilia Natalis Sancti Petri ; itemque in I & II Vigilia Nat. S. Pauli : ex Cod. membran. vetustissimo majoribus literis scripto Bibliothecæ Vaticanæ . pag. 319.

IX. Fragmenta Ordinis Romani : ex Codd. membran. M.SS. Bibliothecæ Vallicellanæ in Urbe, ac Monasterii S. Galli . pag. 321.

X. Responsoria & Antiph. de S. Anna : ex antiqua membrana Bibliothecæ Vaticanæ . pag. 327.

XI. Officium sive Vigiliæ pro Pœnitentibus : ex libro de Pœnitentia Joannis Morini, pag. 328.

XII. Officium sive Vigiliæ pro Infirmis : ex Codice membranaceo Basilicæ Vaticanæ . pag. 330.

XIII. Ordo quando anima egreditur de corpore : ex eodem Cod. Basilicæ Vaticanæ . pag. 332.

XIV. Diaconiæ ( ideſt Officia funebria ) secundum Romanos : ex eodem Codice . pag. 333.

XV. Vigiliæ Defunctorum cum Lectionibus : ex eodem Cod. pag. 335.

XVI. Specimen antiquorum librorum, quos *Officiales* nuncupabant : ex Codd. membran. M.SS. Monasterii S. Galli . pag. 342 & 345.

XVII. Fragmenta veterum authenticorumque Antiphonariorum Ecclesiæ Romanæ, hinc illinc que collecta . pag. 346.

XVIII. Reſponſoria de Pſalmis per Hebdomadam: ex Breviario Romano membranaceo M.S. pag. 349.

XIX. De Vigiliis ad S. Petrum pro Palliis, quæ Dominus Papa mittebat Archiepiſcopis: ex Codice M.S. Petri Mallii, & libro edito Romani Canonici. pag. 352.

XX. Inſtituta Patrum de modo pſallendi ſive cantandi: ex Cod. M.S. S. Galli. pag. 353. Hujus libelli meminit Goldaſtus tom. 1 parte 1, pag. 115.

XXI. Excerptum de Arte Metrica Ven. Bedæ; ubi ratio quædam traditur, qua olim Antiqui Antiphonas, Reſponſoria & id genus alia modulabantur. pag. 357.

XXII. Vetus Inſcriptio ſub Joanne IX. PP. exſcripta ex Tabula marmorea poſita in Diaconia S. Mariæ in Coſmedin. pag. 358.

PRÆ-

✠

# PRÆFATIO

SI quis Officiorum, quæ ad Clericos pertinent, genus univerſum diligentius exquiſierit, id ſane contractum deprehendet apud S. Ambroſium [1] lib. 1 de Officiis cap. 20, ut Clerici vel Eccleſiæ vacent, vel ea tempora, quibus ab Eccleſia vacant, divinis Lectionibus impendant & Orationibus. Quamobrem, ſi quod eſt Clericorum præcipuum munus, negligentius pertractetur, prope exploratum habetur, officiis ſuis deeſſe Clericos; nec, ut par eſt, agere quod agunt. Itaque ſicuti Religio poſtulat ut ſancta ſancte curentur, ita Prudentia docet ut ea, quæ ſancte aguntur, etiam intelligenter agantur; quemadmodum David proxime moriturus filium ſuum Salomonem commonuit; [2] *Obſerva*, inquiens, *cuſtodias Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, ut cuſtodias ceremonias ejus, & præcepta ejus & judicia & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſis, ut intelligas univerſa quæ facis, & quocumque te verteris.* Ob eam cauſam ut inſtituti mei officiis aliquo pacto ſatisfacerem, nihil mihi umquam fuit antiquius, quam quæ nocturna diurnaque manu verſabam, animo etiam habe-

(1) *Inter multa quæ eo cubite contraxit Ambroſius, ad Clericos in mores recte inſtituendos, ait:* Cur non illa tempora, quibus ab Eccleſia vacas, Lectioni impenda? Cur non Chriſtum revisas, Chriſtum alloquaris, Chriſtum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus, cum divina legimus oracula.

(2) *Regum* III, *capal.* 2. 3.

haberem perſpecta. Eccleſiaſticas igitur functiones ſedulo inveſtigare cœpi, ordinem, originem, progreſſum, cæteraſque circumſtantias rerum ſcrutaturus. Quo in negotio illico animadverti, ad priora potiſſimum tempora mentem fore revocandam, ut inde Majorum inſtituta haurirem, quorum nos ſequi veſtigia gloriamur. Accedebat impenſior, quæ me ſemper tenuit, erga Patres illos priſcos reverentia; quorum ſcilicet cineres, virtutum exempla; libri, chriſtianæ ſapientiæ documenta; animæ, precum ſuffragia cumulatius nobis exhibent. Conſectandis itaque veteribus monumentis rei ſacræ ſtudioſius ac longò tempore intentus, plurimaque aſſecutus in M.SS. Codicibus ad ejuſmodi argumentum eximie conducentia, impræſentiarum aliqua, quæ ad nocturni diurnique Curſus Officia faciunt, in Eccleſiaſticorum gratiam, qui eodem, quo ego teneor ſtudio, flagrant, publici juris fieri æquum duxi. Itaque primo loco vetuſtiora hic damus Antiphonaria ac Reſponſorialia, quæ nunc uſque ad manum noſtram devenerunt: quibus Appendix eſt adjuncta ex veteribus confecta monumentis, unde lux haud exigua ſacris Ritibus affulgeat. Inſtituti autem hujus noſtri ratio poſtulat, hac de materia, quam illuſtrandam ſuſcepimus, aliquid præfari: id quod indiligenter tractabitur, niſi perſpicue; nec perſpicue id fiet, niſi altius aliquantulum exorſa diſſertatione noſtra, de ipſis generatim Reſponſoriis atque Antiphonis Eccleſiaſticis agamus. Abſterruiſſet ſane ab hac tractatione exiguitatem noſtram cum numerus tum eruditio quamplurium ſcriptorum antiquorum ac recentium, qui de iis copioſius pertractarunt: verum etſi inviti, cogimur hanc provinciam capere ob eam præcipue cauſam, quod res iſta frequentius agitata, rarius ſit uſquequaque perpenſa; quando rerum circumſtantiis non diſcuſſis, res ipſa prope eſt ut obſcura tota remaneat. Prætermiſſis igitur quæ paſſim occurrunt apud ſcriptores de Reſponſoriis & Antiphonis, diſſertationem hanc noſtram iis dumtaxat capitibus arctabimus, quæ eas nobis aperiant circumſtantias, quæ viros alioqui doctiſſimos præterierunt. Id porro primum omnium animadverti volumus, Reſponſorii ac Antiphonæ vocabula in Eccleſiaſtico ritu, non tantum denotare ſententias aliquas, ſive orationes certis verbis compoſitas, quæ in Eccleſiis canuntur; quantum canendi rationem modumque in eis uſurpandum: his enim vocabulis indicare cenſuerunt noſtri Majores, qua id ratione modulandum, cui titulum præfixiſſent Reſponſorii vel Antiphonæ; quomodo alia item vocabula inſtituerunt, ut diſcrimina omnia Eccleſiaſtici

(1) *Et quidem ſedulo: inde enim patet cur veteres primum, tum Ven. Thomaſius, dum eorum veſtigia preſſe ſequitur, huic Libro* Reſponſorialis & Antiphonarii *nomen fecerint.*

ſtici cantus ſignificarent : hinc *Tractus* in Miſsa, hinc etiam cantus *Directus* vel *Directaneus* in Officiis Mediolanenſibus & Monaſticis. Porro omnis in Eccleſia cantus quatuor potiſſimum modis uſurpari poteſt.

I Cum [1] totus ſimul Chorus communiter canit, non alternis, ſed uno veluti ore unoque concentu. Hunc ergo cantum ab antiquis *Directum* vel *Directaneum*, appellatum arbitror. Accipio hoc loco cantum, pro vocum conſonantia, etſi fortaſſis ſine ſpeciali muſicæ Tono. Pſalmi *Directanei* extat mentio in Regula S. Benedicti, aliiſque antiquis monumentis. Mediolanenſis Eccleſia in Matutinis Laudibus Pſalmum unum poſt Capitulum decantat, quem *Directum* appellat, *qui* (ut in Breviario Ambroſiano habetur) *ab utroque Choro ſtante dicitur communiter & non alternatim*. [2] Eodem modo cantari conſueviſſe Pſalmos *Derectaneos* vel ipſa vocabulorum ſimilitudo oſtendit : ſed de Cantu Directaneo, alibi ſit locus. Hic tantummodo notabo obiter, eo modo olim in Miſſa conſueviſſe cantari Hymnum Angelicum, *Sanctus*, & *Agnus Dei*, & in Officiis aliqua item, ut, *Domine ad adjuvandum me feſtina* cum *Gloria &c.* conſulto prætereo aliqua de Miſſa & Officiis, quæ potius reſponſa ſunt, quam cantus; quæque ad Clerum populumque olim pertinebant, ut, *Amen*, *Et cum ſpiritu tuo*, *Habemus ad Dominum*, *Dignum & juſtum eſt*, *Deo gratias*, & id genus alia.

II Canendi modus Eccleſiaſticus eſt, cum bifariam ſive in binas claſſes canentium Chorus diſpertitus, alternis canit : id proprie Antiphonus eſt cantus, quo de inferius.

III Modus eſt, cum unus Cantor præcinit, Choruſque totus illi reſpondendo ſuccinit : iſque cantus Reſponſorius dicitur, ut mox oſtendemus.

IV Demum modus eſt, cum unus ſolus canit, nullo ſuccinente vel reſpondente. Hunc Cantum *Tractum* appellaverunt antiqui : quod vocabulum retinent libri Miſſales ; ſed ejus ſignificantia jam pridem periit: videmus namque Tractum alternantibus Choris decantari, præter mentem inſtitutoris Officiorum, qui rebus quibuſque cantandis ideo nomina ſpecia-

(1) *Primæva Eccleſia id moris fuiſſe, ut omnis ſimul Chorus communi caneret voce, teſtari videtur Joannes Chryſoſtomus Homil.* XXXVI *in epiſt.* I *ad Corinth. tom.* X *nov. edit. pag.* 140, *ubi ait* : συνήεσαν ἅπαντες, ἐξ ὑπαλλήλου ποιοῦντες τὸν ψαλμὸν ἐκεῖνον. *Quem locum ſunt qui interpretentur* : olim omnes in unum congregati communi voce cantabant. Quod & nos hodie facimus. *Illud ſi verum ſit, teſtimonium non ſatis nitide redditur in Montfauconii editione, in qua legimus* : conveniebant olim omnes, & pſallebant communiter : hoc nunc quoque facimus,

(2) *Ordo Mediolanenſis Eccleſiæ a Beroldo ſcriptus anno circiter* MCXXX *apud Muratorium tom.* IV *Antiquit. Ital. medii ævi, pag.* 886 *ad rem præſentem habet* : Oratione finita totus Chorus canit leni voce, vel privatim, Qui habitat in adjutorio, ſicut pſalmum directum.

ſpecialia præfixit, non ut atramento vel rubrica chartam impleret; ſed ut iis titulis ſcirent Cantores, qua nam ea eſſent ratione canenda. Tractus [1] itaque dicitur, quaſi *tractim canendus*; tractim autem canere eo ſenſu accipio, quo olim latine accipiebatur *tractim dicere*, hoc eſt, ſine intermiſſione non interrumpendo ſeriem orationis &c. Præſentis non eſt operis adſtruere pluribus ea quæ dicimus: conſulantur antiqui libri de rebus Eccleſiaſticis ut [2] Amalarii & aliorum, ac præſertim Ordinis Romani in ſcriptis exemplaribus, ſicque vera deprehendentur, quæ dicimus.

Ex quatuor his canendi modis frequentioribus in Eccleſiis maxime Occidentalibus, ſecundus tertiuſque hoc ſunt nobis loco perpendendi: agemus primo de Reſponſorio cantu ſive Reſponſoriis, tum de Antiphono ſive Antiphonis.

## *De Reſponſoriis.*

*Reſponſoria vocata ſunt hoc nomine, quod uno canente, Chorus conſonando reſpondet.* Iſidorus lib. 1 cap. 8 de Eccleſiaſticis Officiis. Hoc autem dupliciter fieri poteſt, primo ut unus quidem Cantor præcinat aliquid, & id ipſum proxime cantatum Chorus ſuccinendo repetat: ſic (exempli gratia) Pſalmus decantari poteſt, Præcentore ſingulos verſus præcinente, eoſque ſigillatim Choro toto illico ſuccinente. Altero autem modo Reſponſorium cantari poteſt, cum Præcentor id quod initio ſemel decantavit, idipſum non ſemel, ſed ſæpius repetatur a Choro, repetitiones hujuſmodi ſingulas Præcentore intercalante ſuo cantu ſingulari, modulante ſcilicet verſiculos aliquot, quo concinnius fiant atque ordinatius repetitiones a Choro.

Utrumque id genus Reſponſorii jam olim in Eccleſia viguit, niſi quod primum prioribus temporibus frequentius; poſterius poſterioribus multo magis in uſu fuit. Priori modo Moyſes cecinit Canticum illud epinicium, *Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus eſt*. Hiſtoria notiſſima omnibus proſtat in libro Exodi [3]; ea porro ratione fuiſſe cantatum, præterquam quod id poſtulabat cantus ille extemporalis (nec enim id Moyſes antea dictaverat, neque populus didicerat) id etiam indicant verba Exodi

(1) *Clariſſ. Cardinalis Bona Rerum Liturgicar. lib.* II, *cap.* VI, *num.* V *poſt veteres hac de re Scriptores, ait*: Tractus alionot verſibus & interdum integro Pſalmo conſtans, cui a trahendo hoc nomen inditum eſt, quia tractim & graviter, notarumque ſeu vocum prolixo decurſu cantatur.

(2) *Amal. lib.* III *de divin. Offic. cap.* XX. Hoc diſcrimen inter Reſponſorium, cui Chorus reſpondet, & Tractum, cui oemo. *Cetera de Tractu denuo agit Thomaſius in Antiq. Lib. Miſſarum in* Diſquiſitione antiquorum rituum cantuum Miſſæ.

(3) *Cap.* XV, *v.* 1, *&c.*

Exodi in aliquot Græcis Codicibus : in LXX Seniorum editione Romana legitur. *Tunc cantavit Moyſes & filii Iſrael canticum hoc Deo, & dixerunt dicentes, Cantemus Domino &c.* in aliis tamen Codicibus, pro *dixerunt dicentes* eſt τῷ εἰπαν τῷ λέγειν, id quod apud S. Auguſtinum in Locutionibus interpretatum eſt, *& dixerunt dicere* : latina interpretatio vix reddere poteſt vim græcæ locutionis, præfigitur enim articulus dativi caſus infinitivo verbo *dicere*, ut iſte ſit ſenſus, quod filii Iſrael dicenti Moyſi, ſive dicente Moyſe, aut ad Moyſis dicta dixerint Canticum. Italice clarius diceremus, *e diſſero al dire*, Moyſis ſcilicet : quibus verbis relatio quædam importatur inter populum & Moyſen, ita ut quod ille præcinebat, id ipſum ſtatim plebs repeteret : id quod etiam factum fuiſſe in choro mulierum Maria prophetiſſa præcinente, ob eamdem rationem dubitari nequit. Judith etiam eodem modo ſuum cecinit Canticum, præcinens populo quæ ille ſuccinendo reſponderet : vide cap. 15 libri ejuſdem Judith juxta LXX interpretes. Inſtituto ſolenni cantu in Tabernaculo Domini ſub Davide, etiam cantus reſponſorius eſt frequentatus : vide S. Auguſtinum, & Theodoretum Epiſcopum Cyri in Pſalmum LXXXVII explanantium ejuſdem Titulum. *Filiis Chore in finem pro Maeleth*, ſive *in Choræa* ut Aquila, aut *per Chorum*, ut Symmachus vertit, *ad reſpondendum*.

Chriſtianorum Eccleſiæ hunc Reſponſorium cantum ſtatim ab Euangelii exordio admiſerunt ; qua ratione ſæpius Pſalmos concinebant in Eccleſiaſticis conventibus : promptus namque faciliſque eſt is modus, quo poſſit etiam imperita plebs Pſalmos concinere, quos neque memoria neque ſcripto tenet. Hinc ſolennis apud veteres invenitur mentio *Pſalmi Reſponſorii*, quem etiam aliter appellabant *Reſponſorium Pſalmi*. De Reſponſorio cantu vel Pſalmo, videndus qui eruditiſſime congeſſit Veterum teſtimonia Cl. Jo. Baptiſta Cotelerius in Notis ad lib. 2, cap. 57 Conſtitutionum Apoſtolicarum ; & Cl. item vir Carolus du Freſne in ſuo Gloſſario : vide præterea S. Ambroſium epiſt. ad Marcellinam ſororem ſuam, S. Auguſtinum lib. 9 Confeſſ. cap. 12 ; ac in Commentariis Pſalmorum ſæpiſſime ; S. Petrum Chryſologum ſerm. XLV, qui incipit : *Reſponſorium quod hodie Propheta ſupplicante cantavimus* ; alioſque paſſim in ſermonibus ad populum habitis.

His itaque præmiſſis, nunc ad rei de qua agimus particulares circumſtantias opus eſt calamum convertere ; ut nimirum ſciamus haud generatim dumtaxat quod cantus olim Reſponſorius in Pſalmis præcipue adhiberetur ; verum tum maxime quibus ſigillatim modis id factitaretur.



I. Le-

(1) *Pag.* 264, *Tom.* I SS. *Patrum Apoſtolic., edit. Amſtelodam. an.* MDCCXXIV.

I. Lector pronuntiabat hunc Titulum *Pſalmus David*. Caſſiodorus cap.2 Præfationis in Pſalterium. *Uſus Eccleſiæ Catholicæ, Spiritus Sancti inſpiratione generaliter & immobiliter tenet, ut quicunque eorum*, Pſalmorum ſcilicet, *cantandus fuerit, qui diverſo nomine prænotantur, Lector aliud prædicare non audeat, niſi Pſalmos David. Quod ſi eſſent proprii, ideſt, aut Idithun, aut Filiorum Core, aut Aſaph, aut Moyſi, eorum nomina utique prædicarentur, ſicut in Euangeliis fit, quando aut Marci aut Lucæ aut Matthæi aut Ioannis vocabulo pronuntiantur.* Sic item Græci in ſuis Liturgiis faciunt, cum ſemper Lector pronuntiat ante Reſponſum ſive Propoſitum hæc verba, *Pſalmus David*: hoc autem *Propoſitum* (ſive, ut in veteri interpretatione latina Liturgiæ S. Baſilii redditur, *Reſponſum*) ex Pſalmis eſt deſumptum, quod integro Pſalmo Reſponſorio ſucceſſiſſe arbitror, ut eidem in noſtra Miſſa Latina Reſponſorio Pſalmo ſuffectum eſt brevius Reſponſorium Gradale. Cæterum alius in Tituli pronuntiatione mos erat in Africa, ut ex Sancto Auguſtino conſtat, qui ſæpe Titulos Pſalmorum explicat populo, eidem antea recitatos: vide ejuſdem comment. in Pſalmos LIV, LXV, LXXXVIII, & XCII.

II. Lector pronuntiato Titulo, ut dictum eſt, Pſalmum de Codice legendo exordiebatur, præcinebatque ſingulos totoſque omnino verſus Pſalmi, quos ſigillatim intercalari reſponſione plebs univerſa una cum Epiſcopo & Clero repetendo ſuccinebat. Afferemus aliquot teſtimonia, quibus univerſim ſumptis, id probetur quod intendimus. S. Auguſtinus ſerm.18 novæ editionis. *Tunc ergo non ſilebit, ſed apparebit. Ideo dictum eſt, Non ſilebit. Modo autem dicit illud* LECTOR. DE. CODICE, *& contemnitur; dicit illud de ore ſuo tractator aut diſputator Epiſcopus, & irridetur.* Idem in Pſal.CXLVII. *Meminit charitas veſtra de Pſalmo, quem modo* CANTAVIMUS. . . . . *cum* LEGERETUR, *credo aut omnes aut multos veſtrum animadvertiſſe &c.* Item in Pſal.XXXII enarr.II. *Hic incipit pars quæ reſtat, quod modo* CANTAVIMUS, *Miſericordia. . . . . Recordare quod* CANTASTI, *Miſericordia &c.* & in Pſalm.XL. *Quod* LEGENTI RESPONDENTES. CANTAVIMUS *&c.* in Pſal.XLVI in præfatione. *Itaque in hoc Pſalmo, quem* CANTATUM. AUDIVIMUS, *cui* CANTANDO. RESPONDIMUS *&c.* & in Pſal.CXIX. *Brevis Pſalmus eſt & valde utilis quem modo nobis* CANTATUM *audivimus, &* CANTANDO RESPONDIMUS. Vide etiam S. Ambroſium in epiſt. ad Marcellinam ſororem ſuam [1]. Ne quem moveat frequens illa apud veteres locutio, *Pſal-*

(1) *Rem comprobavit deinde Ven. Thomaſius ſub finem Præfationis ſuæ ad Pſalterium cum Canticis editum anno* MDCXCVII, *& altero Auguſt. teſtimonio Enarrat.II in Pſal.XXII, ubi de Donatiſtis aut: Putas ibi*

*Pſalmum, cum legeretur, audiſtis*, & ejuſmodi aliæ, quaſi Lector non cantaverit Pſalmum, ſed tantummodo legerit; animadvertendum eſt ea locutione non cantum excludi, ſed ſolum indicari quod Lector ex Codice legendo, non memoriter recitando, Præcentorem egerit. Propterea nuſquam dictum invenitur ad populum, *Pſalmum legiſtis*, ut qui ex memoria tantum repeteret, quæ audierat ex Codice lecta: id quod ſatis ſuperque adſtruunt ſuperiora teſtimonia, & alia quamplurima, ut illud S. Auguſtini in Pal. CXXIII. *Pſalmus quem nunc vobis CANTATUM. AUDISTIS*; & in Pſal. CXXVII. *Nam breviter quamquam eum* [Pſalmum] *cum CANTARETUR. AUDIVIMUS*; & in CXXXVIII. *Pſalmum nobis brevem paraveramus, quem mandaveramus CANTARI a LECTORE &c.*

Occurrendum hic cenſeo ſententiæ viri doctiſſimi & in antiquorum lectione peritiſſimi, qui arbitratus eſt, in Reſponſoriis Pſalmis populum non integros ipſos Verſiculos Pſalmi, ſed extremas tantummodo Verſuum clauſulas reſpondendo cantaſſe; ratus τὰ ἀκροπλεύτια apud Veteres hanc habere ſignificationem. Verum, diu perpenſis a nobis priſcis Eccleſiæ ritibus, aliud ſentire cogimur; ut enim alibi hunc ſenſum habeant τὰ ἀκροπλεύτια, in Eccleſiaſtico certe uſu cum de Pſalmis Reſponſoriis agitur, aliter ſunt accipienda, nimirum ut intelligantur ipſi Verſiculi integri Pſalmi alicujus, ab eorumdem initio, ducto exordio. Nec priſci ſcriptores ab hoc ſenſu diſſonant, cum Thucidides apud Suidam ſcribat, τὸ ἄκρον τῦ τέλους τῦ στίχυ. καλεῖται δὲ ἄκρον καὶ ἡ ἀρχὴ τῦ στίχυ. ideſt, *Acron finem ſignificat verſus; vocatur etiam acron & ipſum initium verſus*. Puto hoc vocabulo ex nominibus *acron* & *telos*, hoc eſt, *initium* & *finis*, compoſito, pulchre ſignificari totum omnino Verſiculum, a principio ſcilicet uſque ad finem. [2] Euſebius hiſtor. lib. 2, cap. 17 (quem locum



tas ibi ponunt aures, quando Lector ipſorum dicit: *Commemorabuntur & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ*? Eja forte unus verſus eſt: alunde cogitabas, cum fratre tuo fabulabaris, quando illud dixit: attende quia repetit, & ſurdos pulſat: *Et adorabunt in conſpectu ejus univerſæ patriæ gentium*. Adhuc ſurdus eſt, non audit: pulſetur iterum: *Quoniam Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium*. Tres illos verſus tenete fratres &c. *Hæc Auguſtinus, ex quibus Thomaſius dolens ea hoc in loco ſibi excidiſſe, duo concludit. Alterum, receptum olim fuiſſe ut in cantu reſponſorio tum per Orientem tum per Occidentem uſitaticve, Lector verſus præcineret, & populus eoſdem reſpondendo repeteret. Alterum vero, uſque ad illud tempus quod Auguſtinum inter & Caſſiodorum finxit, uſurpatam fuiſſe antiquam in Pſalmis verſuum diſtinctionem, qua breviores iidem verſus erant, & ideo commodiores ad reſponſorium cantum Lectore præcinente & populo vel choro ſuccinente abſolvendum. Verum ipſe videatur Thomaſius edit. noſtræ Tom. III.*

(1) *Scilicet Cotelerii loco nuper memorato pag. v, not. (t).*

(2) *Idem Cotelerius ibidem ad ea verba Conſtitutionum Apoſtolicarum cap. 57, ἓξ ὁ λαὸς τὰ ἀκροστίχια ὑποψάλλέτω, ait*: qui ante me hoſce libros in latinam linguam converterunt, *ἀκροστίχια* initia verſuum interpretati ſunt. *Quod poſtquam falſum eſt, perperam factum eſſe contendit, qui arbitretur veteres conſueviſſe non initia, aut integros verſus Lectori præcinenti ſuccinere, ſed poſtrema tantum verba. Rem ſuam adſtruere conatur veterum teſtimo-*

cum vir ille doctiſſimus pro ſe adducit) morem Reſponſorii cantus, qualem Philo deſcripſerat de vita contemplativa Supplicum, ad ſua uſque tempora in Chriſtianorum Eccleſiis perduraſſe teſtatur: verum quid intellexerit Euſebius de Eccleſiaſtico more ſui temporis, nemo melius explanaverit, quam Rufinus Presbyter paulo inferioris ætatis; is enim ſic interpretatus eſt Euſebium. *Quæ omnia ſupradictus vir* Philo *eodem ordine eademque conſequentia, qua apud nos geruntur, expreſſit; & ut unus ex omnibus conſurgens, in medio Pſalmum honeſtis modulis concinat, utque præcinenti ei UNUM. VERSICULUM omnis multitudo reſpondeat*[2]: hæc ille; ubi obſervare licet, unum Verſiculum non hemiſtichium a Lectore præcentum, conſequenterque eumdem ipſum ab omni cœtu reſponſum. Luculentius id etiam demonſtrant aliquot Patrum ſententiæ, quibus aſſerunt & initia ipſa verſuum fuiſſe reſponſa ſive repetita. S. Ambroſius epiſt. ad Marcellinam. *Matutinis horis lectum eſt (ut meminiſtis fratres) quod ſummo animi dolore RESPONDIMUS: Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.* Ecce initium primi verſus reſponſum, non extremam tantum clauſulam: ex S. Auguſtino hæc ſufficiant, in Pſal.XL. *Quod LEGENTI. RESPONDENTES cantavimus, quamquam de medio Pſalmo ſit, hinc tamen ſermonis ducamus exordium. Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur, & peribit*

*ſtimoniis, Socratis Hiſt. Eccleſ. lib.v, cap.22: Baſilii Epiſt.LXIII ad Clericos Neocæſarienſes: Chryſoſt. homil.XXXVI in 1 ad Corinth. Ambroſii ad Luc. cap.XV: Caſſiani de Inſtitutis Cenobiorum lib.III cap.8: Euch rii Sermone de Oratione: Sozomeni lib.V, cap.19. Pſeudo-Areopagita cap.3 Libri de Hierarchia Eccleſiaſtica. Omnia hæc teſtimonia quum animo reputaſſet Thomaſius, nihili fecit ad rem de qua agitur: nec Cotelerium ideo refutare ſuſcepit; neque enim opus illud erat: ea ſiquidem omnia nil aliud affirmant, quam unum præcentorem pſalmum canere conſuevisſe aliis ſuccinentibus, quod ultro Thomaſius admittit: at eo poſito videndum reſtat quid ſibi voluiſſet apud antiquos præcentori ſuccinere. Sententiam ſuam ſequitur Cotelerius, adducitque Philonis locum ab Euſebio laudatum Hiſt. Eccleſ. lib.II, cap.17, ita ſe habentem:* Ἐπὰν δὲ παύσασθαι, ὕμνον ἄδει πεποιημένον εἰς τὸν θεόν. μετὰ δὲ οἱ ἄλλοι κατὰ τάξεις ἐν κόσμῳ προσκαρτοῦσι. πάντων δὲ πολλὴν ἡσυχίαν ἀκροωμένων, σιγὴν ὅτου τὰ ἀκροτελεύτια ἐπιφθέγγεται ἄδων θεοῖ. τότε γὰρ ἐξηχοῦσι πάντες ἅμα τὸ τέλος. *(cum teſtimonium ita minime ex re ſua reddit: Tum ille (Præſes) aſſurgens, hymnum in laudem Dei compoſitum canit. Poſt quem & cæteri ordinatim decenti modo: omnibus magno cum ſilentio auſcultantibus, præterquam cum clausulas, & hymnis finem imponentia canere oportet. Tunc enim univerſi & univerſæ perſonant. Vides omnem difficultatis nodum in ſignificatione vocis* ἀκροτελεύτια *verſari: quod optime quum noverit Thomaſius, de aliis teſtimoniis a Cotelerio allatis nec meminit quidem. Vide Præf. noſtra num.VII, VIII, & IX.*

(1) *Facile* LXXIII *annorum; nam Euſebius Hiſtoriam ſuam vulgavit aliquanto poſt adventum Niceæ Concilium, fortaſſe anno* CCCXXVI *juxta Antonium Pagium in Baron. ad eumdem annum n.XVIII: Rufinus vero Latinam illius hiſtoriæ verſionem dedit paullo poſt annum* CCCC.

(2) *Euſebii locus juxta Valeſii edit. Coloniæ, tom.I, pag.70 ita ſe habet:* Ἐπὰν δὲ παύσωνται κοσμίως ἐπιφθέγγεται, ὃς λοιποὶ καθ' ἡσυχίαν ἀκροώμενοι, τῷ ὕμνῳ τὰ ἀκροτελεύτια συνεξηχοῦσιν. *Henricus Valeſius in ejus interpretatione Cotelerium proſſus ſequitur. Id fortaſſe contigit quod Rufini in ea verſione concinnanda fidem ſubleſtam agnoverint viri docti. At quum neque Græci ſermonis natura repugnet, ut ex Thucidide paullo ante probatum legimus, ad cujus locum hæc addit Scholiaſtes:* καλῶς φ' ἀκροτελεύτιον, ἀντὶ τῆ ἄκρον τῆ τέλος τῆ στίχου. καλεῖται γὰρ ἡ ἄκρον ἡ ἀρχὴ τῆ στίχου. *Atqui ſuper quum navearint Patrum teſtimonia, quæ cum Rufini interpretatione conſentiunt; hinc Thomaſius merito Rufinum potius ſequitur, quam noſtræ ætatis Criticos Scriptores.*

*peribit nomen ejus* ? quæ verba integrum conficiunt verſum, totum lectum, totumque omnino reſponſum : item in Pſal.LVII enarrat. ſecunda. *Vox quam cantavimus . . . Si vere utique juſtitiam loquimini, recta judicate filii hominum*. Expende etiam quæ Sanctus ille [t] dicit de primis Verſiculis Pſalmi XXIX, & XC. S. Petrus Chryſologus ſerm.XLV. *Reſponſorium quod hodie, Prophera ſupplicante, cantavimus: Domine, inquit, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me*: & hic integer eſt verſus ab Eccleſiæ cœtu reſponſus. Reliquum eſt, ut in medium proferamus locum, qui nobis opponitur; deſumitur is ex lib.5 Hiſtoriæ Tripartitæ cap.2: ibi namque hæc S. Athanaſii verba leguntur, *Reſidens in ſede, præcepi ut Diaconus Pſalmum legeret, populis reſpondentibus, Quoniam in ſæculum miſericordia ejus*. Pſalmus iſte non CV ſed CXXXV eſt, qui pulcherrime intercalatur hoc hemiſtichio, *Quoniam in ſæculum miſericordia ejus*: ſic enim legitur in Romana editione Pſalterii, quam utique ſequutus eſt Epiphanius Scholaſticus author ſive interpres Tripartitæ Hiſtoriæ. Ultro fatemur, extremas tantum verſuum clauſulas hoc in Pſalmo juſſu S. Athanaſii a populis fuiſſe reſponſa; ſed quis non videat, conſulto id in uno hoc Pſalmo factum, ut qui creberrimæ ejuſdem hemiſtichii repetitionis ordine compoſitus fuerat, eodem etiam ordine reſponderetur in Eccleſia, quo clarius eluceret ejuſdem Pſalmi ſtructura? Præterea ſi integri in Pſalmo præfato fuiſſent verſus repetiti, ſupra quinquagies non ſine tædio eadem reſumi verba oportuiſſet.

Pſalmus Reſponſorius totus omnino legebatur, atque repetebatur ad finem uſque. Id probant S. Auguſtini Commentarii in Pſalmos, ubi ſæpe cantatos fuiſſe commemorat extremos verſus Pſalmi alicujus etiam prolixioris: vide [a] in Pſal.XXV,num.5. in enarratione ſecunda Pſal.XVIII; nam de breviori Pſalmo luculenter id tradit in Pſal.CXXXVIII.

Præcen-

(t) *Præfatione in Enarrationem* II *in Pſalmum* XLIX *Auguſtinus ait*: Hoc certe cantavimus: Exaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me, nec jucundaſti inimicos meos ſuper me. *Enarratione autem prima in Pſalmum* XC *legimus*: Qui habitat in adjutorio altiſſimi, in protectione Dei cæli commorabitur. Sicut audiſtis Pſalmum & cantaſtis ita coram inde incipit Pſalmus &c.

(a) *In Pſalmum* XXV *Auguſt. ait*: Ad hoc enim hodie cantavimus: Ne perdas cum impiis animam, & cum viris ſanguinum vitam meam &c. & *Enarrat.II in Pſal.*XVIII. Proinde chariſſimi quod coniona voce cantavimus, ſereno etiam corde noſſe ac videre debemus. Rogavit enim Dominum unuſquiſque noſtrum in hoc cantico, & dixit Deo: Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce ſervo tuo. Si ceſm non fuerint dominata, tunc immaculatus ero, & mundabor a delicto magno. *Quæ ſane verba in utroque Pſalmo occurrunt non longe a fine. Enarrationem vero in Pſalm.*CXXXVIII *ita idem Auguſt. orditur*: Pſalmum nobis brevem paraveramus, quem mandavetamus cantati a Lectore; ſed ad horam quantum videtur perturbatus, alterum pro altero legit. Maluimus ergo nos in ertore Lectoris ſequi voluntatem Dei, quam noſtram in noſtro propoſito. Si ergo vos in ejus prolixitate aliquandiu tenuerimus, nobis non imputetis; ſed credatis Deum nos non infructuoſe laborare voluiſſe. *Ex quibus S. Auguſtini verbis non ſolum breviores pſalmos integros cantatos olim fuiſſe, colligi poſſe videtur, ſed & ipſos longiores*.

Præcentor Pſalmi Reſponſorii in Eccleſia uſitatius ex ordine erat Lectorum. Paſſim occurrunt teſtimonia, niſi quis malit lectorem in iis tantummodo appellari, qui ex codice legeret, non qui ex ordine Lectorum eſſet. Attamen cum antiquior diſciplina diligentius ſingula ſingulis Clericorum Ordinibus adſcriberet officia, nominumque item diſcrimina tenacius retineret; ſimpliciter accipiendum putaverim pro Clerico in gradu Lectoratus, quem Patres ſimpliciter nuncupant Lectorem. Subibant aliquando & Diaconi hoc Præcentoris munus; vide locum ſupra citatum Hiſtoriæ Tripartitæ, & ſanctum Gregorium Turonenſem de Vitis Patrum [1] cap. 8, & Hiſtor. lib. 8 cap. 3; ſed fortaſſis id agebant Diaconi, cum alii inferiores aberant Clerici. Rectius namque id muneris Lectoribus, vel Cantoribus ſive Pſalmiſtis, aut Subdiaconis demandatur; cum ipſorum ſit officium peculiare in Eccleſia pſallere vel cantare. Conſule S. Gregorii Magni can. [2] *In Sancta Romana, diſt. 92.* Quæ de Præcentoris gradu diximus, intelligi tantum opus eſt in cantu Pſalmi Reſponſorii publice, canoniceque in Eccleſia uſitato. Cæterum quiſque privatim reſponſorios Pſalmos præcinere poterat, ut diſcimus ex S. Auguſtini Confeſſ. lib. 9 cap. 12. [3]

Supereſt ut de loco ac tempore Reſponſorii Pſalmi breviter agamus. Præcentor conſurgens, in medio Choro vel cœtu ſtans, Pſalmum præcinebat, omni multitudine reſpondente. Euſeb. Hiſt. lib. 2 cap. 17 ſuperius relato. Cum primum [4] Ambones in Eccleſiis conſtrui cœperunt, crediderim

(1) *Gregor. Turon. de Vitis Patrum cap. 8 de S. Nicetio ait:* Quod autem mane cum ſurrexiſſet ad matutinas ſanctus Nicetius expectatis duabus antiphonis egreſſus eſt in Sacrarium; ubi dum reſideret, Diaconus reſponſorium pſalmum canere cœpit &c. *Et cap. 3 lib. VIII Hiſt. Franc.* Interea jam medio prandii peracto, jubet rex ut dominum noſtrum, qui ante diem ad Miſſas pſalmum reſponſorium dixerat, cantare juberem &c.

(2) *Diſtinct. 92 tale eſt Gregorii teſtimonium tom. II col. 1289 nov. edit. Oper. S. Greg.* In Sancta Romana Eccleſia, cui divina diſpenſatio præeſſe me voluit, dudum conſuetudo eſt valde reprehenſibilis exorta, ut quidam ad ſancti Altaris miniſterium eligantur; & in Diaconatus ordine conſtituti modulationi vocis inſervient, quod ad prædicationis officium, eleemoſinarumque ſtudium vacare congruebat: unde fit plerumque, ut ad ſacrum miniſterium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur; & cantor miniſter Deum moribus ſtimulet, cum populum vocibus delectat: qua in re præſenti decreto conſtituo, ut in hac Sede ſacri Altaris Miniſtri cantare non debeant; ſolumque Euangelicæ lectionis officium inter Miſſarum Solemnia exſolvant. Pſalmos vero, ac reliquas lectiones eccleſeo per Subdiaconos, vel ſi neceſſitas fuerit, per minores Ordines exhiberi.

(3) *Num. 3, ubi legitur:* Cohibiro ergo a fletu illo puero, Pſalmum arripuit Evodius, & canrare cœpit pſalmum, cui reſpondebamus omnis domus: Miſericordiam & judicium cantabo tibi Domine &c.

(4) *Quid* Ambones *ſignificent Roma oculis ipſis intueri licet; inter hujus enim Civitis in vetuſtiſſima antiquitatis veſtigia integri adhuc illi conſpiciuntur. Eorum nomen a græco ἀνὰ βαίνειν aut ἀναβαίνειν manaſſe, & ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus ſæpe usurpatum ad denotandum ſuggeſtum vel pulpitum, res in dubium vocare nullo modo poteſt. De illorum in Eccleſia uſu; vetuſtiſſimum eum annoſcendum eſſe remur, & facile a veteri Hebræorum Synagoga derivatum; qua de re videndus Amalarius Lib. III de Eccleſiaſt. Offic. cap. 27; & inter Chriſtianos receptum ut ſerius, ſtatim ac ipſi experiunt religionem ſuam libere profiteri. Certe apud Cyprianum Epiſtolis XXXIII & XXXIV pulpiti in Eccleſia mentio occurrit, hoc eſt, ex Jacobi Pamelii interpretatione ſuggeſti, unde Lectiones recitari ſoleut coram populo. Et Conſtantinus*

diderim in Ambonis aut in ejuſdem gradu conſtitiſſe Lectorem in publica præſertim Miſſa ; cujus rei veſtigium eſt, quod omiſſo ante Euangelium integro Reſponſorio Pſalmo, brevius, quod illi ſuffectum eſt, Reſponſorium, ſicut illius appellationem aliquo pacto retinuit ; ita & ejuſdem locum obtinuit ; propterea nuncupatum *Reſponſorium Gradale*, quod in Ambonis gradu Cantor ſtaret, cum ipſum præcinebat. [a]

Demum quantum ad tempus, ſolemnior ubique fere gentium mos erat, ut potiſſimum in Miſſarum ſolemniis Pſalmus reſponderetur in ea parte, in qua impræſentiarum Reſponſorium canitur Gradale. Liquet id ex Patrum ſermonibus, præſertim Auguſtini, cujus unum hic deſcripſiſſe teſtimonium ſufficiat : inquit enim ſerm.CLXXVI. *Primam Lectionem audivimus Apoſtoli, Fidelis ſermo . . . . deinde cantavimus Pſalmum . . . . poſt hæc Euangelica Lectio decem leproſos mundatos nobis oſtendit*. Alterum promimus hoc loco teſtimonium, ut agnoſcamus eumdem morem ſæculo V in Eccleſia Romana fuiſſe. S. Leo Magnus ſerm.2 in Anniverſario Aſſumptionis ſuæ. *Davidicum Pſalmum* [CIX] *dilectiſſimi, non ad noſtram elationem, ſed ad Chriſti Domini gloriam* CONSONA . VOCE . CANTAVIMUS.... *cum enim, ſicut Euangelica* LECTIONE *reſeratum eſt &c.*

Alter

*ſtinus Magnus juxta Anaſtaſium in B. Silveſtro Pontifice in Eccleſia Beati Laurentii Martyris* fecit gradum aſcenſionis & deſcenſionis ; *cujus gradus delineata forma illis, qui adhuc ſuperſunt, ambonibus optime quadrat. Ad hæc aperte* Ambonis *meminit Canon* XV *Concil. Laodicani celebrati circa annum* CCCLXVII, *in quo Canone legitur* · Περὶ τοῦ, μὴ δεῖν πλέον τῶν κανονικῶν ψαλτῶν, τῶν ἐπὶ τοῦ ἄμβωνα ἀναβαινόντων, ἐξ αὐτοῦ διφθέρας ψάλλοντας, ἑτέρους τινὰς ψάλλειν ἐν ἐκκλησίᾳ. Non oportet præter canonicos Cantores, qui ambonem aſcendunt, & ex codice canunt, alios quoslibet canere in Eccleſia. *At nobis hæc admotaſſe ſufficiat : videri poterunt quæ de hac re collegerunt Suicerus & Du Cangius in ſuis Gloſſariis.*

(1) *Sed inferiori, ut pluribus tradit idem Thomaſius ſua Diſquiſit. prævia ad antiquos libros Miſſarum. Hunc inferiorem gradum conſcendiſſe illum, cujus erat aut Pſalmum præcinere aut Lectiones canere ex laudato ſuper pag.x not.*(2) *Gregorii Magni loco colligi poſſe crediderim : hoc eſt, aliquem e Cantorum Schola, in qua ex Gregorii lege Subdiaconi & minores Clerici tantum admittebantur. His conſentit Miſſæ expoſitio a Jo. Cochleo ex duplici veneranda antiquitatis Codice vulgata, in qua pag.* 136 & 137 *Speculi Miſſæ edit. Mogunt. an.* M. D. XLIX, *præſcribitur*, ut Subdiaconus qui lecturus eſt, mox ut viderit poſt Pontificem Presbyteros reſidentes, aſcendie in Ambonem, ut legat. Non tamen in ſuperiorem gradum, quem ſolus ſolet aſcendere, qui Euangelium lecturus eſt. Poſtquam legerit cantor in cantorio ſine aliqua neceſſitate aſcendit, non ſuperius, ſed ſtat in eodem loco, ubi & Lector, & ſolus inchoat Reſponſorium ..... Ipſe iterum Alleluja dicit ſtans in eodem gradu, ideſt inferiore ..... Ubi enim Euangelium legitur, ibi Epiſtola legi non debet, ſed in ſubteriori (*ita Cochlæus edidit*) gradu ..... nec in eodem gradu Reſponſorium vel Alleluja cantari debet, quo recitatur Euangelium Chriſti. *Obſervandum tamen cum viro docto Jo. Garnerio in notis ad Librum Diurnum Romanorum Pontificum ſub num.*XIX *pag.*135, *eam Gregorii legem in Eccleſia diu non viguiſſe, quum in Eccleſiaſticis Libris paſſim legatur non ſolos Subdiaconos & Clericos Minores illud muneris obiviſſe, ſed & Diaconos inſuper atque Presbyteros.*

(2) *Illam Thomaſii conjecturam confirmant veteris auctoris verba penes Caſſandrum Liturgicorum cap.*22 *ajentis* : Reſponſorium quod ad Miſſam dicitur pro diſtinctione aliorum Reſponſoriorum Gradale vocatur, quia hoc pſallitur in gradibus. *At, ſi Belethoni fides, conſuetudo illa diebus ſolum feſtis obſervabatur ſæculo* XII : *ait enim initio cap.*59 *Explicat. Divin. Officiorum*, Secundus liber eſt Graduarius ; ita a gradibus appellatus, eo quod diebus feſtis in gradus aſcendi debeat, atque iſtinc cantari in ambone..... Diebus autem profeſtis canitur in medio Chori ante gradus Altaris.

Alter reſponſorii cantus modus eſt, cum id quod ſemel Præcentor cecinit, id ipſum pluries reſpondetur ſive repetitur a Choro, interjecto reſponſionibus ſingulis aliquo Verſu a Præcentore, quo concinnius, aptiuſque repetatur quod initio eſt decantatum [1]. Hoc modo complura in Divinis Officiis Eccleſiaſtica contractiora quædam cantica decantantur, quæ a præfata cantandi ratione *Reſponſorii* vocabulum ſortiuntur. Reſponſorium itaque certus eſt verborum ambitus pluries a Choro reſpondendus, uno intercinente Cantore. Papias in ſuo Vocabulario, *Reſponſorium* eſt *verbum aut verſus, qui ſæpe iteratur*. Hujus generis ſunt Reſponſoria, quæ Iſidorus, Rhabanus, aliique tradunt primum ab Italis fuiſſe reperta. Idem Papias, *Reſponſorios*, inquit, *Itali tradiderunt antequam Græci Antiphonas; inde dicti, quod alio canere deſinente, alter reſpondeat; & hoc differunt ab Antiphonis, quia in Reſponſoriis unus verſum dicit; in illis autem* Antiphonarum *verſibus Chori alternant*.

Antiquiſſimus eſt ejuſmodi Reſponſoriorum uſus in Eccleſia Romana, ut conſtat ex priſca Cautione, quam Romano Pontifici præſtare ſolebat Epiſcopus recens ordinatus: vide tit. 7 libri Diurni Romanorum Pontificum [2]: cujus Cautionis Formulam ea tempora ſapere quæ S. Gregorium Magnum præceſſere, facile quiſque exiſtimabit, ſi Pelagii Papæ reſcriptum cum illa contulerit, relatum [3] cap. *Eleutherius*, *diſt.* 91. Ex Italia ab antiquiſſimis temporibus Reſponſoria acceperunt Eccleſiæ Galliarum atque Hiſpaniarum, ut ex veteribus illarum gentium Conciliis, aliiſque monumentis ſatis apparet.

Sed hujus Reſponſorii ritus diligentius conſideremus. Veterem germanum-

(1) *Rei illius exemplum occurrit apud Sozomenum lib.* v, *cap.* 19, *ubi ſermo habetur de Pſalmodia, qua cum Juliano Imperatore Chriſtiani reliquias Babylæ Epiſcopi & martyris Daphne Antiochiam tranſferebant: dicitur enim* ἐξῆρχον δὲ τῶν ψαλμῶν τοῖς ἄλλοις, οἱ τόπους ἀκριβοῦντες, ἐξ ἕνὸς τοῦ ψάλλοντος ἐν συμφωνίᾳ· ἐξ ἅπαντων τὴν ῥῆσιν ἐπῄδον· ἰσχυρίζοντο πάντες οἱ προκινοῦντες τοῖς γλυπτοῖς, οἱ ἐγκωμιάζοντο τοῖς εἰδώλοις, Præcinebant ceteris ii, qui pſalmos apprime callebant, multitudo deinde reſpondebat eum concentu, & hunc verſiculum ſuccinebat: Confuſi ſunt omnes, qui adorant ſculptilia, qui glotiantur in ſimulacris.

(2) *Qui titulus* vir *ex Garnerii edit. pag.* 67 *& ita ſe habet*: Illud etiam præ omnibus ſpondeo atque promitto, me omni tempore, per ſingulos dies, a primo gallo uſque mane cum omni ordine Clericotum meorum, vigilias in Eccleſia celebrare, ita ut in noctis quidem noctis, id eſt, a Paſcha uſque ad æquinoctium, vigeſima quarta die menſis Septembris, tres Lectiones, & tres Antiphonæ, atque tres Reſponſoriæ dicantur: ab hoc vero æquinoctio uſque ad illud vernale æquinoctium, & uſque ad Paſcha, quatuor Lectiones cum Reſponſoriis & Antiphonis ſuis dicantur. Dominico autem, in omni tempore, novem Lectiones cum Antiphonis & Reſponſoriis ſuis perſolvere Deo profitemur.

(3) *En illud Pelagii decretum, quod ex ipſis ejus verbis manifeſto refertur ad ſuperiorem Libri Diurni Rom. Pontif. cautionem*. Eleutherius frater & coepiſcopus noſter queritur clericos ſuos ſibi contra canones ſuperbire; & id quod nobis jubentibus facta in ſerinio cautione promiſit, ut quotidianis diebus vigilias in ejus celebrarentur eccleſia, illis contemnentibus implere non poſſe, ſed magis unumquemque ſuis (poſtpoſito eccleſiæ ſervitio) vacare negotiis. Et idco experientia tua eos, quos ubi eſſe offenderis contumaces, debita objurgatione compeſce, & modis omnibus, vigiliis vacare compelle.

Digitized by Google

manumque modum Reſponſorii modulandi atque intercalandi ad IX uſque ſæculum Romana retinebat Eccleſia, Amalario teſte, qui paucis rem totam ſcripto reliquit; inquit autem lib. de ordine Antiphonarii c. 18. *Non enim ſancta Romana & noſtra regio uno ordine canunt Reſponſorios & Verſus. Apud eam Præcentor in primo ordine finit Reſponſorium. Succentores vero eodem modo reſpondent. Dein Præcentor canit Verſum. Finito Verſu, Succentores vero ſecundo incipiunt Reſponſorium a capite, & uſque ad finem perducunt. Deinde Præcentor canit Gloriam Patri & Filio & Spiritui Sancto; quo finito, Succentores circa mediam partem intrant in Reſponſorium, & perducunt uſque in finem. Poſtremo Præcentor incipit Reſponſorium a capite, & perducit illum ad finem. Quo finito, Succentores tertio repetunt Reſponſorium a capite, & perducunt illum uſque ad finem. Idcirco quoniam Succentores ter canunt Reſponſorium &c.* (1)

Quamquam Amalarii teſtimonium ſufficere nobis merito poſſit ac debeat, verumtamen cum de rebus obſoletis agamus (quæ difficilius aliquando hominibus noſtros tantummodo mores conſpectantibus ſuadentur) viſum eſt & aliqua argumenta non præterire, quæ comprobare videantur morem antiquum. Igitur quod olim integrum a Præcentore diceretur Reſponſorium, totumque repeteretur ſtatim a Choro, tradit vetuſtus Ordo Romanus M.S. in Monaſterio S. Galli in Helvetiis, ubi hæc extant. *De Reſponſorio Graduali. Ab incipiente uſque ad finem cantatur, & Verſus ſimiliter, ſimiliter in cottidianis diebus. Alleluja ſimili modo: in quotidianis vero diebus (ſi voluerint) tantum prima dicitur*: hoc eſt, quotidianis diebus, *Alleluja* prima tantum vice poteſt a Cantore dici, ſtatimque a Choro repeti, prætermiſſa ſecunda repetitione poſt Verſum. Quo in loco obiter adnotandum cenſeo, *Alleluja*, quod in Miſſa cantatur, verum eſſe Reſponſorium, quamvis unico vocabulo conſtet; unum namque in Antiquis M.SS. Gradualibus *Alleluja* invenitur ante Verſum; ſed ter dicebatur, ſemel a Præcentore, & mox a Choro toto; tum dicto Verſu a Præcentore, iterum illud Chorus repetebat. Cæterum priſcum ritum ut bis Reſponſoria dicantur ante Verſus nuncuſque retinemus iis in Reſponſoriis, quæ breviora nuncupamus; hincque agnoſcimus quam ob rem in cæteris id Reſponſoriis non ſervetur; nimirum ſcilicet exigui eſt jactura temporis pluries breviora repetere Reſponſoria, quam alia prolixiora. Majores autem noſtri haud ſe arbitrabantur terere tempus, cum illud in



(1) *De hoc Amalarii loco a Thomaſio obſervato legitur apud Mabil. Iter Italicum num.* XXXI. Subjunxit Thomaſius mirari ſe, ex Amalario neminem obſervaſſe, quod antiphonæ olim poſt ſingulos cujuſque Pſalmi verſus repetitæ fuerint: reſponſoria integra a cantore primum decantata ad verſum; deinde a choro repetita; & poſt verſum a cantore cantatum, iterum a choro repetita: ſecus in Gallia. Verum &c.

Eccleſiaſticis functionibus ad Dei laudem inſumebant : vide Sæculi IX Anonymum authorem in libelli præfatione de Laude Dei, in ſupplemento Bibliothecæ PP. poſtremæ editionis Lugdunenſis [1]. Clerici Mediolanenſes veterem ritum certis diebus adhuc ſervant, bis Reſponſorium cantantes ante Verſum : ſic ( exempli gratia ) ad Veſperas unius Apoſtoli, in eorum legitur Breviario.

℟. *cum Infantibus. Clarus Apoſtolus* ℣. *virtutum gratia pollens, ad cultum fidei divina prædicatione multos perduxit. Iterum. Clarus Apoſtolus &c.* ℣. *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit. Ad cultum &c.*

Sæculo IX paſſim cœpere Reſponſoria repetitionibus truncata coarctari ; quare ſæpius occurrit, ut Cantor Reſponſorium incipiat, Choruſque ipſum proſequatur : teſtimonia non referimus, cum conſilium noſtrum eo maxime tendat, ut quid authenticum ex primis Eccleſiaſticarum rerum Conditoribus, quidve ſit vetuſtius perſcrutemur.

Poſt Reſponſorii Verſum unum aut plures a Cantore modulatos, integrum ſemper repetebatur a Choro Reſponſorium : quo de Romanæ Eccleſiæ uſu teſtatur Amalarius loco ſupra citato, & in Prologo lib. de Ord. Antiphon. *Notandum eſt*, inquiens, *neceſſarium nobis eſſe, ut alteros Verſus habeat noſter Antiphonarius, quam Romanus : quoniam altero ordine cantamus noſtros Reſponſorios, quam Romani ; illi a capite incipiunt Reſponſorium, finito Verſu ; nos Verſum finitum informamus in Reſponſorium per latera ejus ; ac ſic facimus de duobus corporibus unum corpus : ideo neceſſe eſt ut hos Verſus quæramus, quorum ſenſus cum mediis Reſponſoriorum conveniat, ut fiat unus ſenſus ex verbis Reſponſorii & verbis Verſus. Hoc proſpexit memoratus vir & glorioſus Presbyter Eliſagarus : qua de re certavit ut ex diverſis libris congregaret Verſus convenientes Reſponſoriis, quos nos & alii multi cupiunt frequentare in nocturnali Officio* : nec dubito primævam Reſponſorii inſtitutionem in Italia factam, hoc poſtulaſſe. Verum extra Italiam regiones aliæ licet inde Reſponſoria accepiſſent, repetitiones tamen alio modo, eoque breviori uſurpare maluerunt, contentæ ad ſingulos Verſus poſtremam Reſponſorii partem reſumere, non integrum Reſponſorium : id quod factum puto etiam ante Romanos ritus in illis regionibus receptos ; ad quam rem firmandam exemplum huc adduco ex vetuſtiſſimo ritu Eccleſiarum Hiſpanicarum, quem Mozarabicum appellant, quod hoc ſe habet modo.

*In*

(1) *Pag. 576 ubi legitur* : Sancti Doctores, & eruditores Eccleſiæ, Sancto Spiritu & gratia Dei repleti, inſtituerunt modulationem, in Antiphonarum vel Reſponſoriorum repetitione honeſtiſſimam ; quatenus, hac dulcedine animus audientium delectatus, ad Dei laudes, & amorem cæleſtis patriæ ardentius accenderetur.

*In Nativitate Domini.*

℟. *Jeruſalem, hodie natus eſt tibi Princeps, Salvator omnium, ad cujus imperium movebuntur Virtutes cælorum; regnabit in æternum, & gloria ejus cum terræ pace * in excelſis ab Angelis declaratur.*

℣. *Dominus regnavit, decorem induit, induit Dominus fortitudinem & præcinxit ſe.* *In excelſis.*

℣. *Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.* *Ab Angelis.*

℣. *Gloria & honor Patri & Filio* [ *in ſæcula ſæculorum Amen.* ] *In excelſis.*

Aſſimiliter Galliarum Eccleſias arbitror decantaſſe Reſponſoria, quando idem ferme Hiſpaniarum æque atque Galliarum erat ritus; unde conjector Amalarii tempore aliter idcirco fieri conſueviſſe in Galliis Reſponſoriorum repetitiones, quam in Eccleſia Romana; quia etſi Romana Officia inibi jam fuiſſent admiſſa, attamen priſco ſuo mori Galli aſſueti, proprio quam Romano potius modo Romana Reſponſoria decantare malebant.

Serius in Miſſa prætermitti cœpit Reſponſorii Gradualis repetitio poſt Verſum. Sæculo IX ubicumque Romano Ritu celebrabatur; Reſponſorium item repetebatur. Amalar. lib. 3 c. 11. Sæculum item XIII eumdem morem obtinebat, teſte Sychardo Epiſcopo Cremonenſi [1] in ſuo



(1) Mitralis *illius duo exſtant Mſ. exemplaria in Bibliotth. Vatic.; at eorum antiquius & quod ipſa Sicardi tempora ſpirare videtur ſub n.1135; alterum aliquanto, licet non multo, recentius ſub n.4075, quod ſub initium ſæculi XIV exaratum apparet. Prima Codicis verba minus infecta ita ſe habent*: Incipit Mitralis de Officiis editus a Sycardo Cremonenſi Epiſcopo. *Opus in utroque Codice Mſ. in novem Libros diſtinguitur, licet nonnulli, ut Conradus Geſnerus in ſua Bibliotth. & Antonius Poſſevinus tom. III Apparatus Sacri, ſcripſerint poſt Joannem Lelandum Sicardi* Mitrale *ſive ſummam de Officiis, octo Libris contineri. Singulis igitur novem libris Prologus præmittitur: & primo quidem in Libro XII capitibus agitur de Eccleſia, hoc eſt, de Eccleſiæ inſtitutione & fundatione, de Altari, de partibus & nominibus Eccleſiæ; de illius conſecratione & reconciliatione ſi pollui aliquando contingat: demum de ejuſdem ornatu atque utenſilibus. Libro II, capitibus VIII agitur de perſonis Eccleſiæ, videlicet de inſtitutione & habitu perſonarum Eccleſiaſticarum; de Ordinibus; de Dignitatibus; de Veſtibus ſacris; de regalibus inſignibus, atque de induendis Sacris Miniſtris. Lib. III novem capitibus tractatur de Miſſa, hoc eſt, de nomine, inſtitutione, & partibus Miſſæ: ha partes VII numerantur, quibus additur* Brevis recapitulatio de Miſſa. *Lib. IV de Officiis Eccleſiæ, decem capitibus agitur: nimirum de ferialibus feſtiviſque nocturnis; de VII canonicis Horis; de veſpertina Synaxi; de Collationibus & Completorio; de Officio Monaſtico. Lib. V Prologo agitur de multeplicibus Eccleſiæ inſervientibus libris: in ipſo Libro V ſequitur* Ordo Officiorum *divinorum a Dominica prima Adventus uſque ad integrum Officium Domin. Septuageſimæ. Ab hac Dominica incipit Liber VI, qui* Ordinem de Anni circulo *proſequitur uſque ad Octavam Paſchæ. Ab ea Octava Lib. VII idem* Ordo *deducitur uſque ad Octavam Pentecoſtes; in quo initium viſitur Lib. VIII* Ordinem *memoratum ducentis uſque ad ultimam poſt Pentecoſten Dominicam, quæ numeratur XXV. Demum Libro IX agitur de Feſtivitatibus Sanctorum ab initio Adventus per integrum anni curſum. Rerum ſeries, quæ habentur in Libro typis nondum vulgato, exhibenda hoc erat, ne lateat error Ludovici Antonii Muratori, qui tom. VII Rer. Ital. Scriptor. pag. 523 loco Sicardi noſtri* Mitralis *venditare nobis vellet ejuſdem Sicardi* Chronicon, *perinde ac ſi ab iſto illud non diſtingueretur: quod ipſe revera opinatur, quum ex Cod. Mſ. Bibliotth. Eſtenſis, illud idem Mitrale vulgare ſe credit Chronicon edens. Sed præſtat hoc idem ex ejuſdem Muratori verbis addiſcere; ait ille loco prælaudato*: Tandem Mitrale, vel Summa de Officiis, ſive Rationale Divinorum Officiorum, Sichardo tribuitur. Sed ſi quidquam conjectura

Mitrali M.S. Præmonſtratenſes Canonici id etiam nunc ſervant, cum poſt Reſponſorium Graduale non ſequitur *Alleluja* vel Tractus. Durandi demum temporibus exoleverat omnino ejuſmodi repetitio, ut ex ejuſdem Rationali patet lib. 4. c. 19.

Reſtat ut de Verſu *Gloria Patri &c.* Reſponſoriis adjuncto videamus. Amalarius cap. 18. *Ab initio tertio cantabantur Reſponſoria a Cantoribus; quem ordinem monſtrant Reſponſorii de Paſſione Domini; non enim ab initio cum Reſponſoriis cantabatur Gloria.* & cap. 1. *Priſcis temporibus non cantabatur Gloria poſt Verſum, ſed repetebatur Reſponſorius . . . . . A modernis vero Apoſtolicis, additus eſt Hymnus Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto poſt Verſum;* quod additamentum ex Sancti Benedicti regula mutuatum a Romanis Pontificibus, rectiſſime crediderim. Lubet & hoc loco deſcribere quæ Radulphus Tungrenſis Decanus de eodem hymno tradit ex antiquioribus Codicibus Eccleſiæ Romanæ, in lib. de obſervantia Canonum, propoſ. 12. *Gloria Patri Reſponſoriorum Romæ in libris antiquis reperitur integre cantatum ad notam Toni, ſicut facimus poſt Introitum; & quia poſteris non placuit totum cantari, ideo deciſe cantatur in quolibet octo Tonorum uſque, Sicut erat.* De Verſu

ſectura mea valet, Mitrale, ſive dubitatione ab eo elucubratum, nihil fortaſſis aliud eſt quam alterum e Chronicis ipſius Sicardi: quippe Gualvaneus de la Flamma nou libros quoſque, ſed tantum Hiſtoricos enumerans, quibus fuerat uſus, Mitrale Imperatorum a Sicardo Epiſcopo Cremonenſe compoſitum memorat. Quod eſt ad ſummam de Officiis eius Antonius Poſſevinus ex Lelando innuit, eamque in Bibliotheca Vaticana adſervari ajunt. De hoc opere mihi incomperto nihil aliud addam. *Hæc Muratorius, qua quam a vero ſint aliena, quantiſque permixta erroribus nullus non videt. Veniam tamen erudito viro non denegarem, ſi, ut Mitralis Sicardi notitiam acquireret, non ad Cuſtodes vel Præfectos Bibliothecæ Vatic. Romam, ſed ad Sinenſes litteras dare ipſi opus fuiſſet. Hanc diligentiam ille non adhibuit, ſed proprio utitur ingenio, ut enarret quomodo* Mitralis *nomen* Chronico *convenire potuerit; quum enim pag. 525 retuliſſet Gualvanei de la Flamma* Manipuli Florum *a ſeve Mediolanenſis Hiſtoria Brevia ii facto* anno *adornati locum, quo ad annum* MCCXV *legitur*: Iſto anno Sycardus Epiſcopus Cremonenſis, qui Mitrale, & Chronicam pulcherrimam compoſuit, in Domino moritur. *Muratorius inquam his ſubjungit.* Rectius feciſſet Gualvaneus, ſi in ſubſequentem annum 1215 Sicardi obitum rejeciſſet. Sed quod nunc quærebatur, vides, Sicardum duo diverſa Opera conteuiſſe, alterum Chronicæ, ſea Chronici titulo diſtinctum; alterum vero Mitrale nuncupatum. Non minus illum, quam illum, Hiſtorica faiſſe complexum, mihi, ut ſupra innui, perquam veriſimile eſt; tum quod Mitrale, non Pontificum, ſed Imperatorum a Gualvaneo appellatur; tum etiam quod ab eodem Gualvaneo Mitrale, non ſecus ac Chronicon, ati liber hiſtoricus citatur atque adhibetur. Fortaſſis in uno ex iis libris Vitas Imperatorum, in altero vero Romanorum Pontificum Vitas, atque Hiſtoriam potiſſimum Eccleſiaſticam fuerit perſequutus. *Hiſce animi figmentis nullus indulſiſſet Muratorius, ſi vel Franciſcum Arſium conſuluiſſet in ſua* Cremona literata *tom. 1, pag. 87, vel Antonium Campum in ſua itidem Cremona ed. an. 1585, pag. 31, ubi de iis, qua anno* MCCXV *ſua Civitati evenere, loquens ait*: Fu etiandio grandiſſima perdita a Cremoneſi la morte di Sicardo lor Veſcovo, il quale dopo l'eſſere ſtato Paſtore di Cremona d'intorno a diciotto anni rendette l'anima al Signore. Scriſſe queſti una belliſſima Cronica delle Citta d'Italia, di cui fauno ſoveute meutione Fra Leandro nella deſcrittione d'Italia, e F. Giacomo Filippo da Bergamo nel ſuo ſopplemento delle Crouiche. Scriſſe anche un altro belliſſimo libro intitolato Mitrale, dal quale il Durando cavò molte coſe, & le regiſtrò in quel ſuo lodato volume ſcritto Rationale Divinorum Officiorum; quelli libri ò per la malignità de tempi, ò per la negligenza delli avoli noſtri ſi ſono perduti, e forſe da qualch'uno ſi tengono naſcoſti. *Hæc habet de Sicardo Campus: ex quibus porro colliges, ſerio cogitanti in mentem venire nullo modo poſſe Chronicon fuiſſe eum librum, unde multa ove ſua in* Rationale Divinorum Officiorum *repoſuit Durandus.*

Verſu *Gloria & honor &c.* in Reſponſoriis decantando ritu veteri Hiſpaniarum videſis Concilium Toletanum IV can. 15. [1]

Qui olim Reſponſorium præcinebat, unus dumtaxat erat Cantor, non duo Cantores. S. Iſidorus cap. 8 de Eccleſiaſticis Officiis. *Reſponſoria ab Italis longo ante tempore ſunt reperta, & vocata hoc nomine, quod UNO canente, Chorus conſonando reſpondeat; ante autem id SOLUS quiſque agebat, nunc unus interdum, interdum duo vel tres communiter canunt, Choro in plurimis reſpondente.* Romæ priſcus ritus vigebat Sæculo IX, ut unus ſcilicet Cantor Reſponſorium cantaret. Amalar. de ordine Antiphonarii cap. 18 & alibi [2]. Id quod ſervabatur etiam in Reſponſorio Graduali Miſſæ, ut ex eodem Amal. lib. 3 de Eccleſiaſticis Officiis c. 11, Ordine Romano edito, ac M.S. ſupra relato pagina XIII, aliiſque conſtat authoribus. Poſteriori ævo Cantores duo in Eccleſia Romana Reſponſorium Graduale modulari cœperunt, ut in Ceremoniali M.S. Benedicti Canonici habetur [3]: de binis Præcentoribus Reſponſoriorum juxta varios diverſarum Eccleſiarum ritus in promptu ſunt teſtimonia; ſed quid antiquiori fuerit tempore uſurpatum, quidve primitus inſtitutum attigiſſe, ſatis habemus.

Cantor cum primo Reſponſorium præcinebat ante Verſum, non excelſa ad id voce utebatur, neſciens quomodo idem finiretur Verſus, celſiore forſitan nota cantandus. Verſu contra cantato fidenter alta voce repetebatur Reſponſorium, intercenti Verſus nota plane jam perſpecta: hæc tradunt Amalarius lib. 3. c. 11, & Sychardus in ſuo Mitrali M.S. de Reſponſorio Graduali Miſſæ: id quod æque atque in Reſponſoriis cæteris locum habet. Cum autem iidem Authores dicunt Reſponſorium Gradale poſt Verſum iterum a Præcentore inchoandum, id ſane dicunt ex more tum temporis recepto: rectius namque juxta priſcam Reſponſorii cantus

(1) *Concil. Tolet.* IV, *an.* 633 *celebrati hæc ſunt verba canonis* IV: In fine pſalmorum, non ſicut a quibuſdam hucuſque, *Gloria Patri*, ſed *Gloria & honor Patri* dicatur, Duvid propheta dicente: *Afferte Domino gloriam & honorem*: & Joannes Evangeliſta in Apocelypſi: *Audivi vocem cæleſtis exercitus dicentem: Honor & gloria Deo noſtro ſedenti in throno*: ac per hoc hæc duo ſic oportet in terris dici, ſicut in cælis reſonant. Univerſis igitur Eccleſiaſticis hanc obſervantiam damus; quam quiſquis præterierit, communionis jacturam habebit.

(2) *Illud moris ſæculo ſaltem* XII *a Mediolanenſi Eccleſia ſervatum fuiſſe apparet ex prælaudato Beroldi Ordine not.* (2) *pag.* 111, *apud quem uni non pluribus Reſponſorii cantandi officium committitur: Sic pag.* 876 Noterius etiam Reſponſorium in quid gloriaris..... Secundicerius ſemper canit Reſponſorium Domine exaudi..... *pag.* 885, in prima Hebdomada ſi Reſponſorium habetur Lector cenit juſſu Primicerii ſui. *pag.* 887, unus duorum minorum Cuſtodum hebdomadariorum dicit Reſponſorium &c.

(3) *Benedictus Canonicus apud Mabill. tom.* II *Muſ. Ital. de Officio primæ Dominicæ Adventus de iis, quorum munus eſt Reſponſoria cancre, ait pag.* 120 1 Prior & ſecundus cantant reſponſorium primum ante altare cum omnibus verſibus & repetendis uſque ad finem. Tertius & quertus ſecundum reſponſorium ſicut prius. Quintus & ſextus tertium reſponſorium. *Vide infra, ſi tamen lubeat, & Antiphon. Baſil. Vatic. pag.* 18 *col.* 2.

cantus rationem a toto ſimul Choro repeti debet Reſponſorium ab initio ad finem uſque: conſule eumdem Amalarium de ord. Antiphonarii cap. 18.

Præcentores Reſponſoriorum in Eccleſia Romana ex eo erant Collegio, quod Scholam Cantorum antiqui appellabant; ad quam utique univerſum Eccleſiaſticæ cantilenæ officium pertinebat: quod quidem officii S. Gregorius Magnus Presbyteris interdixit ac Diaconibus, totumque hoc negotium perſolvi voluit a Subdiaconis vel inferioribus Clericis, cap. *In ſancta Romana, diſt.* 92, & Epiſt. 31 lib. 12, ubi idem ſanctiſſimus Pontifex tamquam proprium minorum Clericorum munus edixit, [1] ut canendis Pſalmis invigilarent. Ob eam igitur cauſam Schola olim Cantorum in Eccleſia Romana ex ſolis Subdiaconis conſtabat: vide Card. Baronium ad Annum Domini MLVII. aſſumebant tamen illi ad pſalmodiæ adjumentum pueros Paraphoniſtas, quos Pſalmiſtas etiam dictos fuiſſe ſacri Canones oſtendunt. His porro Paraphoniſtis ſive Pſalmiſtis (ubi Cantorum Schola conſtituta non erat) demandatum legimus decantandorum munus Reſponſoriorum, ut ex S. Iſidoro dicitur cap. *Perlectis, diſt.* 25. *Ad Pſalmiſtam pertinet officium canendi, dicere..... Reſponſoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiam.* Sychardus in ſuo Mitrali aſſerit in Miſſa Reſponſorium Graduale a junioribus, *Alleluja* vero ab adultioribus modulandum eſſe Cantoribus. At hæc quidem ſatis ſecundum antiquiores ritus: vide etiam quæ ſupra diximus pag. x de Præcentore Pſalmi Reſponſorii, in cujus poſtea locum brevius Reſponſorium Graduale ſucceſſit. Cæterum non me præterit Mediolanenſis Eccleſiæ ritus, quo aliquando Lectori, vel Subdiacono, ſive Archidiacono, aut Presbytero Reſponſorium adſcribitur; ſed an hoc plane modo [2] priſcis etiam temporibus ea in Eccleſia id fuerit actitatum, res eſt mihi adhuc obſcura.

Cum plura aliquo in Officio ſunt Reſponſoria modulanda, ut fit in nocturnis Vigiliis, is videtur ordo ſervandus, ut ab antiquioribus ducto exordio, ad juniores deſcendendo deveniatur; ita ut priora prioribus, poſte-

(1) *Gregorii Magni ea de re teſtimonium ex diſtinct.* XCII, *vel Epiſt.* XLIV *lib.* IV *ſupra retulimus pag.* x *not.* (2) *Alterum vero quod hoc loco laudatur ex Epiſt.* XXXI *lib.* XII *legitur in reſponſione ad ſecundam Auguſtini Anglorum Epiſcopi interrogationem, apud Guſſanvill. tom.* II, *col.* 1126.

(2) *Ex prælaudato pag.* III *not.* (2) *Bereldi Ordine colligitur ſeculo* XII *in mortuis Eccleſiæ Mediolanenſis fuiſſe, ut etiam Diaconi, & Presbyteri aliquando reſponſoria canerent.* Diaconus hebdomadarius, *inquit idem Ordo col.* 886, canit reſponſorium in Baptiſterio. *col.* 887, tunc major Diaconus vadit ad cornu Altaris, & cantat reſponſorium ad cornu Altaris..... alter vero Diaconus ſubſequitur ad aliud reſponſorium: tertius ad tertium ſimili modo. *col.* 889, ſecundum reſponſorium cantat Presbyter juſſu Archipresbyteri ſui. *col.* 892, poſtea canit Archidiaconus indutus pluviali reſponſorium. *Ad hæc & Archiepiſcopum Sabato Sancto decantaſſe reſponſorium his verbis tradit col.* 898 *idem Beroldus, dum ait:* Sequitur Dominus vobiſcum & reſponſorium, quod Archiepiſcopus debet cantare excelſa voce ad cornu Altaris. *Demum idem muneris Lectori deſtinatum fuiſſe non fuiſſe liquet quod col.* 905 *legatur:* deinde Notarius legit ſecundam Lectionem, & Lector reſponſorium. *Verum hæc ad rem ſatis.*

posteriora posterioribus præcinenda tradantur. Quem ordinem discimus ex Antiphonario Vaticanæ Basilicæ pag. 18; olim namque a singulis sigillatim Responsoria decantabantur Cantoribus, non omnia ab uno vel duobus dumtaxat, ut hoc tempore facimus.

Restat nunc inquirere de ejusmodi Præcentoris habitu sive indumento. Omnes antiquitus singulique cujusque gradus Clerici in Ecclesiasticis officiis (1) iisdem utebantur indumentis, amictu scilicet, alba, cingulo, atque planeta sine casula, assumpto præterea orario sive stola a Diaconibus, Presbyteris & Episcopis: ea porro planeta non serica, sed lanea, obscurique coloris erat, violacei scilicet vel punicei sive castanei, ut ex vetustis in Urbe musivis aliisque antiquis monumentis est exploratum. Retinent nunc usque ex parte aliis quamvis nominibus ea indumenta Ecclesiæ Romanæ Cardinales, sicuti & aliarum Ecclesiarum Episcopi, imo & Basilicarum Urbis Canonici tempore brumali: utuntur enim breviore camisia, sive alba quam Rocchettum nuncupant, & insuper cappa lanea ex camelotto coloris frequentius violacei. Hæc autem Cappa vetus est planeta, vestimentum videlicet amplum atque rotundum undique clausum, quod super brachia sæpius replicatum deferunt, ut olim antiqui planetam super brachia levabant. Caputium pellibus subsutum hodiernæ cappæ imponitur; idque ad formam antiquæ planetæ, quæ parvum item caputium habebat, ut ex Rabano discimus vetustisque picturis. Revocato nunc calamo ad Responsorii Præcentorem, dicimus toties planetam deponere consuevisse Cantorem, quoties Responsorium aliquod decantaturus erat. Amalar. lib. 3 cap. 15. *Ministri Casula se exuunt, quando Lectoris sive Cantoris officium assumunt.* & infra, *Albam sine Casula portat Lector seu Cantor in singulari officio*, hoc est, cum solus aliquid legit vel cantat: videsis etiam cap. 4, & lib. 2. cap. 19. Ex his colligimus solum Responsorii Præcentorem in sola Alba stetisse, cæteris in Choro Cantoribus suas planetas retinentibus.

Reliquum est ut locum investigemus, ubi Responsoria cantari debeant. Equidem in Missa locus erat Præcentoris Ambonis gradus, unde factum est ut Responsorium, quod in Missa dicitur, appellationem acceperit Responsorii Gradualis, etsi alii perperam aliter senserint. Habent Ambrosiani Responsoria Gradualia extra Missam in certis officiis, ut & Re-

(1) *Hæc dum scripsit Ven. Thomasius ad antiquiores Ecclesiæ ritus certe respexit; sequiori quandoquidem tempore illud obtinuit, quod Vir in hisce rebus æstimandis ingenii prorsus subacti pluribus evincit Clariss. Card. Bona Rerum Liturgic. lib. I, cap. XXIV, num. XVII & sequentibus aliis, quoque factum novimus, & ad nostra usque tempora deductum, ut* Ministris rem divinam solemni ritu facienti assistentibus, Presbyteris videlicet, Diaconis, Subdiaconis, & Clericis specialia quoque indumenta assignata sint.

& Reſponſoria *in Baptiſterio*; quod ſcilicet cantari olim conſueviſſent in Ambonis gradu, vel in Baptiſterio. In cæteris Officiis nocturnis atque diurnis qui Reſponſorium præcinebat, ipſum quidem modulabatur ſtans erectus, ut inquit Amalarius de ord. Antiphon. cap. 1. *Surgit Cantor a ſede & exaltat vocem in Reſponſorio*: cantabant autem non loco eminentiori, hoc eſt in Ambonis gradu ut in Miſſa (cum Reſponſoria Gradualia Eccleſia Romana nuſquam habeat extra Dominica Solemnia), in cujus rei fidem ſatis fuerit evocaſſe Agobardum Epiſcopum Lugdunenſem, qui in libro de correctione Antiphonarii, Amalarium reprehendens, ſcribit: *Conſiderentur etiam verba alterius Reſponſorii; quod quaſi de myſterio Nativitatis Chriſti compoſitum, CONTRA. MOREM. NOCTURNI. OFFICII ab eminentiori loco pompatice concrepabat*. In Choro itaque ſtare debet Reſponſorii Præcentor; nec dubium eſſe poteſt quod in medio, ut priſcis temporibus fiebat a Præcentore Reſponſorii Pſalmi, Euſebio teſte ex interpretatione Rufini Presbyteri loco ſupra laudato: argumento inſuper vel hinc deſumpto, quod Chorus uterque Præcentori reſponſurus repetitione Reſponſorii, in medium procederet Chorum, ex binis claſſibus unico efformato cœtu ſuccinentium. Hanc regulam firmat exceptio illa, quam in Antiphonario Vaticano legimus pag. 88 de Reſponſoriis in triduo majoris Hebdomadæ, modulandis ſcilicet per choros, non procedentibus in Chori medium ſuccentoribus; illo enim triduo unus ex una parte Chorus ſuccinebat loco ſuo Præcentori unius Reſponſorii ſuorumque verſuum, in eadem item parte & non in medio Choro conſiſtenti; & alter ex altera parte Chorus, alii Reſponſorio reſpondebat: ſicque viciſſim commutato ordine hic illicque utrique Chori Reſponſoria cantabant. Verum (ne quid prætereamus antiquioris conſuetudinis) ex S. Benedicti Regula colligi poſſe videtur ſuccentores Reſponſoriorum, ſedentes in locis ſuis conſueviſſe repetere Reſponſoria, cum ad finem dumtaxat tertii Reſponſorii cujuſque Nocturni, quando ℣. *Gloria Patri* dicitur, cunctos conſurgere præcipiat, ad priſcum nimirum modum uſurpatum in Pſalmis Reſponſoriis; qui Præcentore ſtante, cæteriſque ſuccentoribus ſedentibus, modulabantur ex Euſebio hiſt. Eccl. lib. 2. c. 17 ex interpretatione Rufini, & Caſſiano de inſtitutis Renunciantium lib. 3 cap. 8.

## *De Antiphonis.*

Antiphona græcum eſt vocabulum ex propoſitione ac nomine conflatum: *phone* namque vocem, propoſitio autem *anti* oppoſitionem, viciſſi-

viciſſitudinemque ſignificat. Hinc Antiphona, vox intelligitur reciproca; ſic cum montium concava vocem aliquam reſonant ab aliquo prius editam, græce antiphonizin, ſive ut ita dicam, antiphonare dicuntur.

Quamvis vocabuli notione inſpecta, vocum oppoſitionem importare videatur Antiphona, apud Eccleſiaſticos tamen ſcriptores pro ea tantum vocum reciprocatione accipitur, qua bini Cantorum Chori cantum alternant, ita ut Chorus Choro reſpondeat; cum contra in Reſponſorio cantu Chorus plurium uni tantum Cantori ſuccinat.

In veteri Teſtamento ex Davidica inſtitutione Levitæ in tres Choros diſtributi canebant coram Tabernaculo Teſtimonii: ſtabant autem juxta ordinem ſuum in miniſterio. Chorus medius Levitarum erat Caathitarum ſub Cantore Heman; Chorus dexter Levitarum Gerſonitarum, ſub Cantore Aſaph; Chorus vero ſiniſter Levitarum Meraritarum ſub Cantore Ethan. 1 Paralipom. cap.6: eos autem per choros decantaſſe ac ſibi invicem reſpondiſſe nulli dubium eſſe poteſt.

Apud Chriſtianos alternus Pſalmorum cantus per duos choros ſerius eſt introductus; antiquiſſimis namque temporibus, ut ex Euſebio lib.2 c.17 Hiſtoriæ apparet, uſus erat illis frequentior Pſalmos reſponſorios canere, Choro ſcilicet reſpondente uni Præcentori. Primi qui Pſalmos binis Choris concinendos inſtituere, fuerunt Flavianus & Diodorus, S. Athanaſio æquales. *Iſti namque primi* (ut ſcribit Theodoretus Epiſcopus Cyri apud Hiſtoriam Tripartitam lib.5 cap.32) *in duas partes Choros Pſallentium dividentes, ex ſucceſſione Davidicam melodiam cantare docuerunt; & hoc in Antiochia primitus fieri cœpit, & diſperſum, ad terminos totius Orbis uſque pervenit.* Vide S. Baſilium Epiſt. ad Clericos Neocæſarienſes, Sidonium lib.5 epiſt.17, Caſſiodorum in Pſalm. XXXIII ℣. 3, & alios paſſim.

Sub ejuſmodi alterni cantus genere is maxime Eccleſiaſtico ritu comprehenditur, quo alternant quidem Chori melodiam, non unum tamen eumdemque Pſalmum, vel Canticum ex ſucceſſione concinunt: ſed unus quidem Chorus Pſalmi alicujus verſus modulatur; alter vero aliquid aliud præter ipſum Pſalmum vel Canticum, per verſus ſingulos intercinit. Hoc porro quod ſæpius repetitur ab altero Choro, generali uſu Eccleſiæ Antiphona apud Latinos, apud Græcos autem Troparium Antiphoni appellatur. Eſt igitur in hac ſignificatione Antiphona, canticum aliquod contractius breviuſque, ſive verborum juſta complexio, ſeu intercalaris ſententia, quam Chorus Choro alteri pſallenti reſpondens intercinit. Quo de genere Antiphonarum loquitur Socrates lib.6 cap.8

non de Pſalmorum alterno concentu, quem Flavianus & Diodorus inſtituere primi, ut ſupra vidimus ex Theodoreto. Qui quam ſæeillime Socrati conciliatur prædicta ratione, quam ſibi conciliationem expetebat afferri vir doctus Petrus Guſſanvillæus Presbyter in Præfatione ad Antiphonarium S. Gregorii: ſic autem ſcribit Socrates ex veteri interpretatione Epiphanii Scholaſtici Hiſt. Tripar. lib. 10 cap. 9. *Dicendum tamen eſt, unde ſumpſit initium ut in Eccleſia Antiphonæ decantentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ tertius poſt Apoſtolum Petrum Epiſcopus, qui etiam cum ipſis degebat Apoſtolis, vidit Angelorum viſionem, quomodo per Antiphonas Sanctæ Trinitati dicebant hymnos. Iſque modum viſionis, Antiochenæ tradidiſſe probatur Eccleſiæ; & ex hoc ad cunctas tranſivit Eccleſias.* Socratem autem Antiphonæ appellatione hymnum aliquem compoſitum alterne reſonantem intellexiſſe, argumento eſſe poteſt, quod quæ de S. Ignatio narrat, ejus fuiſſe generis indicet, ac cæterarum Antiphonarum ab Arianis primum Conſtantinopoli uſurpatarum, & a S. Johanne Chryſoſtomo viciſſim poſtea inter Catholicos inſtitutarum. Ariani enim ſuas Antiphonas ex Ariano dogmate compoſitas decantabant; frequenterque hanc impie decantabant: *Ubi ſunt qui dicunt trina virtute unum?* Catholicorum contra Antiphonæ, hymni erant Homouſion prædicantes: vide cap. 8 Hiſtoriæ Tripartitæ.

S. Ambroſius primus inſtituit Antiphonas in Eccleſia Mediolanenſi; inquit enim Paulinus in ejus vita. *Hoc in tempore primo Antiphonæ, hymni & Vigiliæ in Eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt; cujus celebritatis devotio uſque in hodiernum diem, non ſolum in eadem Eccleſia, verum per omnes pene provincias Occidentis manet:* quod S. Auguſtinus confirmat lib. 9 Confeſſ. c. 7. *Tunc hymni & Pſalmi ut canerentur, ſecundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabeſceret, inſtitutum eſt.* Quibus ſententiis eam vim eſse arbitror, ut non ſolum Pſalmi alternis cantarentur, verum & hymni aliquot ſive eclogæ ſacrarum cantionum, alterno concentu reſponderentur. Nam hymni eo loco non veniunt ea ſacra carmina, quibus authore præcipue Ambroſio hodie utimur; eorum enim uſus nullus eſt apud Orientales eo modo, quo uſurpantur a noſtris Occidentalibus: quare hymnorum nomine, cenſeo accipiendas eſse ſacras illas cantiunculas, quas Paulinus antea Antiphonas appellaverat; itaut priori vocabulo canendi modum, poſteriori vero id quod cantabatur, explanaverit.

Antiphonarum uſum Eccleſia Romana (quantum ex antiquis Scriptoribus haberi poteſt) S. Cæleſtino Papæ acceptum refert: vide eruditiſs. Henſchenium in Actis Sanctorum to. 1 Aprilis die 6, pag. 544. ſemel autem

acceptum

acceptum conſtanter retinuit, ut ex libro Diurno Romanorum Pontificum tit.7, & Antiphonariis S. Gregorii tum Miſſæ tum Officiorum plane docemur. De Antiphonarum uſu apud cæteras Occidentis Eccleſias conſulenda ſunt variarum Concilia vetera nationum, conſtitutioneſque antiquæ Monachorum: properandum eſt enim ut id proſequamur, quod Eccleſiaſticarum rerum Scriptores minus clare pertractarunt, quam par erat, circumſtantias, inquam, Antiphonarum, modum ſcilicet ritumque illarum in Eccleſia concinendarum.

Antiphona itaque, ut dicebamus, eſt verſus aliquis ſive ſententia intercalaris, quæ una cum Pſalmi Canticive verſibus ſive aliquot ſive omnino omnibus, decantatur intercalari concentu, eodem prorſus ordine quo Eccleſiaſtica Reſponſoria cantantur: cum ea ratione a Reſponſorio Antiphona differat, quod in Reſponſoriis Chorus uni Cantori reſpondeat, in Antiphonis vero Chorus unus alteri Choro ſuccinat; & in Reſponſorio quidem unus Cantor verſus intercinat, intercalante ſemper Choro Reſponſorium; in Antiphona vero Chorus alter concinat Verſus, altero Choro Antiphonam reciprocante. Rhabanus de inſtitut. Clericorum lib.1 c.33. *Inter Reſponſoria & Antiphonas hoc differt, quod in Reſponſoriis unus dicat verſum, in Antiphonis autem alternent verſibus Chori.* Id quod luculentius patebit, ſi per partes exactius rem totam explicaverimus.

Igitur Antiphona ſive aliquos tantum ſive omnes totius alicujus Pſalmi vel Cantici verſus habeat, in ipſa ſui ipſius prima impoſitione tota ſemper modulanda eſt, nullo habito diſcrimine dierum feſtorum, ſive quotidianorum, ſeu Horarum majorum vel minorum.

Patet id de Antiphonis quæ aliquos habent verſus, ex Antiphonario Miſſæ. Antiphonæ enim ad Introitum Miſſæ, ad Offertorium & Communionem, quæ in Antiquis Antiphonariis plures habent Verſus, integræ ſemper in initio cantabantur; adnotantur enim repetitiones earum Antiphonarum in M.SS. Antiphonariis poſt ſingulos Verſus; id quod clare demonſtrat, illas ante Verſus integras fuiſſe cantatas: quem ritum retinemus ex parte etiam nunc; ſemper namque integram dicimus Antiphonam ad Introitum Miſſæ ante primum verſum Pſalmi, ut integram item repetimus poſt *Gloria Patri*. In Breviario Mozarabico frequenter occurrunt hujuſmodi Antiphonæ cum aliquibus Verſibus, ad quos ſingulos repetitiones indicantur Antiphonæ præpoſitæ: dabimus hic exempla ex feſto Natalis Domini.

*Antiphona.*

*Ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat: * quando cælos præparabat, aderam; dum vallaret mari terminos, & legem poneret aquis, ego eram.*

℣. *Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam.*

*Quando cælos præparabat.*

*Antipbona.*

*Suſcitabit Dominus cæli, Regem, qui in æternum non commovebitur; * & regnum ejus populo alteri non dabitur: percutiet & conteret univerſa regna, & ipſum ſolum ſtabit in æternum.*

℣. *In ſua juſtitia judicabit pauperes populi, & ſalvos faciet filios pauperum; & humiliabit calumniatorem.*

*Et regnum ejus populo alteri non dabitur.*

℣. *Gloria & honor Patri & Filio &c.*

*Et regnum.*

In Breviario item Ambroſiano retinetur vetus mos in iis Antiphonis, quas *Pſallendas* appellant; ſic enim, exempli gratia, Dominica I Adventus ad Veſperas ponitur hæc Antiphona.

*Pſallenda I.*

*Qui emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo ejus.*

[℣.] *Gloria Patri.* [℟.] *Sicut erat.*

*Iterum. Qui emittit.*

Hoc modo *Pſallendæ* omnes cantantur in Mediolanenſi Eccleſia.

Apud Orientales Eccleſias (unde ad nos immigravit Antiphonarum uſus) in Antiphono prima periodus integra ſemper dicitur ante Verſus, ut in Liturgia S. Johannis Chryſoſtomi apud Goar in Euchologio pag. 104.

*Antiphonum I.*

*Exclamatio* [unius] *Chori.*

*Bonum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime.*

*Idem*

*Idem in altera Chori parte canitur.*

*Interceſſionibus ſanctiſſimæ Deiparæ, Salvator ſalva nos.*

*Ad annuntiandum mane miſericordiam tuam & veritatem tuam omnibus diebus noſtris.*

*Interceſſionibus Deiparæ, Salvator ſalva nos.*

*Quoniam rectus Dominus Deus noſter, & nunc eſt in juſtitia facies ejus.*

*Interceſſionibus Deiparæ, Salvator ſalva nos.*

Sed de his Antiphonis, quæ aliquos tantum Verſus habent, nullam puto remanere apud lectorem dubitationem, quin olim integræ ante ſuos Verſus cantarentur.

Reſtat nunc diſcutiendum utrum etiam quando cum Pſalmo vel Cantico dicebatur Antiphona, integra item ante Pſalmum vel Canticum cantaretur ſemper, nec ne. Ut præſentium temporum mores ab antiquis plurimum diſcrepant, ita & ab antiquorum ſimplicitate non parum diſcedunt: illi vix ſcriptis conſignabant quæ actitabant; nos contra immenſis voluminibus res noſtras exponimus; inde factum eſt, ut veteres ritus moreſque pene nobis hodie ſint incogniti: prudens itaque lector contentus ſit veluti per prætereuntium veſtigia, eorum qui nobis per longa tempora præceſſerunt, inſtituta ſcrutari. Exploratum ſane apud me eſt, omnes antiquitus Antiphonas integras fuiſſe decantatas ante Pſalmos vel Cantica, tum feſtis diebus tum quotidianis, & in Officiis majoribus Vigiliarum, Matutini ac Veſperæ, & in minoribus Horæ I, III, VI, IX, & Completorii; in quibus tamen Horis minoribus ſoli tantum Monachi olim admittebant Antiphonas. Id adſtruere videtur Amalarius lib.4 cap.7 inquiens: *Antiphona dicitur vox reciproca. Antiphona inchoatur ab uno unius Chori, & ad ejus SYMPHONIAM Pſalmus cantatur per duos Choros; ipſa enim, ideſt Antiphona, conjunguntur ſimul duo Chori.* Quibus in verbis ſatis indicatur integram concinendam eſſe Antiphonam ante Pſalmum, *Symphonia* enim eſt plurium concentus: itaque ob Antiphonam ab uno Cantore tantummodo inchoatam, recte dici non potuiſſet, ad Antiphonæ *ſymphoniam* Pſalmum decantari. Accedit quod cum Pſalmus decantari debeat ad Tonum Antiphonæ, quonam pacto, quæſo, ad Antiphonæ Tonum potuiſſet cantari Pſalmus, ſi ipſamet Antiphona tota in ſuo perfecte modulata Tono, non præceſſiſſet? quin e contrario, ſi Pſalmum Antiphona conſecuta fuiſſet, dici potius debuiſset, ad Tonum Pſalmi Antiphonam decantari. Idem Amalarius lib. de Ordine Antiphonarii cap. 3 aperte aſſerit in Feriali Nocturno Officio Choros viciſſim

viciſſim (1) per ſingulos Pſalmorum verſus Antiphonam repetere; id quod aperte ſignificat jam ante Pſalmos in Feriali Officio integram Antiphonam dictam fuiſſe; nihil enim reperitur, niſi quod eſt antea prædictum. Ad hæc nullum elucet argumentum in antiquioribus Eccleſiaſticis libris, quo exordium dumtaxat Antiphonæ ante Pſalmos pronuntiatum fuiſſe arbitremur: imo contrariam ſententiam vel hinc adſtrueremus, quod nimirum nullum apud antiquiores ſit diſcrimen allatum inter Antiphonam ad Invitatorium & Antiphonas cæteras; ut ergo Antiphona Invitatorii ſemper tota dicebatur ante Pſalmum *Venite*, ſic cæteræ integræ item dicebantur ante Pſalmos reliquos. Nec minimum præterea extat apud Veteres veſtigium ejus diſcriminis, ut diebus celebrioribus integræ Antiphonæ dicantur ante Pſalmos, ſecus vero quotidianis: in antiquis enim Antiphonariis, diebus Dominicis per annum, cæteriſque Feriis, cum Antiphona confecta eſt ex ipſius quem præcedit, Pſalmi exordio, adnotatur ſub Antiphona Pſalmus inchoandus iis verbis, quæ proxime ſequuntur ea verba, quæ ſimul initium ſunt Pſalmi & Antiphonæ. Si in Feriis Antiphona ſolum inchoabatur, oportebat certe Pſalmum inchoari per verba inchoationem ſubſequentia, non per ea quæ integram Antiphonam excipiunt; quapropter dicendum videtur etiam in Feriis Antiphonam ipſam totam Pſalmo fuiſſe præcentam: exempla habentur in Antiphonario hoc noſtro Vaticano pag. 52. Die Dominico. *Antiphona. Confitebor tibi Domine in toto corde meo. Pſalm. In conſilio.* pag. 53. Fer. II. *Antiph. Miſerere mei Deus.* [*Pſalm.*] *Secundum. Ant. Benedictus Dominus, quia viſitavit & liberavit nos.* [*Canticum*] *& fecit* [*redemptionem*] pag. 53; ubi animadvertere licet quam inepte copulata fuiſſent verba Cantici, *Et fecit*, unico exordio Antiphonæ *Benedictus Dominus*, niſi tota anteceſſiſſet Antiphona: item pag. 54 *Antiph. Credidi, propter quod locutus ſum. Pſalm. Ego autem.* ibidem; Feria III. *Antiph. Magnus Dominus & laudabilis nimis.* [*Pſal.*] *In civitate. Ant. Deus deorum Dominus locutus eſt.* [*Pſal.*] *Et vocavit.* Pag. 55 *Ant. Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi. Pſal. In domum.* Pag. 56 Feria IV. *Nonne Deo ſubdita erit anima mea?* [*Pſal.*] *Ab ipſo enim.* Reliqua exempla lector ipſe facile deprehendet. Antequam diſcrimen Officii duplicis vel ſemiduplicis fuiſſet inventum, inter Officia ſolemnia vel ferialia, in concinendis Antiphonis diverſitas nulla erat; indi-

(1) *Eam obſervationem omnium primum feciſſe Ven. Thomaſium teſtatur Vir in hiſce rebus dijudicandis Clariſſ. Mabillon. in Itin. Ital. Muſ. tom. I, pag. qua penes me eſt* 132. *Eximii hujus Viri teſtimonium a nobis jam repræſentatum videſis ſuperiori pag.* XXII. *not.* (1).

indiſcriminatim enim integræ præmittebantur Antiphonæ Pſalmis; nec uſpiam invenitur in priſcis Ritualibus ut ſola Antiphonarum exordia Pſalmos præcedant. Quod ſi quis contendat, quod haud raro in vetuſtioribus ſcriptis occurrat, ut ante Pſalmum Cantor imponat Antiphonam, id nihil officere dicimus, quin etiam favere: ſi Cantor, inquam Antiphonam imponebat, eam utique Chorus illico perficiebat; quorſum enim illa obtruncata tantum verba prolata, quæ neque ſententiam aliquam redderent, nec in cantilena Tonum aliquem demonſtrarent? quod ſane ſi in veteri uſu fuiſſet, Amalarius ſuo more myſticis ſenſibus adaptare non omiſiſſet. Cæterum ipſe Amalarius cap. 1 de Ordine Antiphonarii dicit Cantorem inchoare Antiphonam Invitatoriam, quæ tamen omnium Eccleſiarum uſu adhuc retento integra dicitur ante Pſal. *Venite*. Apud S. Gregorium lib. 4, c. 35 Dialogorum invenitur mentio de impoſitione Antiphonæ, quam etiam integram fuiſſe dictam ante Pſalmodiam, nulli dubium eſſe poteſt; ſcribit enim de quodam Johanne jamjam morituro. *Vocatis fratribus coram ſe, pſallere præcepit, quibus tamen Antiphonam ipſe per ſemetipſum impoſuit, dicens: Aperite mihi portas juſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino; hæc porta Domini, juſti introibunt per eam. Cumque coram eo aſſiſtentes fratres pſallerent &c.* In ritu veteri Hiſpanico, quem Mozarabicum appellant, Antiphonæ omnes, quæ cum Pſalmo vel Cantico dicuntur, integræ ſemper præſcribuntur ante Pſalmum: exempli cauſa, in Officio Auroræ, quod ante Primam recitatur tantum in diebus feriis per annum, hæc ſcribuntur.

*Ant. Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me feſtina. Pſal. LXIX. Deus in adjutorium &c. Gloria & honor. Pſal. CXVIII, Beati immaculati &c. Gloria & honor. In quo corrigit junior viam ſuam &c. Gloria & honor. Retribue ſervo tuo &c. Reiteratur Antiphona. Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me feſtina.* Eodem modo in toto Breviario Mozarabico ſemper integra Antiphona præſcribitur ante Pſalmos & Cantica etiam in Feriis.

Porro Antiphonam ad initium Pſalmi vel Cantici, ſive ante ſuos Verſus (ſi cum Pſalmo vel Cantico non dicebatur) non ſemel tantum, verum & bis olim conſueviſſe cantari, mihi plane perſuadeo; aut certe, in ea decantanda ante Pſalmum vel Verſus, ab uno Choro priorem mediam Antiphonæ partem cani, poſtremamque ejuſdem Antiphonæ partem ab altero Choro perfici conſueviſſe arbitror omnino.

Quod bis, ſemel ab uno, & iterum ab alio Choro olim Antiphonæ dicerentur ante Pſalmum, probare poſſunt antiquorum dicta, qui Antiphonarum

phonarum a Reſponſoriis diſcrimen, niſi in modo cantandi non agnoſcebant: germana porro Reſponſoria modulandi ratio poſtulat, ut bis dicatur ℟. ante Verſus, ſemel ab uno Cantore, & iterum a Choro toto: pari itaque modo Antiphonarum germanus ritus exigit, ut bis a duobus Choris alterne decantetur. Hunc morem geminatæ Antiphonæ ante Pſalmum ex parte retinemus in Invitatorio, quod (ut ſupra diximus) Antiphona eſt æque ac cæteræ Antiphonæ; ſicut ergo Invitatoria Antiphona ante ſuum Pſalmum geminatur, ita geminandæ ſunt & Antiphonæ reliquæ ante ſuos Pſalmos. In Breviario Mozarabico eſt quid ſimile in Antiphona ad Primam, quæ dici debet per totum annum, hoc modo.

*Antiphona. Prævenerunt oculi mei Deus ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.*

*II. Prævenerunt.*

*Gloria & honor &c.*

*III. Prævenerunt.*

[ ſequuntur mox Pſalmi, in quorum fine dicitur: ] *Gloria & honor*; ſtatimque ſequitur.

*Ant. Prævenerunt oculi mei Deus ad te diluculo, ut meditarer eloquia tua.*

Probari id adhuc poteſt ex his, quæ conſequenter dicturi ſumus de repetitione Antiphonæ ad ſingulos Pſalmorum verſus: concinnius enim fiet hæc repetitio ab eodem ſemper Choro, ſi Chorus idem integram iteraverit Antiphonam ante Pſalmum; nempe ut totum id repetat ad ſingulos Pſalmi verſus, quod in principio totum & non ex parte tantum poſtrema dixerat: id quod ſubjecto exemplo explanatum volumus.

Primus Chorus. Ant. *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

Secundus Chorus. Ant. *Dominus dixit ad me: Filius meus &c.*

Primus Chorus. Pſal. *Quare fremuerunt . . . . . inania.*

Secundus Chorus. Ant. *Dominus dixit ad me: Filius meus &c.*

Primus Chorus. Pſal. *Aſtiterunt reges terræ . . . . . Chriſtum ejus.*

Secundus Chorus. Ant. *Dominus dixit ad me: Filius meus &c.*

Sicque deinceps uſque ad finem; ubi pulcherrima ipſa ratio in alternando Antiphonam perfecte ſervatur; dum Chorus ſecundus ita integram ſemper repetit Antiphonam inter Verſus, ut integram antea repetierat in principio. Huic ſententiæ ſe videtur ſubſcribere Didacus Ximenes Arias Ordinis Prædicatorum in ſuo Lexico Eccleſiaſtico Hiſpanice edito; ubi de Antiphona dicit, quod ſit *Vox reciproca duobus Choris alternatim canenti-*

*canentibus. Es quando cantan à Choros ; como en las dançasy fólias, que lo que uno Choro canta, repite el otro.*

Hic mihi videtur germanus modus Antiphonæ reſpondendæ, ſive repetendæ ante Verſus vel Pſalmum : vide etiam Antiphona Orientalium Eccleſiarum in Græcis libris, quæ ſemper bis dicunt primam Antiphoni periodum ſive verſiculum.

Cæterum quibus non arridet hæc Antiphonæ congeminatio, id admittere neceſſe habent, ut vel ſemel integra dici debeat ante Pſalmum, ea ratione (quam puto poſterioribus temporibus frequentatam) ut ſcilicet biſariam diſpertito Antiphonæ concentu, ejuſdem pars una ab uno, altera ab altero Choro dicatur, ſicque ſibi invicem Chori reſpondeant. Amalar. lib.4 cap.7. *Ipſa Antiphona conjunguntur ſimul duo Chori . . . . . duobus Choris alternatur Antiphona, quoniam non poteſt minus eſſe charitas quam inter duos . . . hos duos Choros deſignaverunt pennæ animalium invicem porrectæ, quas vidit Ezechiel . . . . conjunctio duarum pennarum, Antiphona eſt, quæ vicem tenet charitatis.* Hanc reſponſionem utriuſque Chori in una eademque Antiphona retinebant Clerici Romani in ſolemnioribus Feſtis Sæculo XII, ſicut in Antiphonario Vaticano hic pag.47, in Epiphania habetur. *Hodie ad omnes Antiphonas reſpondemus* : & in feſto S. Petri, pag.121. *Ad omnes Antiphonas Vigiliæ reſpondemus* : & clarius pag.37. *In Nocte Natalis Domini ad omnes Antiphonas Vigiliæ Chorus Choro reſpondet ; & ſic omnes Antiphonas cantamus ante Pſalmos, & infra Pſalmos ubi inveniuntur, & in fine Pſalmorum, & poſt Gloria Patri, & poſt Sicut erat.* Quid vero ſit Chorum Choro reſpondere, videtur explicandum ex alio loco pag.39. *Finitis Lectionibus, quinque vel ſex de Canonicis induti pluvialibus, in medio Chori ſimul cantent Antiphonam, Ecce Maria genuit, uſque ad MEDIAM ; & uterque Chorus RESPONDET, Ecce Agnus Dei.* Reſponderi itaque Antiphonam, eſt illam partim ab aliquibus cani, partimque ab aliis; verum in ea Antiphona *Ecce Maria*, ritu ſpeciali uterque Chorus reſpondebat ſolis quinque vel ſex Canonicis; in reliquis autem Antiphonis ut pag.37, Chorus Choro reſpondebat, ſed eodem modo : ſic pariter peculiari quadam ratione aliter reſpondebatur Antiphona intra Pſalmum ; quando ſcilicet Antiphona excerpta erat ex aliquo Pſalmi verſu, ut eadem pag. ſic dicitur. *Sed Chorus cujus eſt verſus* (cui ſcilicet ex ordine cantandus contingit) *infra Pſalmum, qui* verſus ſimul etiam *eſt Antiphona, incipit Antiphonam ; alter* Chorus *reſpondet, &* Chorus *qui incœpit* Antiphonam, *finit eam* ; ut ſcilicet reſiduum verſus unde decerpta eſt Antiphona, idem Chorus compleat, qui illum incœperat. Adnotandum tamen mihi videtur hujuſ-

modi reſponſionem duorum Chororum in una eademque Antiphona, juxta antiquam inſtitutionem rectius fieri debere in principio tantum Cantici, vel ad ſummum in fine poſt ℣. *Sicut erat* : nam intra Pſalmum tota ab altero Chororum eſt canenda, ita ut uni Choro verſus cantanti, alter Antiphonam reſpondendo intercinat, ut in Collationibus Eccleſiaſticis Diœceſis Rupellenſis Gallice conſcriptis moris eſſe dicitur aliquarum Eccleſiarum, ut in fine Pſalmi Antiphona repetatur a tota unius Chori parte, hoc eſt, ab uno tantum Choro. Ejuſmodi partitionis in Choros in una eademque Antiphona modulanda, extat etiam exemplum in Ordinario M.S. Eccleſiæ Rotomagenſis edito a Johanne Prevotio poſt lib. Joannis Abrincenſis Epiſcopi de Officiis Eccleſiaſticis pag. 202. *In Aſſumptione Beatæ Mariæ ad* 1 *Veſperas. Antiphona cum trina repetitione, Aſcendit Chriſtus ; & cantetur a dextro Choro uſque, Et hæc eſt illa ; & poſt cantetur a ſiniſtro Choro uſque, In qua glorioſa : demum a dextro Choro cantetur uſque, Quo pia, & finiatur a ſiniſtro Choro. Pſal. Magnificat cantetur de ſexto & quinto Tonis ; & poſt ultimum verſum incipiatur Antiphona, Aſcendit, a ſiniſtro Choro, & dividatur in quatuor partes ut ſupra notatur : & poſt Gloria Patri, cantetur a toto Choro inſimul.* Obſervavi eo modo alternis cantari Antiphonam *Salve Regina* a Canonicis & Clericis Diaconiæ S. Euſtachii in Urbe.

Cum ſingulis Antiphonis ex more veteri adjungendi ſint Verſus aliqui ut fit in Reſponſoriis, conſueverunt majores noſtri vel unius Pſalmi ſive Cantici Verſus omnes Antiphonæ conjungere, vel certe paucos aliquos Verſiculos. In Ritu Mozarabico Antiphonæ frequentius occurrunt aliquibus tantummodo Verſibus connotatæ ; occurrunt item in Antiphonariis Gregorianis Miſſæ in Antiphonis ad Offertorium, pariterque & in Ambroſiano ritu non ſolum in iis Antiphonis, quas *Pſallendas* appellant, ſed expreſſius in iis quæ quinquies vel ſepties aliquando dicuntur, interpoſito ſingulis repetitionibus *Kyrie eleiſon*, vel *Gloria Patri*. Repetendam autem eſſe Antiphonam ex parte ſaltem, ad ſingulos illi appoſitos Verſus, ſatis apparet ex Eccleſiaſticis libris præfatorum rituum : ſupra attulimus exemplum Antiphonæ ex Ritu Mozarabico, huc afferemus ex Antiphonario Romano Miſſæ, & ex Breviario Ambroſiano. In Miſſali membranaceo M.S. Bibliothecæ Vallicellanæ B. VIII hæc habetur Antiphona Dominica 1 Adventus Domini.

*Offe-*

*Offeren.*

*Ad te Domine levavi animam meam, Deus meus in te confido non erubeſcam, neque irrideant me inimici mei: Etenim univerſi qui te expectant, non confundentur.*

℣. I. *Dirige me in veritate tua, & doce me; quia tu es Deus Salutaris meus, & te ſuſtinui tota die.*

*Etenim univerſi.*

℣. II. *Reſpice in me, & miſerere mei Domine; cuſtodi animam meam, & eripe me: non confundar, quoniam invocavi te.*

*Etenim univerſi.*

Arbitror antiquo tempore conſueviſſe integram Antiphonam reſponderi poſt ſingulos Verſus, ſed poſterioribus poſtea temporibus ex parte repeti cœpiſſe brevitatis gratia, ut factum eſt in Reſponſoriis.

In Breviario Ambroſiano ad Laudes Dominicæ I Adventus ſic habetur.

*Antiphona ad Crucem ſepties.*

*Ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat; quando parabat cælos, aderam: dum vallaret mari terminos, & legem poneret aquis, ego eram.*

*Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon. Kyrie eleiſon.*

*II. Ante colles.*

*Kyrie. Kyrie. Kyrie.*

*III. Ante colles.*

*Kyrie. Kyrie. Kyrie.*

*IV. Ante colles.*

*Kyrie. Kyrie. Kyrie.*

*V. Ante colles.*

*Gloria Patri &c.*

*VI. Ante colles.*

*Sicut erat in principio &c. Amen.*

*VII. Ante colles.*

*Kyrie. Kyrie. Kyrie.*

Ejuſmodi antiqui moris repetendæ Antiphonæ ad ſingulos Verſiculos, cum ſine Pſalmo dicitur, veſtigium aliquod in antiquis Romanis Breviariis re-

riis retentum eſt; nam in Breviario Rom. edito Venetiis MCCCCLXXXIX hæc traduntur.

*Antiphona. Nolite timere, quinta enim die veniet ad vos Dominus veſter. Hæc Antiphona, ſi feſtum S. Thomæ non venerit in Dominica, ſemper in eodem Feſto cantatur hoc modo. Dicta Oratione Feſti, cantatur tota Antiphona, deinde dicitur, Gloria Patri: quo dicto iterum cantatur eadem parum altius: poſtea dicitur, Sicut erat: poſt hoc iterum cantatur altius: deinde dicitur ℣. & Oratio de Dominica.* Aſſimilia tradit Rituale Romani Pontificis in Bibliotheca Vaticana, ſcriptum ad initium XIV Sæculi, unde hæc deſcribere placuit de Anniverſario Conſecrationis Romani Pontificis. *In Capella vero Domini Papæ ea die fit Officium duplex tam in primis Veſperis, quam per alias Horas diei, de Feſto, ſi eſt: ſicut de Cathedra S. Petri fiebat tempore Nicolai IV, & [de] ſancta Emerentiana tempore Bonifacii VIII, qui in his Feſtivitatibus conſecrati ſunt. Fit inquam Officium duplex cum commemoratione ſui Anniverſarii, videlicet ad Veſperas Antiphona, Sacerdos & Pontifex &c. Gloria Patri: reſpondetur Sicut erat &c. de ſecundo Tono. Antiphona poſtea repetitur Sacerdos &c. Qua tota ſolemniter completa, duo Capellani Cantores dicunt alta voce ℣. Elegit te Dominus in Sacerdotem ſibi. ℟. Ad ſacrificandum hoſtiam laudis. Tunc Papa dicit cum nota, Dominus vobiſcum. ℣. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Deus qui licet ſis magnus &c. Idem fit in ſecundis Veſperis:* Hæc ibi: vide etiam Ordinarium Canonicorum Regul. ſancti Laudi Rotomagen. editum a Jo. Prevotio cum lib. de Eccleſiaſticis Officiis Joannis Abrincenſis pag. 339. Pſallendæ Ambroſianæ eodem ordine canuntur, additis ſemper binis Verſiculis *Gloria Patri*, & *Sicut erat*, quibus decantatis, Antiphona repetitur. Ex dictis docemur variam pro variis temporibus uſurpatam fuiſſe Antiphonarum repetitionem ad Verſus illis appoſitos: quo autem antiquiora ſunt Eccleſiaſtica monumenta, eo frequentius habent Verſiculos *Gloria Patri*, & *Sicut erat* in Antiphonis, quando Commemorationes fiunt, quæ ſolas habent Antiphonas ſine Pſalmis: ſi cui vacaverit, vera nos dicere agnoſcet, illis diligenter evolutis. In ea itaque ſum ſententia, ut quotieſcumque Antiphona dicitur ſine Pſalmo vel Cantico, ſemper eidem juxta ritum veterem adjungantur hi duo Verſiculi *Gloria Patri*, & *Sicut erat*, ita ut bis dicatur in principio Antiphona a duobus Choris, aut certe ſemel, partim ab uno Choro & partim ab altero, atque ad ſingulos præfatos Verſiculos repetatur, aut ſaltem poſt ultimum Verſiculum. Tempore vero Dominicæ Paſſionis, cum *Gloria Patri* intermittitur in Reſponſoriis, in Antiphonis aſſimiliter prætermittendi ſunt ℣℣. *Gloria Patri*, & *Sicut erat*, iis ſuffecto uno aut duobus

duobus Verſiculis tempori congruentibus. De ritu antiquiſſimo canendi ℣. *Gloria Patri* in Antiphonis, conſule Jo. Caſſianum lib.2 cap.8 de inſtitutis Renunciantium, & Scholia noſtra pag.21, not. (c) & 41, not. (A).

Cæterum cum olim Antiphona cum Pſalmo dicebatur vel Cantico, ad ſingulos Verſiculos eamdem fuiſſe repetitam, nullus plane negabit, Amalario clariſſimis id verbis atteſtante cap.3 ubi loquitur de Nocturnis Feriarum. *Ex ſenis Antiphonis quas viciſsim Chori PER. SINGULOS VERSUS, repetunt &c.* In Miſſa ex Codice Ratoldi edita a Menardo in Appendice ad Sacramentarium Sancti Gregorii, dicitur: *Annuente Epiſcopo, incipiatur Pſalmus a Cantore cum Introitu reciprocante.* Hanc attigiſſe videtur frequentiſſimam Antiphonarum repetitionem Anonymus Author opuſculi *de Benedictione Dei*, in Præfatione ad Bathericum Epiſcopum Ratisbonenſem, qui ſedem illam obtinuit anno DCCCXIV, cum ſcribit: *Contigit enim me multa peragrando loca, audiſſe divina Officia inordinate & ſine auditus delectatione celebrari. Sunt namque nonnulli qui tantum ob verecundiam hominum ne forte ignavi ab ipſis judicentur, intrantes Eccleſiam, ſine Antiphonis curſim & cum omni velocitate, ut citius ad curam carnis exeant peragendum, Divinis negligenter adſiſtunt laudibus, cum in mundanis ſtudioſi habeantur operibus. Qui neſciunt quia ſancti Doctores & Eruditores Eccleſiæ, Sancto Spiritu & gratia Dei repleti, inſtituerunt modulationem in Antiphonarum vel Reſponſoriorum repetitione honeſtiſſimam; quatenus hac dulcedine animus audientium delectatus, ad Dei laudes & amorem cæleſtis Patriæ ardentius accenderetur.*

Jam ergo tunc temporis cœperat in Eccleſiis Germaniæ Antiphonarum repetitionem intermitti, imo ipſaſmet etiam Antiphonas omitti brevitatis gratia: quæ quidem omiſſio ſatis demonſtrat, quod plurimum temporis poſtularet ex antiquo more Antiphonarum concentus, quam quod flagitat mos hodiernus, cum ſemel tantum vel bis Antiphonam canimus. Malebant idcirco Eccleſiaſtici illi ipſas Antiphonas omnino prætermittere, quam eas reſponſionibus truncatas præter authenticum ordinem, utcumque concinere. Occurrit x Sæculo repetendæ Antiphonæ ad ſingulos Pſalmorum verſus teſtimonium graviſſimum in Vita Sancti Odonis Abbatis Cluniacenſis, authore Johanne ejuſdem diſcipulo, inter Acta SS. Ordinis ſancti Benedicti Sæc.v: dicitur enim lib.1 num.10. *Quia ejuſdem Officii Antiphonæ* (Vigiliarum ſcilicet S. Martini) *uti omnibus patet, breves ſunt, & ejus temporis longiores nocles, volentes Officium ad lucem uſque protendere, UNAMQUAMQUE. ANTIPHONAM. PER. SINGULOS. PSALMORUM. VERSUS. REPETENDO canebant &c.* Hinc germa-

germanam elicio rationem quamobrem contractiores ſint Antiphonæ, quæ cum Pſalmis vel Canticis canuntur in Eccleſiaſticis Curſibus, quam quæ in Miſſa cantantur ad Introitum, Offertorium & Communionem; nimirum quia illæ quam frequentiſſime repetebantur poſt ſingulos omnes Pſalmorum omnium verſus; hæ vero poſt ſingulos quidem, ſed paucos tantum verſus vel proprios vel Pſalmi reſpondebantur.

Noſtra tempora aliter ſe habent; contentique ſumus retinere priſcum Antiphonæ ritum in Pſalmo Invitatorio, in quo bis ad initium Antiphonam dicimus, repetimuſque ſaltem ex parte ad ejuſdem Pſalmi verſus. Cæterum ſi mores noſtros ad antiquiores revocaremus, nolentes tamen ad ſingulos Pſalmorum verſus Antiphonas repetere, certe poſt Pſalmos ante *Gloria Patri*, itemque poſt ℣. *Gloria Patri*, & poſt ℣. *Sicut erat* omnino reſpondere deberemus. Id quod XII Sæculo retinebant Romani ſaltem in præcipuis aliquot Officiis Natalis Domini, Epiphaniæ, & Nat. S. Petri, ut videre licet in Antiphonario Vaticano pag. 37, 47, & 121; quin & in Romano Breviario ſupra laudato, hic ordo præſcribitur, ut ſi Feſtum S. Thomæ Apoſtoli in Dominicam inciderit, Antiphona *Nolite timere* dicatur primo ante Canticum *Benedictus*, tum poſt *Gloria*, demum poſt *Sicut erat*; ſed ex Vaticano (ut diximus) Antiphonario, etiam ante ℣. *Gloria Patri* poſt Pſalmos dici debet.

Occurrit haud raro ut præter Pſalmum vel Canticum Antiphona alium etiam habeat Verſum, qui in Ordine Romano antiquiſque Antiphonariis Miſſæ dicitur *Verſus ad reſpondendum* ſive *repetendum*: illius uſus erat poſt Pſalmum vel Canticum modulatum; repetita enim (ut antiquus poſtulabat modus) poſt *Sicut erat* Antiphona, dicebatur ab altero Choro hic Verſus ad repetendum; quo decantato prior ille Chorus alter qui ℣. *Sicut erat* dixerat, iterum Antiphonam repetebat. Vide Scholia noſtra pag. 21, not. (B) & 261, not. (A), & pag. 263, not. (A).

Abſolutis his quæ ad Antiphonarum, ut ita dicam, ſtatum conditionemque pertinet, reſtat ut attingamus breviter reliqua quæ ſuperſunt eadem de materia.

Itaque animadvertimus Antiphonarum inchoationem, ſive ut antiqui loquebantur, *impoſitionem*, ad Clericos Cantores ſemper pertinere, illos ſcilicet qui majores ſunt in Schola Cantorum, qui ſeptem olim erant in Eccleſia Romana, non Presbyteri, nec Diaconi, ſed tantummodo Subdiaconi, qui juſſum puerorum Paraphoniſtarum numerum ſibi ad cantus adjumentum adſciſcebant. Ii Cantores ordine ſuo inchoabant Antiphonas, ut primam Primicerius, ſecundam Secundicerius, & ſic reliqui

liqui reliquas imponerent, ad nutum tamen Archidiaconi, exceptis aliquibus Antiphonis ad Euangelium in Paſchate, quarum impoſitio Diaconis tribuebatur: vide in Appendice pag.305 & ſeq. Cæterum nuſquam invenitur in antiquioribus ritibus ut Pontifex vel Presbyter in Divinis Officiis Antiphonam incipiat; id enim vel maxime ſolemnioribus diebus præſtitiſſent, cum iiſdem tamen diebus in priſcis Codicibus id conſtanter occurrat, ut Cantor vel Primicerius Antiphonam incipiat. Generatim namque totum Eccleſiaſticæ Officium cantilenæ ad Subdiaconos inferiorumque graduum Clericos olim pertinebat, ut ſanctus Gregorius Magnus decrevit, reſerturque cap. *In Sancta Romana, diſt.*92. Loquimur de Eccleſia Romana, quid apud alias in uſu fuerit huc afferre non magnopere ſoliciti: mos antiquus ſervatur in Officiis coram Romano Pontifice, in quibus (niſi ipſemet celebraturus ſit Miſſarum ſolemnia in craſtinum) Antiphonas neque ipſe neque Cardinales, ſed ſoli Cantores imponunt.

Locus concinendarum Antiphonarum eſt Chorus, qui olim [1] tabulis marmoreis circumcinctus, in Eccleſiæ ſinu ante Sanctuarium ſive Presbyterium ſitus erat: extatque etiam nunc vetus hujuſmodi Chorus in Titulo Sancti Clementis in Urbe. Ibi enim bifariam diſpertiti Clerici Cantores conſiſtebant ad cantandum, ex biniſque claſſibus duo Chori reſultabant; ſicque Chorus Choro ut voce, ita & loco correſpondebat; non huc congerimus hac de re teſtimonia ad firmanda quæ dicimus, cum paſſim occurrant, noſque properemus ad finem.

Ut in Antiphonis concinendis ſuiſque Pſalmis vel Verſibus, Chorus Choro reſpondebat alternis, ita in earum impoſitione Antiphonarum, ordo ſervabatur alternus; ut una quidem Antiphona ab uno Cantore unius Chori inchoaretur, alia ab alio alterius Chori, ſicque deinceps ſemper alterne. Amalarius lib.4 cap.7. *Hanc viciſſitudinem charitatis ſignificant Cantores, qui alternatim ex utraque parte Antiphonas levant*, ideſt incipiunt.

In Antiphonis inchoandis exordium ſumebatur in unoquoque Officio ab antiquioribus Cantoribus ad inferiores uſque deſcendendo. Diſcrimen tamen erat inter binos ipſos Choros, hebdomadatim ſibi adſcribentes Officiorum exordia; per unam ſcilicet hebdomadam in uno Choro inchoabatur prima Antiphona cujuſque Officii, & per hebdomadam aliam

(1) *Narrante Jo. Maria Creſcimbeni in Hiſt. Baſilicæ S. Mariæ in Coſmedin lib.*III *cap.*4, *pag.*115, *quum tempore Calixti II Pontificis illa Baſilica reſtauraretur, chorus apertus ſublatis tabulis illis marmoreis, de quibus in præſentia loquitur Thomaſius, relictus fuit. Unde apparet ex eo jam tempore obſoletum faiſſe veterem morem Chorum muris circumcingendi. Ex quo etiam ratio deduceretur adſtruens in Samuellum, Cabaſſutium & alios minoris notæ Scriptores, Chorum & Ambonem res diſtinctas prorſus fuiſſe, non vero unum idemque, ut illi ex mala interpretatione teſtimonii Anaſtaſ. Biblioth. in Joanne VII ajentis eum Pontificem in quadam Eccleſia Ambonem novitez feciſſe, perperam opinati ſunt.*

aliam in Choro altero : id quod exprimitur apud Romanum Canonicum his verbis, *Chorus, cujus eſt Cantus* : vide in Appendice pag.352. Diebus tamen ſolemnibus in Schola Cantorum Eccleſiæ Romanæ, ad Primicerium pertinebat primam Officii Antiphonam exordiri, ut in antiquis Ritualibus habetur; quem etiam morem aliæ itidem Eccleſiæ & Monachorum Congregationes ſunt imitatæ. Porro Primicerii locum in dextera Chori parte fuiſſe, ut Secundicerii in ſiniſtra, nullus (puto) dubitaverit: ea autem cenſebatur Chori pars dextera, non quæ ad dexteram erat ingredientium Eccleſiam, ſed ea quæ ad dexteram erat Sacerdotis ad Altare ſtantis, hoc eſt ad Auſtrum, quo etiam viri confluebant, mulieribus [1] ad Aquilonem conſiſtentibus, ad ſiniſtram ſcilicet Sacerdotis apud Altare ſtantis; ſicque pro varia Eccleſiarum ſtructura & aſpectu ad diverſam cæli plagam, Eccleſiæ dexteram vel ſiniſtram partem accipiebant antiqui. Quare in Baſilica Lateranenſi, Vaticana Sancti Petri, Exquilina Sanctæ Mariæ Majoris, ac Titulis Sancti Clementis, Sancti Marci, Sancti Laurentii in Damaſo, Sanctorum Nerei & Achillei, aliiſque compluribus Eccleſiis, quarum proſpectus anterior Orientem ſpectat, ac Sacerdos ad Altare ſtans reſpicit populum & Templi fores, ea cenſenda eſt pars Eccleſiæ dextera, quæ ad ſiniſtram occurrit eaſdem Eccleſias ingredientibus, quæ videlicet ad Auſtrum eſt, in qua & Ambo Euangelii & [2] Senatorium erat, virique manebant: ſed de his ſatis. Cantores in binas claſſes diſpertiti in Antiphonarum cantu, Pſalmorumque & Canticorum, quæ cum Antiphonis decantabantur, neque Altare neque Orientem, ſed ſe invicem e regione aſpiciebant; nec ſedentes, ſed conſiſtentes, hinc illincque alterne canebant. Id certe poſtulat vel ipſum Antiphonæ vocabulum, quod vocum oppoſitionem importat; æquum enim

(1) *Chryſoſtomi teſtimonio Homil.74 in Matth. Apoſtolorum tempore nullo loci diſcrimine* ὁμοῦ ἐν ἀνδρὸς ἐν γυναῖκες ἦσαν, una viri & mulieres orabant. *Ac Auctor Conſt. Apoſtol. lib.*II *cap.*57, *pag.*264 *Tom.*I *Patrum Apoſtolic. jubet* · ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει οἱ λαϊκοὶ καθεζέσθωσαν μετὰ πάσης εὐταξίας καὶ εὐκοσμίας · ἐν δὲ τοῖς γυναιξὶν κεχωρισμένοις καὶ αὐταὶ καθεζέσθωσαν, σιωπῶσαι ἀγαπητῶς ad alteram Eccleſiæ partem Laici omnino quieti & ordinatim ſedeant; mulieres quoque ſeparatim & ipſæ ſedeant, a ſermone abſtinentes. *Et Cyrillus Hieroſolym. in Catechet. suo Vocatio idem præceperat. Vides primitivæ Eccleſiæ inconcuſſa loca maſculis in Eccleſiis neque ad Auſtrum neque ad Boream determinatum ſigere. Sub ſequenti vero Septentrionalem Eccleſiæ partem iiſdem aſſignatam fuiſſe dubitare non ſinit vel vox Amalarii auctoritas, qui apud Mabillon. Tom.*II *Muſ. Ital. pag.*149 *ait* : Maſculi ſtant ad auſtralem partem, & feminæ ad boreale m : ut oſtendatur per ſortiorem ſexum firmiores Sanctos ſemper conſtitui in majoribus tentationibus ætatis hujus mundi, & per infirmiorem ſexum infirmiores in aptiore loco &c.

(2) *Du Cangius* : SENATORIUM, locus in Eccleſia a parte auſtrali, cancellis infra presbyterium proximior, ubi Senatores & Principes conſiſtebant. *Ordo Rom. prior apud Mabill. Muſ. Ital. Tom.*II *pag.*11 *ait num.*13 : Pontifex deſcendit ad Senatorium .... & ſuſcipit oblationes Principum. *Ordo* II *num.*12, *pag.*57 : Pontifex .... deſcendit ad Senatorium quod eſt locus principum ut ſuſcipiat oblationes eorum.

enim eſt, ut dum Chorus Choro reſpondet, reſpondeat oris voce, reſpondeat & corporis habitu. Durandus idipſum teſtatur lib. 5, cap. 2, n. 30, *Clerici* (inquiens) *Antiphonas cantantes, non vertunt vultus ad Altare, ſed ſe ad invicem verſis vultibus reſpiciunt*. De corporis ſtatu erecto in Antiphonarum cantu meminit Joannes-Caſſianus de inſtitutis Renuntiantium lib. 3, cap. 8 ita ſcribens: *Cum ſtantes Antiphonas tres concinuerunt &c.*

Pene excideret animo meo id adnotare diſcriminis, quo varie canuntur Antiphona apud Græcos: dignum ſane id erat ut ſupra loco ſuo huic diſſertationi intexeretur, ſatius tamen erit vel hic ejus rei mentionem facere, quam penitus prætermittere. Duplicem igitur deprehendo modum Antiphoni concinendi ritu Græcorum; eorum alter eſt, cum verſus ſive ſententia, quæ a noſtratibus Antiphona appellatur, eadem intercalata conſtanter repetitur ad ſingulos Pſalmi verſus. Alter vero cum haud una eademque ſemper ſententia intercalatur, ſed plures diverſæque concinuntur breves periodi, quæ a Græcis *Troparia* appellantur a converſione vel immutatione; plures namque ſunt quæ in uno eodemque Antiphono commutantur novæ ſententiæ, quæ ut ſigillatim ab uno Choro canuntur, ita ſigillatim ab altero Choro iterantur: ſubjectis exemplis uterque modus illuſtrabitur.

Ex Typico S. Sabæ in Nativitate Domini.

*Antiphonum Primum. Tonus II.*

℣. I. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.*
*Interceſſionibus Deiparæ, Salvator ſalva nos.*
℣. II. *In conſilio rectorum & congregatione, magna opera Domini.*
*Interceſſionibus Deiparæ, Salvator ſalva nos.*
℣. III. *Exquiſita in omnes voluntates ejus.*
*Interceſſionibus Deiparæ, Salvator ſalva nos.*
℣. IV. *Confeſsio & magnificentia opus ejus.*
*Interceſsionibus Deiparæ, Salvator ſalva nos.*
*Deinde illi duo Chori.*
*Gloria* [*Patri & Filio & Spiritui Sancto.*] *Et nunc* [*& ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.*]
*Interceſsionibus Deiparæ, Salvator ſalva nos.*

Ex Triodio Græcorum in Vigiliis Dominicæ Paſſionis.

*Canimus Antiphona, iterantes omnes ſententias.*

*Antiphonum Primum. Tonus obliquus.*

*Principes populorum convenerunt adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus.*

[ *Principes* . ] *Idem* [ *Tonus* . ]

*Verbum iniquum conſtituerunt adverſum me Domine. Domine ne derelinquas me.*

[ *Verbum* . ] *Idem* [ *Tonus* . ]

*Senſus noſtros puros Chriſto præſentemus, & ut ejus amici, animas noſtras per ipſum immolemus; & ne hujus vitæ ſollicitudinibus ſuffocemur ſicut Judas; verum in cubiculis noſtris clamemus. Pater noſter qui es in cælis, libera nos a malo.*

*Gloria* [ *Patri &c.* ] *Et nunc* [ *& ſemper &c.* ]

*De Deipara. Idem Tonus.*

*Virgo inexpertis nuptiis peperiſti, & virgo permanſiſti, mater cælebs, Deipara Maria, Chriſto Deo noſtro ſupplica, ut ſalvet nos.*

[ *Virgo* . ]

Græcorum morem præfatum quo diverſarum ſententiarum cantus uno in Antiphono adhibebatur, aliquo pacto eſt imitata Eccleſia Romana: nam præterquam quod id ſignificat vetus Ordo Romanus M.S. relatus in noſtra Appendice pag. 324 col. 1 agens de duabus Antiphonis de die & de Natalitiis Sanctorum, ad idem Canticum concinendis; perſpicuum præterea extat exemplum, quod hic deſcribemus ex membranaceo Antiphonario Miſſæ ad uſum Scholæ Cantorum, ſcripto Sæculo XI, ſervatoque in Bibliotheca Angelica apud S. Auguſtinum in hac Urbe.

*Sabbato Sancto ad Vigilias poſt Communionem in Miſſa.*

*In Euangel.*

*Ant. Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria Magdalenæ & altera Maria videre ſepulcrum. alleluja. oia. euouae.*

*Pſ. Magnificat.*

*Ant. Et ecce terræmotus factus eſt magnus; Angelus autem Domini deſcendit de cælo. alleluja. oia euouae.*

*Pſ. Et exultavit.*

*Ant. Angelus autem Domini deſcendit de cælo, & accedens revolvit lapidem, & ſedebat ſuper eum. alleluja, alleluja. ouae.*

*Pſ. Quia reſpexit.*

*Ant. Erat enim aſpectus ejus ſicut fulgur, & veſtimenta ejus ſicut nix. alleluja, alleluja. oia euouae.*

*Pſal. Quia fecit mihi.*

*Ant. Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. alleluja. oia eu ou ae.*

*℣. Et miſericordia ejus.*

*Ant.*

*Ant. Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus : Nolite timere , ſcio enim quod Hieſum quæritis . alleluja . ouae .*

℣. *Fecit potentiam .*

*Ant. Venite , & videte locum , ubi poſitus erat Dominus . alleluja . ouae.*

℣. *Depoſuit potentes .*

*Ant. Cito euntes , dicite Diſcipulis , quia ſurrexit Dominus . alleluja . oia euouae .*

℣. *Eſurientes .*

*Ant. In Gallilea Hieſum videbitis , ſicut dixit vobis . alleluja . ouae .*

℣. *Suſcepit Iſrael .*

*Ant. Nolite expaveſcere . Hieſum Nazarenum quæritis crucifixum ? non eſt hic , ſurrexit . alleluja . onae .*

℣. *Sicut locutus eſt .*

*Ant. Et valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum , orto jam Sole . alleluja . ouae .*

℣. *Gloria Patri .*

*Ant. Et dicebant ad invicem : Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti ? alleluja , alleluja . ouae .*

℣. *Sicut erat .*

Hactenus de Reſponſoriis atque Antiphonis generatim ſumptis diſſeruimus; nunc tempus eſt ad confectionem libri Reſponſorialis & Antiphonarii demigrare . Qua in re pro indubio haberi debet aliquam olim fuiſſe ante ſancti Gregorii tempora Antiphonarum & Reſponſoriorum collectionem , quæ uſui eſſet Eccleſiæ Cantoribus : ut enim antiquior eſt Sancto Gregorio Antiphonarum & Reſponſoriorum uſus in Eccleſia Romana, ita par eſt credere ante illum libros extitiſſe Reſponſoriales & Antiphonarios. Idem porro ſanctus Pontifex ſicut vetuſtum Codicem Sacramentorum ( quem Gelaſianum poſtea appellaverunt ) in unum librum abbreviavit ad uſum præcipue publicarum Stationum Eccleſiæ Romanæ , qui Sacramentarium Gregorianum paſſim eſt vocatus ; ita & libros Antiphonarios & Reſponſoriales recenſuit , ac ordine meliore diſpoſuit : id quod in pluribus M.SS. Antiphonariis Monaſterii ſancti Galli in Helvetiis , Verſiculi præpoſiti oſtendunt , dum dicunt : *Hoc quoque Gregorius Patres de more ſecutus , inſtauravit opus* . Ob eam itaque recenſionem aptioremque diſpoſitionem ſancto Gregorio Magno Reſponſoriales libri & Antiphonales adſcribuntur apud Veteres : quorum teſtimonia ne in immenſum ſermo excurrat , lubens prætereo , quæ tamen videri poſſunt apud probatos Authores , ut ſunt Monachus Egoliſmenſis in Vita Caroli Magni cap.8 tom.2

Hiſtoriæ Francorum du Cheſne, Joannes Diaconus in vita ſancti Gregorii lib. II cap. 6, 7, 8, 9, & 10, Berno Augienſis Abbas lib. de quibuſdam rebus ad Miſſam ſpectantibus cap. 1, Auctor Micrologi de Eccleſiaſticis obſervationibus cap. 25, Ekkehardus Junior in vita B. Notkeri Balbuli cap. 2. in Actis Sanctorum eruditiſſimorum Henſchenii & Papebrochii die 6. Aprilis, & alii. [1].

Totum Reſponſorium ac Antiphonarum opus tripartitum olim erat in tria volumina apud Romanos, ut ſcribit Amalarius in Prologo: *Notandum eſt*, inquiens, *volumen quod nos vocamus Antiphonarium, tria habere nomina apud Romanos. Quod dicimus Gradale, illi vocant CANTATORIUM, qui adhuc juxta morem antiquum apud illos in aliquibus Eccleſiis in uno volumine continetur. Sequentem partem dividunt in duobus nominibus. Pars quæ continet Reſponſorios, vocatur RESPONSORIALE; & pars quæ continet Antiphonas, vocatur ANTIPHONARIUS*: hæc ille. Berno Cantatorium intellexiſſe videtur, cum Diurnale Sancti Gregorii Antiphonarium laudat cap. 25.

Cæterum ii Eccleſiaſticæ Cantilenæ libri etſi ſancti Gregorii diſpoſitionem retinerent, non nihil tamen poſterioribus temporibus ſunt immutati; hinc varietas illa nata eſt, quam ex diverſis Codicibus ſæpe profert Amalarius, ſæpe aliter ſe habere afferens Antiphonarium Corbejenſe (quod Romanum appellare ſolet, quia a Gregorio IV Wala Abbas Corbejenſis acceperat) atque aliter Metenſe, quod Roma ſub Carolo Magno in Gal-

(1) *In omnibus fere de Liturgia libris veterum teſtimonia invenies, quibus adſtruatur Gregorium Magnum veteres Sacrorum Rituum Libros inſtauraſſe. Videantur quæ diximus in noſtra Præfat. ſub numerit XV uſque ad integrum AX. In præſentia ſatis erit unum vel alterum teſtimonium juxta vulgatum exſcribere. Anonymus Auctor Vitæ S. Gregorii Magni, quam Tom. II Part. III ſui Theſauri Monument. Eccleſ. edidit Henricus Caniſius, quæque ipſemet Canniſius retur ſcriptam fuiſſe ſæculo Eccleſiaſtico IX, ita ne habet pag. 258 edit. Jacob. Baſnagii*: Deinde propter Muſicæ dulcedinem, antiphonarium aliumque cantum tam in die quam in nocte per annum canendum compoſuit; ſed & Gelaſianum Codicem de Miſſarum ſolemniis, multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla vero ſuperadjiciens in unum libri volumine coarctavit: in Canone appoſuit — dieſque noſtros in tua pace diſpone, atque ab æterna damnatione nos eripe, & in electorum tuorum jubeas grege numerari — Stationes per Baſilicas ordinavit &c. *Hæc Anonymus ille, quem ab Joanne Diacono ea hauſiſſe vel ex ipſis verbis apparet. In Mſ. Cod. Vallicellano E. 73, in quo legitur Ordo Romanus Benedicti Canonici a Mabill. ſub num. XI vulgatus, & ad illius Ordinis calcem adduntur Decreta Romanorum Pontificum, a B. Petro Apoſtolo uſque ad Innocentium II: In hoc autem Decretis de Gregorio Magno dicitur*: Hic fecit Romanum cantum, & ordinavit Primicerium, & Scholam Cantorum, & docuit & ordinavit Stationes propter pœnitentes. *In altero Mſ. Codice ſæculi XII Bibliothecæ Vaticano-Alexandrinæ ſub num. 73 quum habeantur itidem Decreta Romanorum Pontificum de Gregorio Magno dicitur*: Gelaſianum ..... Codicem de Miſſarum ſolemniis ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla vero ſuperadjiciens pro exponendis Euangelicis Lectionibus, in unius libri volumine coarctavit. Ordinem quoque Cantilenæ diurnis ſive nocturnis horis dici plenarie creditur ordinatione diſtribuiſſe, cum multi ante eum ſive poſt eum, Orationes, Antiphonas, vel Reſponſoria compoſuerint. *His addi poterunt quæ paſſim leguntur apud Jacobum Pamelium, Angelum Rocca, Menardum, Dionyſium de S. Martha, & alios fere innumeros; quorum teſtimonia in re planiſſima memorare non vacat.*

in Gallias deportatum, (r) Metis eſt collocatum. Ad Antiphonarium iſtud Metenſe pertinere arbitror Inſcriptionem illam, quam idem Amalarius in Prologo refert hoc modo: *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Incipit Reſponſoriale de circulo Anni temporibus ter beatiſſimi & Apoſtolici domini Adriani Papæ per Indictionem ſeptimam*, ideſt anno DCCLXXXIV. & in fine: *Hoc opus Summus reparat Pontifex dominus Adrianus ſibi memoriale per ſecla*.

Romanum Antiphonarium poſtquam in Gallias eſt devectum, complures a Gallicanis Magiſtris acceſſiones habuit: cujus rei fidem facit Walafridus Strabo, qui IX Sæculo floruit, lib. de rebus Eccleſiaſticis cap. 25 ſcribens: *Et quia Gallicana Eccleſia viris non minus peritiſſimis inſtructa, ſacrorum Officiorum inſtrumenta habebat non minima, ex eis aliqua Romanorum Officiis immixta dicuntur, quæ plerique & verbis & ſono ſe a cæteris cantibus diſcernere poſſe fateantur*. In iis cenſeo cum primis locum obtinere Officia de Sancto Mauritio & de Sancto Brictio, quæ in Antiphonario Gregoriano S. Galli exhibentur.

Quamvis autem animus nobis fuerit pura ac germana ſancti Gregorii Antiphonaria e tenebris proterre, cum ea nuncuſque nanciſci nequiverimus, vetuſtiora ſaltem quæ habere potuimus, idcirco impræſentiarum edere curavimus, quia quo antiquiores ſunt Eccleſiaſticarum rerum Codices, eo propius accedunt ad priſcos fontes unde derivantur, minuſque recentiorum additamentis ſunt infarciti. Quamobrem duo in primis Antiphonaria in hac collectione damus; quæ etſi germanam illam puramque ſancti Gregorii inſtitutionem illibatam haud exhibeant, utriuſque tamen Codicis mutua collatione id fieri poſſe arbitramur, ut ferme deprehendantur, quæ ex S. Gregorii inſtitutione, vel ſubſequentium antiquorum temporum uſu ſunt profecta.

Ex his primum eſt Vaticanæ Baſilicæ [a] Antiphonarium membranaceum, notis muſicis, non iis, quæ hodie ſunt in uſu, connotatum; quod nobis ſumma benignitate olim communicaverat vir ille ſummis laudibus proſequendus, & de bonis ſtudiis meritiſſimus Franciſcus Barberinus Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis, cujus memoria in benedictione cum apud omnes, apud me tum maxime ſemper erit, cum ſummis me ſibi officiis quam arctiſſime devinxerit. Ritus exhibet hoc Antiphonarium uſurpari ſolitos in Ec-

(r) Metenſis Antiphonarii fama uſque ad S. Bernardi tempora viguit, ut liquet ex tractatu ejuſdem, de cantu, ſeu correctione Antiphonarii Tom. II, opuſculo XIII pag. 693 novillimæ editionis. Cum enim priores Patres Ciſtercienſes nihil antiquius haberent, quam in divinis laudibus id cantare, quod magis authenticum inveniretur; miſerunt qui Metenſis Eccleſiæ Antiphonarium (nam id Gregorianum eſſe dicebatur) tranſcriberent & afferrent, ut refert Sanctus Bernardus. Verum illum Codicem & cantu & littera depravatum, ac incompoſitum probarunt. *Hæc ſcripſerat recens Editor Operum S. Greg. Mag. Tom. III, pag. 630.*

(a) *Vide Præfat. noſtra num. XLI, ubi de hoc Antiphonario egimus.*

in Eccleſia Romana Sæculo XII, ut quiſque facile agnoſcet, qui illud contulerit cum Rituali Benedicti Canonici ſcripto ad Guidonem de Caſtello, qui poſtea Summus Pontifex fuit, dictus Cæleſtinus II. Extat in ejuſdem Kalendario Feſtum Sancti Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis; deſunt autem SS. Franciſci & Dominici nomina: quare per id temporis ſcriptum exiſtimamus, quod ab Alexandro III ad Gregorium IX excurrit. Eſt quidem in Codicis fine additamentum quoddam alia manu eaque ſatis deformi exaratum, cui paulo inferius eadem manu hæc adduntur: *Conſtat me Fratrem Franciſcum Monachum S. Sabæ recepiſſe a .... pelle .... pro pentio dormitorii .... nan.VI Anno Domini MCCLXVI menſ. Novembri in Vigilia Dedicationis Baſilicarum P. & P.* & ultima pag. *Anno Domini MCCLVII Menſe Februarii die IX.... Laurentio .... in dormitorio*. Verum hæ mihi notulæ non ejus eſſe videntur ſcriptoris, qui totum Codicem deſcripſerat, ſed alterius qui aliqua in fine addidit, totumque fortaſſe Transfigurationis Officium paulo elegantioribus characteribus ſcripſit.

Alterum [1] Antiphonarium, quod ſanctum Gregorium inſtitutorem perhibet in Verſiculis initio præfixis, membranaceum eſt, notiſque muſicis antiquis condiſtinctum, ſervaturque in Bibliotheca Monaſterii S. Galli in Helvetiis: cujus exemplum ut & alia complura, quæ ex eodem Monaſterio proferentur in Appendice, cuncta peramanter deſcripta tranſmiſit Vir Cl. D. Hermannus Shenk illius Cœnobii Bibliothecarius; cui cum maximas gratias agam, ſemper ſane habebo majores: adeo namque ſunt illius erga me merita, ut omne grati animi officium ſuperent, neque paria ſaltem verba factis referre queam. Cujuſnam vero ætatis ſit Codex præfatus, ſubobſcurius videtur, quam certi aliquid affirmari poſſit; ad X vel XI Sæculum ob Officium præſertim S. Trinitatis, quod ignotum erat Sæculis prioribus, facile referrem: poſt Johannis Diaconi ætatem omnino conſcriptum fuiſſe ſatis demonſtrant Antiphonæ in feſto Beati Gregorii, de ejuſdem Sancti vita, quam Johannes ille texuit excerptæ: antiquiorem demum Alexandro II ob id maxime cenſerem, quod in Dominica Septuageſimæ, nocturna matutinaque Officia Allelujatica contineat. Alexandri enim II ſanctione *Alleluia* pridie illius Dominicæ prætermitti cœpit, cum antea ipſamet Dominica poſt Matutinum omitteretur.

Hæc prænotaſſe hiſce de Antiphonariis ſufficiat; cætera in Scholiis breviter attingemus. Quæ porro in Appendice referuntur vetera Monumenta, ſingulis quibuſque prænotatur, unde ſint decerpta.

*EXPLICIT.*

VEN.

(1) *De Antiphonario Mſ. Cod. Monaſterii Sangallenſis plura diximus Præfat. noſtra num. XXII, quem vidi-*

✠

VEN. VIRI

# JOSEPHI MARIÆ THOMASII S. R. E. CARD.

# PRÆFATIO

AD SCHOLIA IN LIBROS RESPONSORIALES ET ANTIPHONARIOS.[1]

LOcus hic eſſet aptiſſimus ad Eccleſiaſticorum Officiorum rationem omnem diligentius expendendam, niſi curæ aliæ alio nos advocarent, aliudque poſtularet incommoda valetudo qua laboramus: quare quæ uberius explicare nequimus, ſtrictius attingere cogimur, ut qualicumque opera noſtra, lux vel exigua vetuſtis hiſce Eccleſiæ monumentis addatur. Qua in re ultro fatemur id nobis præcipue fuiſſe conſilii, ut inveſtigatis veterum Antiphonariorum fragmentis, quæ apud Eccleſiaſticos Scriptores ſuperſunt, iiſdem noſtra hæc exemplaria conferremus, quo prudens, ſincerumque judicium efformari poſſet his de Codicibus noſtris, viderique an vetuſtiora & authentica Romanæ Eccleſiæ Antiphonaria ſequantur, an alterius ſint inſtituti. Hoc in negotio Amalarius Metenſis Diaconus præcipuus erit dux, ut qui de ordine Antiphonarii librum ſcripſerit, antiquiorque ſit cæteris, qui plenius de Eccleſiaſticis Antiphonis ac Reſponſoriis tractaverint. Meminerit Lector per Amalarii tempora jam priſcos Eccleſiarum Gallicanarum ritus proprios exoluiſſe, paſſimque tum temporis Romanos Ritus in uſu fuiſſe per Gallias: id quod præmoniiſſe placuit, ne quis cogitaret aliis de Antiphonariis locutum fuiſſe Amalarium, quam de Romanis. Horum duo exemplaria idem habuit, quorum alterum Metenſe, alterum vero Romanum Antiphonarium appellare ſolet: utrumque tamen Romanæ erat Eccleſiæ, etſi diverſo tempore editum. Id quod conſtare poteſt ex hiſtoriis Caroli Magni, in quibus perhibetur Antiphonarium Roma adductum in Galliam, in Metenſi Civitate fuiſſe repoſitum, tantumque Metenſes Clericos aliis Gallicanis Clericis præcelluiſſe in cantilena Romana, quantum Metenſibus Romani Clerici præſtabant. Quin & ipſemet Amalarius cap. 28 de ordine Antiphonarii apertius id confirmat, dum ſcribit: *Cogitavi ..... quæ ſcripta invenimus in Metenſi Antiphonario, ſcilicet ſanctæ Matris noſtræ Romanæ Eccleſiæ*. Hoc tantummodo Metenſe Antiphonarium primo illi notum erat, ut ſcribit cap. 29; deinde aliud habuit exemplar ex Monaſterio Corbejenſi, ut idem teſtatur in Prologo, quod idcirco Romanum appellare ſolet, quia ab Urbe ſecum detulerat Wala Abbas Corbejenſis, ſibi a Gregorio IV donatum. Cæterum ex binis illis exemplaribus tertium conflavit Amalarius, quod ejuſdem proprium Antiphonarium dixerimus. In eo conficiendo ita ſecutus eſt bina illa authentica

(1) *Brevem hanc ad ſua Scholia Præfationem reppeſuerat Ven. Thomaſius una cum ipſis Scholiis poſt Appendicem in Libri calce. Verum Scholiis iiſdem, ſuis, quibus refruntur, locis diſpoſitis, & ad illa Præfationem hoc in loco quin recudendam præmittere nullo modo dubitamus.*

thentica Antiphonaria,ut tamen nova diſpoſitione atque ordine Officia diſtribuerit : ſic exempli gratia , Verſus omnes de Adventu , ſecus ac erant in illis exemplaribus , cunctos ſimul collocavit poſt Verſum veſpertinum ejuſdem Adventus, ſicut & ℟℟. breviora Horarum Diurnarum poſt nocturna ℟℟. Dominicæ primæ ejuſdem Adventus ; vide c. 8. Majus fuit diſcrimen in Amalarii Antiphonario ab illis authenticis in ordine Reſponſoriorum & Antiphonarum,in quibus ſuo ille arbitratu ſequi maluit ordinem librorum ſacræ Scripturæ, ſeriemque hiſtoricam rerum geſtarum:ſic ℟℟. verbi gratia,de Prophetis præpoſuit Reſponſoriis ex Euangelio; hæcque cæteris ex Epiſtolis canonicis deſumptis : rerum item geſtarum ſeriem tranſpoſitione ſive Reſponſoriorum ſive Antiphonarum exhibere conatus eſt ; quæ omnia ex ejuſdem libro de ordine Antiphonarii , cuique præſto eſſe poſſunt . Porro vel nulla addidit vel pauca a ſe dictata , quantum ex eodem diſcere poſſumus . Ne tædium Lectori inutiliter faciamus, abſtinebimus ſingulis in locis, antiquioris ordinis inverſiones ab Amalario excogitatas recenſere: tantum obſervari hic velim ordinem Amalarii noſtros hoſce Codices haud ſectari , imo veterem diſpoſitionem exhibere , ut conferenti videre eſt : præterea etſi Vaticanus Codex ac alter S. Galli , pura ut olim erant , Antiphonaria non contineant , obſervari tamen poteſt Vaticanum ad illud propius accedere Antiphonarium, quod Romanum appellat Amalarius,ut Codicem S. Galli ad illud aliud Metenſe: quam diverſitatem non ſemel adnotabimus in ſequentibus Scholiis .

Demum noverit candidus Lector bona nos fide præſtitiſſe ut germane exhiberentur Exemplaria , emendatis tantummodo iis mendis, quæ evidenter ab impetito amanuenſi erant admiſſa ; retentis tamen ſæpiſſime iis quæ diverſimode corrigi poterant , erratis ; animus nimirum nobis non fuit noſtras emendationes aliorum correctionibus præferre . Complura ſupplevimus ſed ſine detrimento bonæ fidei , quippe quæ a nobis ſunt ſufficta , his uncis [ ] incluſerimus . Qua in re noſtrum fuit conſilium,ut ſi aliquando noſtri hi Codices inſpicerentur ad librorum Eccleſiaſticorum recenſionem , illico occurreret modus vetera ſupplendi . Quæ in his Codicibus præſignata ſunt hoc aſteriſco * ea ex Codicis margine inlata ſunt in contextum.In Antiphonario S.Galli pluries occurrunt voces per literas tantum vocales ſcriptæ ; quas quidem retinuimus in textu , ſuppletis in ima pagina integris vocibus , excepto *aeuia* , id eſt , *alleluja* , quod ſæpius occurrat , ac facile intelligatur . Eodem in Antiphonario aliqua etſi non omnia, exprimi fecimus Officia characteribus minoribus, ut quæ certo Gregoriana non eſſent , & idcirco ad vetus S. Gregorii Antiphonarium non pertinerent . Poſtremo ne opus fruſtra in molem excreſceret , ſatis viſum fuit in Antiphonario S. Galli exordia indicare dumtaxat Antiphonarum , Reſponſoriorum , ac Verſuum , quando ſcilicet plane conveniunt cum Breviario Monaſtico edito Venetiis MDCXII. Itaque quotieſcumque hæc nota &c. alicubi invenitur , ſignificatur illius ſive Antiphonæ ſive Reſponſorii aut Verſus cui adponitur , reſiduum ex præfato Breviario eſſe repetendum , adnotata tamen varia lectione , ſicubi occurrerit .

# IN . NOMINE . DOMINI . JESU . CHRISTI

INCIPIT

# RESPONSORIALE

ET

# ANTIPHONARIUM

ROMANÆ . ECCLESIÆ . DE . CIRCULO . ANNI

JUXTA . VETEREM . USUM . CANONICORUM
BASILICÆ . VATICANÆ . S. PETRI [1]

ANnus habet Menſes XII. Septimanas LII. & diem unum. & habet dies CCCLXV. & ſex horas inter dies & noctes.

MEnſis Januarius habet [a] apud Hebræos dicitur [a] *Scebath.* apud Græcos dicitur [b] *Endicos.* a. Sabath b. Hedrimos Ethiopicus

Nox habet horas XVI. dies vero VIII.

*Prima dies Jani timor eſt, & ſeptima vani.*
*Nona parat bellum; ſed quarta dat hora flagellum.*

Januarius habet dies XXXI. Luna XXX.

III. A. Kal. Jan. Circumciſio Domini. [c] Blaſii, & Martinæ Virg. c. Basilii Epiſc.
B. IV. Oct. Sancti Stephani. Theleſphori Papæ & Mart.
XI. C. III. Oct. Sancti Johannis.



(1) *De MS. Codice Archivi Baſilicæ Vaticanæ, cui nunc temporis pro ſigno præfigitur nota B. 79; quique abſolute nullo titulo aut inſcriptione præmiſſa incipit a præſenti Kalendario, a vocibus nempe:* Annus habet menſes &c. *unde, quem hoc habemus titulum de ſuo vel de aliis veterum membranis Ven. Thomaſium addidiſſe conſtat. Quapropter nemini mirum videri poterit Clariſs. Ruinartum Annal. Ordinis S. Benedicti Tom. I, pag. 634 Ed. Pariſ. ex hoc titulo, (quem Vir Gallus non ipſas veteres chartas, ſed in Thomaſiana ſolum editione inſpiciens) quod crediderit & ipſum totum ad MS. Codicem pertinere, eidem Codici majorem antiquitatem tribuiſſe, quam ipſi revera deberi videatur.*

(2) *Veteri Antiquario vitio dandum reor quod eo loci non legatur.* Menſis Januarius habet dies XXXI, Luna XXX: *deinde vero ſequatur:* Januarius apud Hebræos dicitur &c. *Nomina menſium Hebraica ut & Græca deprehenderat in Kalendario Biblioth. Vaticanæ, editoris judicio exarato ſub initium Sæculi XI, atque notato num. 3806., & Vir doctus Dominicus Georgi: cujus rei occaſione multa feſtu digna ſcripſit pag. XVIII & XIX, num. 15, ſuæ Præfat. ad Adonis Martyrologium. Cetera ex obſervatione MS. Codicis B. 82 Archivi Baſilicæ Vaticanæ decimo quarto Eccleſiæ ſæculo exarati, in quo Romanum Breviarium ad ejuſdem Baſilicæ uſum quum habeamus, in Kalendario eidem præfixo, eadem nomina Græca & Hebraica, licet corrupte nimis repræſentata, leguntur, apparet & per illud temporis quo Codex ille ſcribebatur, conſuevisſe Majores noſtros ea nomina in Kalendariis retinere.*

Digitized by Google

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | D. II. | Oct. | Sanctorum Innocentium. | |
| XIX. | | E. | Nonas. | | |
| VIII. | | F. VIII. | Id. | Epiphania Dñi. | *A festo Stellæ numerando perfice lunam. xl. dies & Septuagesima fiet.* [1] |
| | | G. VII. | Id. | | |
| XVI. | | A. VI. | Id. | | |
| V. | | B. V. | Id. | | |
| | | C. IV. | Id. | | |
| XIII. | | D. III. | Id. | | |
| II. | | E. II. | Idus, | | |
| | | F. | Idus. | Oct. Epiphaniæ. Juliani, Celsii, & Margaritæ. | |
| X. | | G. XIX. | Kal. Feb. | Felicis Presbyteri. [2] | |
| | | A. XVIII. | Kal. Feb. | Mauri Abbatis. | |
| a. XVIII | a | B. XVII. | Kal. | Marcelli Papæ & Mart. | |
| b. XVI | [b] XVII. | C. XVI. | Kal. | Antonii Abbatis. *Sol in Aquario.* | |
| | | D. XV. | Kal. | Aquilæ, & Priscæ. | |
| XV. | | E. XIV. | Kal. | Marii, & Marthæ. | |
| c. XIII | [c] XIII. | F. XIII. | Kal. | Fabiani Papæ & Mart. & Sebastiani. | |
| | | G. XII. | Kal. | Agnetis Virg. & Mart. | |
| XII. | | A. XI. | Kal. | Vincentii, & Anastasii Mart. | |
| f. Emerentianæ | I. | B. X. | Kal. | [d] Emerentiæ Virg. | |
| | | C. IX. | Kal. | | |
| IX. | | D. VIII. | Kal. | Conversio Sancti Pauli. | |
| | | E. VII. | Kal. | | |
| XVII. | | F. VI. | Kal. | | |
| e. VI. | [e] V. | G. V. | Kal. | Agnetis *secundo*. | |
| | | A. IV. | Kal. | Papiæ & Mauri. | |
| XIV. | | B. III. | Kal. | | |
| III. | | C. II. | Kal. | Cyri & Johannis. | |

Mensis

(1) *In MSS. Archivi Basilicæ Vaticanæ notatis B. 87, & F. 23, quos scriptos fuisse crediderim XIII Ecclesiæ sæculo, legitur:* A festo Stellæ numerando perfice lunam, post al dies Septuagesima fiet: & si bissextus fuerit, superadditur unus. Si cadit in lucem Domini suppone sequentem: *Hic illi Mss. quibus alter notatus B. 82 supra a nobis memoratus, subjungit:* post Epiphaniam numeretur nona luna, inde dies Dominici tria (*sic in Ms.*) Pascha tenet.

(2) *Felix ille* in pincis *in veterum nonnullis monimentis dicitur, ut in laudatis a nobis Mss. B. 87, & B. 82; non a suburbano Nolana Urbis loco, ut aliqui crediderunt, sed ab Ecclesia ejus nomini dicata, quam & sub finem XII sæculi ex Ordine Romano Cencii apud Mabillon. Musei Ital. Tom. II, pag. 194, edocemur adhuc extasse in ea Urbis Romæ parte, quæ Pincianus collis dicitur, ob Pincis Senatoris Palatium antiquitus inibi exstructum, uti a Lucio Fauno* De Antiquitatibus Urbis Romæ *lib. IV, pag. 101 ed. Venetæ an. 1549 narratur. De eadem Ecclesia & loci appellatione consuli poterunt, si lubeat, Antonius Bosius Roma subterranea Lib. II, cap. XVI, Ven. noster Thomasius ad Capitulare Evangeliorum pag. 144 Ioannes Fronto in Kalendario Romano ad diem 14 Januarii; Georgius in Adone ad eamdem diem, sed caute legas velim quæ is ex cap. CIV Libri Gregorii Turonensis de Glor. Mart. se afferre ait. Illi siquidem ejus generis veterum documenta adducunt, quæ & Clarisi. Ruinartum in Act. Mart. sinceris ed. Veron. pag. 215 nobis contraria sentientem, in nostram sententiam deducere facile possent. Idem Georgius aperit etiam cur noster Felix & martyr ab aliquibus nuncupetur, quum in aliis monumentis veterum, prætermisso martyris vocabulo, solum confessor dicatur. Latiori scilicet, ut ajunt, usurpatione, qua olim & martyres subinde dicebantur, qui eumque ardua pro Ecclesia vel proximi bono facinora obire non recusaverant. Si tamen respectu nostri hujusce Felicis potius fateri non cogamur, martyris nomen illi attributum fuisse æquivocatione quadam & rerum perturbatione, quum hac die alter occurrat Felix, quem martyrio donatum ferunt. Verum de hac re vide Bollandianos Socios ad hanc diem Jan. Tom. I, pag. 937 & sequentibus.*

MEnſis Februarius, apud Hebreos dicitur *Adar*; apud Græcos [a] *Petricios*. Nox habet horas XIV. Luna vero X. [a] Petitios

*Alterius menſis poſt quartum tertius enſis,*
*Nullus ut octavæ vel denæ dixerit, Ave.*

Februarius habet dies XXVIII. Luna XXIX.
Quando eſt Biſſextus, habet dies XXIX.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | D. | | Kal. Februarius. | |
| XI. | E. | IV. | | Purificatio Sanctæ Mariæ Virg. & Sancti Simeonis. |
| XIX. | F. | III. | | Blaſii Epiſcopi & Mart. |
| VIII. | G. | II. | | |
| | A. | | Non. | Agathæ Virg. & Mart. |
| XVI. | B. | VIII. | | |
| V. | C. | VII. | | *Primus terminus XI. Initium Veris media nocte occidentibus* [b] *Pliadibus.* [b] Plejadibus |
| | D. | VI. | | |
| XIII. | E. | V. | | |
| II. | F. | IV. | | Scholaſticæ Virg. |
| | G. | III. | | |
| X. | A. | II. | | |
| | B. | | Idus. | |
| XVIII. | C. | XVI. | Kal. Martii. | Valentini Presbyteri & Mart. |
| VII. | D. | XV. | Kal. | *Sol in Piſce.* |
| | E. | XIV. | Kal. | |
| XV. | F. | XIII. | Kal. | |
| IV. | G. | XII. | Kal. | |
| | A. | XI. | Kal. | |
| XII. | B. | X. | Kal. | |
| I. | C. | IX. | Kal. | |
| | D. | VIII. | Kal. | Cathedra [a] Beati Petri Apoſtoli. |



(1) Cathedra beati Petri Apoſtoli, *nullo addito diſcrimine* Romanæ, *vel* Antiochenæ, *quemadmodum & in S. Gregorii Sacramentario poſt Pamelium, Menardum, atque alios, obſervari facillime poteſt, ut & in Mſs. Baſilicæ Vaticanæ B. 82, B. 87, & F. 23. Neque in toto hocce noſtro Kalendario aliud occurrit Cathedræ Sancti Petri Feſtum: non* XV *Kal. Feb. non* VII *Kal. Maj. non altera quavis anni die. Miſſis innumeris propemodum Martyrologiis, Kalendariis, aliiſque liturgicorum Librorum monumentis, illud idem conſtat & ex aliis a Ven. noſtro Thomaſio vulgatis Antiphonarii, Gradalis, Evangeliarii, Lectionarii locis, in quibus, quum unicum occurrat Cathedræ S. Petri Feſtum, nullo ſigno indigitatur qua nam Cathedra intelligi debeat, an Antiochena, an potius Romana. De illis locis alibi nobis erit opportuna dicendi occaſio. Interea temporis inde confirmari arbitror eam opinionem, qua docetur priſcis temporibus unicum Cathedræ B. Petri Feſtum in Eccleſia Romana celebrari conſueviſſe, in quam opinionem graviſſimis de cauſis ducti iverunt plurimi iique clariſſimi Viri, inter quos numerentur oportet Socii Bollandiſtæ Act. Sanct. Junii Tom V, pag. 459 & 462, Menardus in notis ad D. Gregorii Sacramentarium; Fleuri Hiſtoire Eccleſiaſtique Lib. XXXIV, num. XIII, Joſeph Maria del Pezzo nunc temporis totius noſtræ Congregationis Clericorum Regularium Præpoſitus Generalis, in Opere inſcripto: La Diſeſa de Libri Litrgici della Chieſa Romana, e della Sacra Perſona del Ven. Card. Giuſeppe Maria Tommaſi, cap. II, §. VII, num. VI: quibus merito adjungendus & Cajetanus Cenni Diſſert. de Romana Cathedra inſerta Tom. IV Anaſtaſii, pag. 150 & ſequent. Et quidem illius temporis reſpectu, quo exaratum hocce noſtrum Kalendarium creditur, ſuaderi illud poterit ſuffragio Belethi, quem tradunt circa XII Eccleſiæ ſæculum ſcripſiſſe ſuum Rationale Divinorum Officiorum, ubi cap. 83 referens quomodo a veteribus noſtrum hocce Feſtum inſtitutum fuerit ad aver-*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| IX. | E. | VII. | Kal. | Vigil. Sancti Matthiæ Apoſtoli. |
| | F. | VI. | Kal. | Matthiæ Apoſtoli. [a] Ix. Biſexti. |
| XVII. | G. | V. | Kal. | |
| VI. | A. | IV. | Kal. | |
| | B. | III. | Kal. | |
| XIV. | C. | II. | Kal. | |

a. Iocus

*Præveniens Cathedram, dat tardius* [b] *Alle vacare.*
*Cedit Hyemps retro, Cathedrato Simone Petro.*

b. Alleluja

---

APud Hebræos dicitur *Niſan*; apud Græcos [c] ....
*Martius in prima cum quarta anudit ad ima.*
*Prima nocet multum; nullum dabit altera cletum.*
Martius habet dies XXXI. Luna XXX.

c. Dicitur

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | D. | | Kal. | Martii. |
| | E. | VI. | Nō. | |
| XI. | F. | V. | Nō. | |
| | G. | IV. | Nō. | |
| XIX. | A. | III. | Nō. | |
| VIII. | B. | II. | Nō. | |
| | C. | | Nonas. | |
| XVI. | D. | VIII. | Idus. | |
| V. | E. | VII. | Idus. | Quadraginta Mart. |
| | F. | VI. | Idus. | |
| XIII. | G. | V. | Idus. | *Claves Paſchæ* [1] |

d. IIIa

II. A.

*avertendum malum illum Gentilium morem inferendi cibca hanc diem dapsi ſepulchris mortuorum, eaque agenda ad terminos agrorum, quæ Eccleſia ſanctitas non patitur, uti edocemur ab Auctore ſermonis XV olim inter Auguſtinianos relati, & a can. XXII Concilii II Turonenſis: hæc inquam referens Jean. Belethus, ſubjungit pag. 190, ed. Venet. 1561*: quod quidem quum viri Sancti animadvertiſſent, ac penitus illam conſuetudinem extinguere voluiſſent, inſtituerunt Feſtum de Cathedra Sancti Petri, tam de illa quæ fuit Romæ, quam quæ Antiochiæ, EDQUE ILLO EODEM DIE, quo abominanda illa ab Ethnicis fiebant, at ſolemni hoc Feſto pravæ iſtius conſuetudinis feſtum omnino extingueretur. *Hæc ille, eius accedit ſuffragium Benedicti Canonici in Ordine Romano apud Joannem Mabill. Muſei Italici Tom. II repoſitum. Hic enim code n ſeculo XII diligentiſſime deſcribens ritus feſtorum Romanæ Eccleſiæ agit de Dominicis poſt Octavas Epiphaniæ, nec ullum noſtræ feſtivitatis verbum habet, certiſſimum argumentum ſubjungit memoratus a nobis Cenni, quod feſtum Romanæ Cathedræ in probria ejus Eccleſia ignorabatur. At iis deinde explicatis quæ in Purificatione B. Mariæ Virginis, in Septuageſima, ac Sexageſima ſervari deberent, pag. 133 laudati Muſei de Cathedra S. Petri ſermonem inſtituens, ait*: In Cathedra S. Petri legitur ſicut in die natalis ejus; tamen ad Veſperas & Matutinas Laudes canitur: Ecce Sacerdos magnus &c. *Et noſtro igitur jubente Kalendario, & majorum auctoritate præmunte ſtatuamus neceſſe eſt, unicum olim fuiſſe celebratum Romæ Feſtum Cathedræ B. Petri. Quod dum aſſerimus nos minime latet aliarum Regionum Eccleſias, Gallia potiſſimum atque Hiſpania, jam dia conſuevuſſe duplex Cathedræ Feſtum, ut hodie & Roma colitur, celebrare, quod variis Kalendariorum, Martyrologiorum, aliorumque liturgicorum Librorum locis intelligendis inſervit: illi enim Libri variis nominibus, variſque adjunctis Cathedræ Feſtum exprimunt, uti videri poteſt apud Georgium hac die, qui varia illorum loca collegit. Lucem etiam affundit verbis Pauli IV Romani Pontif. qui in Decreto dato an. MDLVIII pro decernenda feſtivitate Romanæ Cathedræ diei XV Kal. Feb. affirmat ſe eam feſtivitatem de novo non inſtituere, ſed veterem a Patribus ſancitam reſtituere. Qua omnia reſpectu Eccleſiarum extra Urbem & aliarum Nationum intelligi debent.*

(1) Claves Paſchæ: *Idem legit & in Kalendario Ciſtercienſi a Georgio vulgato ad calcem Adonis pag. 710. Qua autem uſurpatione claves inibi ſumantur, confer quæ docet Durandus Ration. Divin. Offic. Lib. VIII, cap. XII.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| II. | A. | IV. | Idus. | Gregorii Papæ. |
| | B. | III. | Idus. | |
| X. | C. | II. | Idus. | |
| | D. | | Idus. | |
| XVIII. | E. | XVII. | Kal. April. | |
| VII. | F. | XVI. | Kal. | |
| | G. | XV. | Kal. | *Sol in Ariete. Primus dies Sæculi.*[1] |
| XV. | A. | XIV. | Kal. | |
| IV. | B. | XIII. | Kal. | Benedicti Abbatis. *Æquinoctium.* |
| | C. | XII. | Kal. | |
| XII. | D. | XI. | Kal. | |
| I. | E. | X. | Kal. | |
| | F. | IX. | Kal. | |
| IX. | G. | VIII. | Kal. | Annuntiatio Beatæ Mariæ; & Conſecratio * Altaris Sancti Petri. |
| | A. | VII. | Kal. | |
| XVII. | B. | VI. | Kal. | |
| VI. | C. | V. | Kal. | |
| | D. | IV. | Kal. | |
| XIV. | E. | III. | Kal. | |
| [a] II. | F. | II. | Kal. | a. III. |

---

APud Hebræos dicitur [b] *Tiar*; apud Græcos [c] ....
*Cui denus cedit, undenus Aprilis obedit.*
*Prima petit tel. q. nona requirit Aprilis.*
Aprilis habet dies xxx. Luna xxviiii.
G. Kal. Aprilis.
[d] IX. A. IV. Nö. d. VI.

b. Jar. c. Xantico.

XIX. B.

* *Conſecratio Altaris S. Petri.* Hæc Conſecratio facta eſt a Calliſto II. qua de meminit Romanus Canonicus in Deſcriptione Baſilicæ Vaticanæ cap. 50. Maffæus Vegius in M.S. opuſculo de rebus antiquis memorabilibus Baſilicæ S. Petri Romæ lib. 2. hæc ſcribit. *Quod* Altare majus S. Petri, *cum nimia poſtmodum vetuſtate hominumque incuria quaſi violatum videretur, optimus tandem Pontifex Calixtus Secundus, optimis quæ adhuc apparent, marmoribus denuo extruxit atque ornavit; & in celebri die Annunciationis B. Mariæ magno cum Epiſcoporum, Sacerdotumque conventu, populorumque applauſu honorifice conſecravit. addita inſuper pro peccatis remiſſione trium annorum, & quidem perpetua, omnibus qui eodem die illuc devote accederent.* Vide Card. Baronium an. MCXXIV. & Joannem Severanum de VII Urbis Eccleſiis.

(1) Primus dies ſæculi, *quo edocemur Mundi creationem verno tempore factam fuiſſe: idem habent & alia Kalendaria bene multa, & inter ea, duo a Muratorio vulgata Part. II, Tom. II Script. Rerum Italic. quorum primum pag. 1028. deinde ad diem X Kal. April. habet:* Adam plaſmatus eſt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| a vacat | [a] XIX. | B. III. | Nō. | Xiſti Papæ & Mart. [1] |
| b XII. | [b] VIII. | C. II. | Nō. | |
| c VIII. | [c] | D. | Nonas. | |
| | XVI. | E. VIII. | Idus. | |
| | V. | F. VII. | Idus. | |
| d vacat. | [d] XIII. | G. VI. | Idus. | |
| e XIII. | [e] | A. V. | Idus. | |
| | II. | B. IV. | Idus. | |
| | | C. III. | Idus. | |
| | X. | D. II. | Idus. | |
| | | E. | Idus. | |
| | XVIII. | F. XVIII. | Kal. Maii. Tiburtii & Valeriani. | |
| | VII. | G. XVII. | Kal. | |
| | | A. XVI. | Kal. | |
| | XV. | B. XV. | Kal. | *Sol in Taurum.* |
| | III. | C. XIV. | Kal. | |
| | | D. XIII. | Kal. | |
| | XII. | E. XII. | Kal. | |
| | I. | F. XI. | Kal. | |
| | | G. X. | Kal. | |
| | IX. | A. IX. | Kal. | Georgii Mart. |
| | | B. VIII. | Kal. | |
| | XVII. | C. VII. | Kal. | Marci Euangeliſtæ. Letan. Majores. |
| | VI. | D. VI. | Kal. | Cleti [2] Papæ & Mart. |
| | | E. V. | Kal. | |
| | XIV. | F. IV. | Kal. | Vitalis Mart. |
| | III. | G. III. | Kal. | |
| | | A. II. | Kal. | |

Apud

(1) *Xiſtum Pontificem Martyrio donatum hac die Aprilis tertia docet Anaſtaſius, & apud Bollandum Aprilis Tom. I. pag. 533 & ſequent. plurimi. Ab aliis vero hujuſce ejuſdem Menſis VIII Idus cum Baronio. Pagius in Baron. ad an. Chriſti CXLII ab omnibus recedit contendens Xiſtum circa diem tertium Julii an. CXXVI martyrium obiiſſe, & quum in liturgicis monumentis vel die tertia Aprilis colitur, vel die ſexta, id ad aliquam ejus tranſlationem referri ait. Hinc pateat cui nam diſſidentium parti noſtrum Kalendarium ſuffragetur.*

(2) Cletus *idem qui & Anacletus apud Adonem, Bedam, atque alios qua veteres, qua recentiores, unde Librariorum errori fortaſſe debetur non levis inter eruditos controverſia de diſtinguendo Cleto ab Anacleto, ſive an potius unus idemque habendus ſit. Controverſiæ modus imponeretur, ſi reſpectu noſtri Kalendarii, in quo & Cletus & Anacletus ſeorſim occurrunt, & ut duo diſtinguuntur, uſurpare liceat, qua hoc loco ait in notis ad Martyrologium Baronius, quod in his quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, major eſt habenda fides ejus alumnis quam ceteris. Conſule Henſchenium, Papebrochium, alioſque Bollandiſtas cum Baronio ad an. 69. n. XLI & ſeq. & ad an. 93, n. I, an. 103, n. II, & ad an. 112, n. I, pugnantes pro diſtinctione Cleti ab Anacleto: & exadverſo Tillemontium Tom. II, pag. 555 Anacletum expungentem una cum Natali Alex. ſæcule I, cap. IX, & Conſtant Epiſt. Romanorum Pontificum pagina 4 & 5 & 10; & in Appendice pag. 4.*

APud Hebræos [a] *Sciban*; apud Græcos [b] *Antimiſeos*.
*Tertius h. aptat Madii, quod ſeptimus aptat.*
*Sexta nimis ſordet, cum vulnera dena remordet.*
Madius habet dies XXXI. Luna XXX.
Madii nox habet horas VIII. dies XVI.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| XI. | B. | | Kal. | Apoſtolorum Philippi & Jacobi. |
| | C. | VI. | Nō. | |
| XIX. | D. | V. | Nō. | * Annutoātō S.Crucis. Alexandri, Sociorumque ejus. |
| VIII. | E. | IV. | Non. | |
| | F. | III. | Nō. | Translatio Corporis Beati Stephani Protomartyris. |
| XVI. | G. | II. | Nō. | Johannis ante Portam Latinam. |
| V. | A. | | Nonas. | |
| | B. | VIII. | Idus. | Michaelis Archangeli. |
| XIII. | C. | [c] XVII. | Kal. Junii. | |
| II. | D. | [d] XVI. | | Gordiani & Epimachi. |
| | E. | [e] XV. | | |
| X. | F. | [f] XIV. | | Pancratii, Nerei, & Achilei. |
| | G. | [g] XIII. | | |
| XVIII. | A. | [h] XII. | | Bonifacii Mart. |
| VII. | B. | [i] XVII. | Kal. Junii. | |
| | C. | [k] XVI. | | |
| XV. | D. | [l] XV. | | |
| IV. | E. | [m] XIV. | | |
| | F. | [n] XIII. | | Potentianæ Virg. [2] |
| XII. | G. | [o] XII. | | |
| I. | A. | [p] XI. | | |
| | B. | [q] X. | | |
| IX. | C. | [r] IX. | | |
| | D. | VIII. | | |
| XVII. | E. | [t] VII. | | Urbani Papæ & Martyris; * & Dedicatio S.Peregrini. |

a. Sibin
b. Artemiſios
* Inventio
c. VII. Idus Maii
d. VI.
e. V.
f. IV.
g. III.
h. II.
i. Idus
k. XVII. Kal. Junii
l. XVI.
m. XV.
n. XIV.
o. XIII.
p. XII.
q. XI.
r. X.
s. IX.
t. VIII.

VI. F.

* *Dedicatio S. Peregrini*. Adhuc extat S. Peregrini Eccleſia prope Baſilicam S.Petri, quæ in antiquis MSS. (teſte Torrigio lib. de Cryptis Vaticanis) appellatur *Eccleſia S. Peregrini extra Portam Viridariam*. Jam olim juris erat Baſilicæ Sancti Petri, ut ex Innocentii III Bulla apparet, relata ab eodem Torrigio. quod juris etiamnum retinent præfatæ Baſilicæ Canonici.

(1) *Eam accipe corporis B. Stephani translationem, quam ſeptima hujuſce menſis die Baronius repoſuit, quaque dicitur ſub Pelagio ſummo Pontifice ſacrum illud corpus Conſtantinopoli Romam allatum fuiſſe. Verum rem illam non ſatis firmis niti fundamentis Baronius ipſe in notis fatetur, quod & pluribus confirmat noſtra Congregationis alumnus Franciſcus Maria De Aſſe notis in ſuum Martyrologium ad eamdem diem. Tillemontius etiam in idem conſentit hanc translationem inter falſas aut dubias recenſens nota VII in S. Stephanum Tom.I, pag.468. Ejus Feſtum expunctum deinde fuiſſe a ritibus Baſilicæ Vaticanæ declarant Kalendaria Mſs.Codd. B.87 & 82 in quibus hujus translationis mentio nulla occurrit.*

(2) Potentiana *eadem qua a pleriſque non ſolum antiquitus, ſed & nunc temporis* Pudentiana *dicitur. Vide ſis Martyrologii Commentatores, atque eos qui Sanctorum Acta collegerunt.*

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| a. VI. | VI. | F. [a] VI. | Eleutherii Papæ & [a] Mart. |
| b. V. | | G. [b] V. | Johannis Papæ & Mart. |
| c. IV. | XIV. | A. [c] IV. | |
| d. III. | III. | B. [d] III. | |
| e. II. | | C. [e] II. | |
| f. I. | XI. | D. [f] I. | Petronillæ Virg. |

---

g. Thamul h. Dæſios

APud Hebræos [g] *Thebat ;* apud Græcos [h] *Deſeos .*

*Cui nil dena dabit , Junii quindena negabit .*
*Lædit quinta cutem ; nulla dat quarta ſalutem .*

Junius habet dies XXX. Luna XXIX.
Junii nox habet horas ſex ; dies XVIII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | E. | Kal. | Nicomedis Mart. [a] |
| XIX. | F. IV. | Nō. | Marcellini , Petri , & Eraſmi Mart. |
| VIII. | G. III. | Nō. | |
| XVI. | A. II. | Nō. | |
| V. | B. | Nonas. | |
| | C. VIII. | Idus. | *Ultimus terminus Pentecoſtes .* |
| XIII. | D. VII. | Idus. | |
| II. | E. VI. | Idus. | |

F. v.

(1) *Notatione dignum quod in noſtro* Kalendario *Eleutherius hic* martyr *dicatur , ut & in Mſs. B. 82, B. 87 , atque E. 23 , qui pridie hujus diei ejus memorium colunt . Anaſtaſius , Ado , Notkerus , auctor Martyrologii ſub nomine Bedæ vulgati , aliique nullam martyrii mentionem pro noſtro Eleutherio faciunt . Baronius ad annum* CXCIV, *ut & in Martyrologio martyrem eum prædicat , quod ut in Annalibus allegatis ait , in antiquis omnibus Martyrologiis martyr reperitur adſcriptus . Quum tamen nullum ex illis Martyrologiis ſingillatim alleget , hinc Florentinius pag.813 , & Bollandiſta ad hanc diem pag.364 ejuſdem opinionem improbant utpote antiquitatis monumento non ſatis roboratam, nec vetuſtiori quam ſit auctoritas Petri de Natalibus, quem floruiſſe conſtat circa annum* MCCCLXXX . *Horum cenſuram refercns Tillemontius Tom.III , pag.64, ait :* Mais à l'egard de S. Eleuthere , quoique Baronius fonde ſon titre de martyr ſur tous les anciens Martyrologes , Bollandus & Florentinius n'en ont rien trouvé de plus ancien que Pierre des Noels . *Hanc tamen notam Clariſſimo Bareuio inuſtam temperaſſent fore ſi ad noſtrum hocce Kalendarium animum advertiſſent .*

(2) *Non dies natalis Sancti Nicomedis qui infra ad* XVII *Kal. Octob. occurrit , hoc colitur , ſed ejus Baſilica , quæ olim erat via Nomentana , Dedicatio : unde Adonis Martyrologium habet hac die :* Dedicatio Sancti Nicomedis martyris & presbyteri, cujus martyrium celebratur XVIII Kalend. Octobris . *Hæc Dedicatio contigiſſe videtur circa annum* DCXVII *ſub Urbano V , de quo ait Anaſtaſius :* Hic perfecit cœmeterium S. Nicomedis & dedicavit . *Una cum cœmeterio & Eccleſiam fuiſſe haud obſcure habes ex eodem Anaſtaſio in Adriano I , Tom.I , pag.268 nov. Ed. Roman. ubi legitur de eo Pontifice .* Eccleſiam beati Nicomedis firam foris portam Numentanam . . . . . quæ a priſcis mateuerat temporibus , a novo renovavit . *Eccleſiam, quam alii Baſilicam nuncupant , ſimul & cœmeterium via Numentana B. Nicomedi dicatam fuiſſe poſt Anaſtaſium invenies & apud Baronium in notis ad* XVII *Kal. Octob. apud Florentinium ad eamdem diem pag.833 , Frontonem ad eam itidem diem , Mabillon. Analect. pag.364 ed. an.1723 , Antonium Boſium Rom. ſubterr. lib.III, cap.XLIV, &, ut alios præteream , apud Georgium in Adonem tum ad hanc diem Junii primam , tum ad* XV *diem Septembris . Quare improbanda videtur ſententia Franciſci Mariæ De Aſte poſt Maurolicum ad diem* XV *Septembris aſſirmantis via Numentanæ non Eccleſiam fuiſſe S. Nicomedi dicatam ſed tantum Altare , majorem enim fidem præ Mauroliceo Anaſtaſius meretur : eo vel maxime quum ille opinionem ſuam nulla ſatis firma ratione niteatur : adducit ſiquidem locum Mſ. Cod. Vallicellani ex Libro IV Rom. ſubterr. cap.21 Arnghii , qui locus affirmat ſolum , Clericum nomine Juſtum collegiſſe Nicomedis corpus , & in horto ſuo juxta muros via Nomentana tumulaſſe : quæ porro neque Eccleſiam , neque Altare aſtruunt .*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | F. v. | Idus. | Primi & Feliciani Mart. [1] |
| x. | G. iv. | | |
| | A. iii. | | Barnabæ Apoſtoli. |
| xviii. | B. ii. | | Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii Mart. |
| vii. | C. | Idus. | |
| [a] xv. | D. xviii. | Kal. Julii. | |
| [b] | E. xvii. | | Viti, Modeſti, & Creſcentiæ. |
| iv. | F. xvi. | | |
| | G. xv. | | *Sol in Cancrum*. |
| xii. | A. xiv. | | Marci & Marcelliani Mart. |
| i. | B. xiii. | | *Solſtitium*. Gervaſii & Protaſii Mart. |
| | C. xii. | | |
| ix. | D. xi. | | |
| | E. x. | | |
| xvii. | F. ix. | | |
| vi. | G. viii. | | Nativ. Sancti Johannis Baptiſtæ. |
| | A. vii. | | |
| xiv. | B. vi. | | Johannis & Pauli Mart. |
| iii. | C. v. | | |
| | D. iv. | | Leonis Papæ. |
| xi. | E. iii. | | Petri Apoſtolorum Principis. |
| | F. ii. | | Pauli, Vas electionis. |

---

A Pud Hebræos [c] *Thamul*; apud Græcos *Panemos*.

*Ter decimus fortis, Julii decimus via mortis.*
*Eſt lupus undena, pariter q°. nona leena.*

Julius habet dies xxxi. Luna xxx.
Nox habet horas viii. dies xvi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| xix. | G. | Kal. Julii. | Oct. Sancti Johannis Baptiſtæ. |
| viii. | A. vi. | Nō. | Proceſſi & Martiniani Mart. |
| | B. v. | Nō. | |
| xvi. | C. iv. | Nō. | |
| [d] | D. iii. | Nō. | |
| | E. ii. | Nō. | Oct. Beati Petri. |
| xiii. | F. | Nonas. | Oct. Beati Pauli. |
| ii. | G. viii. | Idus. | |
| | A. vii. | Idus. | |
| x. | B. vi. | Idus. | SS. vii. Fratrum. Rufinæ & Secundæ. |
| | C. v. | Idus. | |

RESPONS. ET ANTIPH. B XVIII. D.

(1) *Feſta SS. Primi & Feliciani martyrum; S. Barnabæ Apoſtoli; ut & SS. Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii martyrum, vel exſcriptoris oſcitantia, vel typographi vitio prætermiſſa, monente Mſ. B. 79. unde primum Opus vulgatum fuit, ſuis locis reſtituimus.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| XVIII. | D. | IV. | | Naboris, Felicis; & [1] Pii Papæ & Mart. |
| VII. | E. | III. | | Anacleti [2] Papæ & Mart. |
| | F. | II. | | *Dies Caniculares.* |
| XV. | G. | | Idus. | Quirici [3] & Julittæ. |
| IV. | A. | XVII. | Kal. Auguſti. | |
| | B. | XVI. | | Alexii, & Marinæ Virg. |
| XII. | C. | XV. | | *Sol in Leone.* Simphoroſæ cum ſeptem filiis. |
| I. | D. | XIV. | | |
| | E. | XIII. | | |
| IX. | F. | XII. | | Praſedis Virg. |
| | G. | XI. | | Mariæ Magdalenæ. |
| XVII. | A. | X. | | Apolinaris Mart. |
| VI. | B. | IX. | | Chriſtinæ Virg. |
| | C. | VIII. | | Jacobi Apoſtoli; & Chriſtophori. |
| XIV. | D. | VII. | | Paſtoris Presbyteri. |
| III. | E. | VI. | | Pantaleonis Mart. |
| | F. | V. | | Nazarii, Celſi; & Victoris Papæ & Mart. |
| XI. | G. | IV. | | Felicis [4]; Simplicii, Fauſtini & Beatricis. |
| | A. | III. | Kal. | Abdon & Senes. |
| XIX. | B. | II. | Kal. | |

---

v. Iliul in Loco, ſive Lor

APud Hebræos [a] *Eunl*; apud Græcos [b] *Ior*.
*Sexti prima fuit. a fin. ſeda punt.*
*Cuſpid. prima feit. q. ſeptima pdc̃. qrit.*
Auguſtus habet dies XXXI. Luna XXX.
Nox habet horas X. dies XIIII.

VIII. C.

(1) *En vetus monimentum aſtruens S. Pii Pontificis martyrium, quod experebat Tillemontius Tom. II pag. 220 dolens Baronium nullum aliegaſſe vetuſtatis peculiare argumentum, quo tantus honor Pio adjudicetur. Conferantur & quæ adducunt ad id cum XI hujus menſis Bollandiſtæ; atque Fontaninus Hiſtoria Litter. Aquilejen. lib. II, cap. III. §. VI.*

(2) *Vide quæ diximus ſupra ad pag. 6, not. 2.*

(3) Quiricus *idem qui &* Ciricus *in pleriſque Veterum membranis, & editis Adonis, Baronii, aliorumque libris. Nominis ob aliquam vocis ſimilitudinem Antiquariorum inſcitia non infrequens mutatio.*

(4) *Hic ille Felix Romanus Pontifex atque martyr, de quo inextricabiles pene apud eruditos controverſiæ; an ſit qui ejus nominis primus Romanam Sedem rexerit, an potius ſecundus ille, qui Liberio in exilium pulſo in ejus locum ſuffectus eſt. Horum alterutrum aliis omnibus hac die rejectis hoc eoli demonſtrant Martyrologiographi fere omnes, Kalendaria, liturgici libri ad unum propemodum omnes, uti apud Georgium in notis ad Adonem hac die obſervari poteſt. At in eo determinando de pace ſummorum virorum qui contraria opinantur, ſunt qui ita ſubſcribant, quæ ad hanc diem annotavit Jo. Fronto. Nec quemquam moveri debere credunt celebri inſcriptione illius ærei marmoris in Diæceſia SS. Coſmæ & Damiani defoſſa, ut omnes norunt, anno MDLXXXII, in qua de mortuis hominis reliquiis occultabantur, & latereulo lapideo inſeripta erat: CORPUS S. FELICIS PAPÆ ET MARTYRIS QUI DAMNAVIT CONSTANTIUM. Quandoquidem hæc inſcriptio, ajunt, eadem auctoritate niti potuit quando primum facta fuit, qua nitebatur Anaſtaſius Felicem II. Rom. Pontificem & martyrem quum deſcripſit, quemadmodum enim addunt illi, in membranis ſtilo exaratis, errores falſaque opiniones clam irrepſerunt, ita nullus inficias ierit & inciſa marmora falſum ſubinde occupare potuiſſe. Veram de hac re adiri poterunt pro Felice II certantes Baronius, Bellarmanus, Perronius, Gretſerus, Menardus, Henſchenius, Papebrochius &c. Adverſus eumdem vero Chriſtianus Lupus, Natalis Alexander, Tillemontius, Conſtant, & alii.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| VIII. | C. | | Kal. | Auguſti. Petri ad Vincula ; & Machabæorum . |
| XVI. | D. | IIII. | Nō. | Stephani Papæ & Mart. |
| V. | E. | III. | Nō. | Inventio corporis Sancti Stephani Protomart. |
| | F. | II. | Non. | Juſtini Presbyteri & Mart. |
| XIII. | G. | | Nonas. | |
| II. | A. | VIII. | Id. | Transfiguratio [1] Domini . Sixti Papæ , Feliciſſimi & Agapiti . |
| | B. | VII. | Id. | Donati Epiſcopi . [2] *Autumnus oritur* . |
| X. | C. | VI. | Id. | [a] Cyrici , Largi & Smaragdi . |
| | D. | V. | | Romani militis . |
| XVIII. | E. | IIII. | | Beati Laurentii Mart. |
| VII. | F. | III. | | Tiburcii & Suſannæ . |
| [b] VII. | G. | II. | | Eupli & Leucii . |
| XV. | A. | | Idus. | Hippolyti & Concordiæ . |
| IIII. | B. | XIX. | Kal. | Septembr. Euſebii . |
| | C. | XVIII. | | Aſſumptio Beatæ Mariæ Virg. |
| XII. | D. | XVII. | | |
| I. | E. | XVI. | | Oct. Beati Laurentii . |
| | F. | XV. | | Agapiti Mart. *Sol in Virgine* . |
| IX. | G. | XIIII. | | |
| | A. | XIII. | | |
| XVII. | B. | XII. | | |
| VI. | C. | XI. | | Oct. Beatæ Mariæ Virg. & Symphoriani . |
| | D. | X. | Kal. | *Ver fugat Urbanus ; Æſtatem Symphorianus* . |
| XIIII. | E. | IX. | | Aureæ Virg. |
| III. | F. | VIII. | | Bartholomæi Apoſtoli , [3] Sociorumque ejus . |

a Cyriaci

b vacat



(1) *Non eſt ergo a Calliſto III ſollemnitas Transfigurationis Domini primo inſtituta .*

(2) *Notatum Viris doctis Donatum Epiſcopum Aretii in Etruria non in omnibus Martyrologiis , Kalendariis , ac Liturgicis Libris martyrem appellari , ſed aut ſolum Epiſcopum ut in hocce noſtro Kalendario, aut Epiſcopum & Confeſſorem ut in Florentinis Martyrologio . Unde ſuſpicantur alii ut Petrus de Natalibus , & De Ajbe, duplicem hac die Donatum eſſe , martyrem unum Aretinumque Præſulem ; alterum Epiſcopum & Confeſſorem : qua de re vide & Florentinium hac die . De eo qui ab Aretinis ſollemni cultu veneratur patronus , Ado hæc habet : Apud Tuſciam , civitate Aretio , natalis Sancti Donati Epiſcopi & martyris &c. & licet deinde ejus geſta narrant pergat ex illis fontibus hauſta, quæ Baronio judice in notis ad Martyrol. minus ſincera videntur ; nihilominus fateamur oportet eadem Acta olim ſincerisſima fuiſſe , e quibus S. Gregorius Lib. I Dialog. Cap. VII fratri ealiers exemplum deſumpſit , quod fuſe ad hanc diem expendunt Bollandiani . Quare veriſimile non videtur eadem Acta adeo corrupta fuiſſe , ut non martyrem , longa martyrii deſcriptione martyrem repræſentent. Ad hæc Mſs. Codices Baſil. Vatic. F. 23. B. 82 & 87, in quibus Kalendaria initio exhibentur exſcripta , ut videtur, ex noſtro hoc Codice B. 79 illis ſolum additis, quæ ratio temporum requirebat, ajunt : Sancti Donati Epiſcopi & martyris , quod ſuadere poſſet martyris appellationem in Mſ. B. 79 oſcitante illius Librario omiſſam fuiſſe, (quod eidem haud ſemel contigiſſe animadvertes qui integrum Kalendarium pervurrat ) quam appellationem deinde ſequioris evi Antiquarii reſtituerint. Laudari huic etiam poſſet teſtimonium ſæculi octavi ineuntis , Diploma nimirum Luitprandi Longobardorum Regis datum an. DCCXV , quod legitur apud Guidonem de Grandis in Appendice monumentorum de Pandectis Florentinis; atque habet: Flavius Luitprandus præcellens Rex Sanctæ Catholicæ Aretine Eccleſie, in qua corpus Chriſti confeſſoris & martyris requieſcit Donati. Hæc ſane evincunt martyris titulum hæc nobis facile deeſſe Antiquarii ſolum ineruia .*

(3) *Bartholomæum Apoſtolum ſocios in martyrii agone habuiſſe primum hoc loco nobis occurrit , unde potius opinamur Antiquarii vitio quam rei veritate illud appoſitum : & fortaſſe ſcribere ille cogitabat nomina alterius Sancti, cujus memoria eadem hac die coleretur, aut ſequentis diei feſtivitas ejus animis obverſabatur , quum dormitans poſuit , Sociorumque ejus .*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | G. VII. | | *Hic celebratur* * *Feſtum Sancti Peregrini & Sociorum ejus.* |
| | A. VI. | | |
| XIX. | B. V. | | Hermetis, Balbinæ; & Sancti Auguſtini Epiſcopi. |
| a. XI. | C. IIII. | | Decollatio Sancti Johannis Baptiſtæ; & Sanctæ Savinæ. |
| VIII. | D. III. | | Felicis & [1] Audacti. |
| | E. II. | | Paulini Epiſcopi. |

---

a. Theſeri c. Gorpeos ſive Gorpiæos

APud Hebræos [b] *Iraſi*; apud Græcos [c] *Coreos*.
*Terna thatur. Septemb. dena minatur.*
*Tertia Septemb. & quarta dabunt mala mbris.*
Septemb. habet dies XXX. Luna XXX.
Nox habet horas XII. dies XII.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| XVI. | F. | | Kal. Septemb. | Ægidii Abbatis. |
| V. | G. IIII. | | Nō. | Antonii Mart. [2] |
| d. vacat | [d] XIIII. | A. III. | Nō. | |
| c. XIII. | [e] XIIII. | B. II. | Non. | |
| II. | C. | | Nonas. | |
| | D. VIII. | | Id. | |
| X. | E. VII. | | | |

F. VI.

* *Hic celebratur Feſtum S. Peregrini & ſociorum ejus*. Memoria SS. Romanorum Peregrini, ſociorumque Martyrum habetur in Martyrologio Romano VIII. Kal. Septembris, quorum idcirco præſcribitur feſtum in hoc Kalendario Vaticanæ Baſilicæ, quia S. Peregrini Eccleſia eidem ſubjecta erat, ut ſupra diximus. Quare quæ S. Peregrini nomine extat Eccleſia, non in Sancti Peregrini Epiſcopi Antiſiodorenſis (ut vulgo creditur) ſed in Sanctorum Martyrum Peregrini, Sociorumque Romanorum honorem primitus ædificata credenda eſt.

(1) Audacti *ibi pro* Adauati *metatheſi litterarum, ſcribit Fronto hoc loci, ſatis frequente veterum temporibus. Ejuſdem mutationis exempla tibi occurrent in Frontoniano Kalendario, in Sacram. a Blanchino edito pag.* XXXVIII; *ad* III *Kal. Septembris, ubi leges in* natali Sanctorum Adauti & Felicis, *in Capitulare Euangeliorum a Georgio edito Lib.* III *de Liturgia Rom. Pontif. ubi pag.* 275 *&* 276 *invenies:* Natal. Sanctorum Felicis & Audacti. *Ejuſdem rei exempla adhuc quærenti ſatisfacies idem Georgius tum notatione in commendatum Liturg. Rom. Pont. locum, tum etiam hac die in ſuum Adonem. Quo poſtremo loco erudite etiam docet, qua nam fuerit olim via Oſtienſi ſanctorum Felicis & Adaucti Eccleſia; quaque parva quædam edicula an.* MDCXX *detecta ſecus viam, qua a S. Sebaſtiano ad Sancti Pauli Baſilicam ducit, non longe a Calliſti cœmeterio, in qua erat hujuſmodi inſcriptio:* Sanctorum Felicis, Adjuncti, & Emeritæ.

(2) *Omiſſum hoc in prima hujus Operis editione feſtum reſtituimus, & quidem ſervato nomine* Antonii *ut in Mſ. B.* 79 *legitur, cujus loco rectius fortaſſe habent ſæpe a nobis laudati Mſſ. B.* 82, B. 87, *&* F. 23 *ſcribentes pro* Antonio Antoninum, *quod nominis diſcrimen Antiquariorum incuria non debere opinantur eruditorum plurimi. Tanta nihilominus eſt reperta in exemplaribus varietas, ut non deſint qui ſuſpicentur duos Sanctos eoli hac die, vel ſaltem his circiter diebus, quorum alter Antonius dicendus ſit, Antoninus alter. Conſule quæ dicuntur a Baronio hac die, qua a Florentinio, Tillemontio tom.* IV *pag.* 464 *&* 720, *Georgio, & aliis.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | F. | VI. | | Nat. Sanctæ Mariæ ; & Sancti Adriani. |
| XVIII. | G. | V. | | [a] Jordani. [1] |
| VII. | A. | IIII. | | |
| | B. | III. | | Proti & [b] Jacincti. |
| XV. | C. | II. | | |
| IIII. | D. | | Idus. | |
| | E. | XVIII. | Kal. Octb. | Exaltatio S. Crucis. Cornelii & Cypriani. |
| XII. | F. | XVII. | Kal. | Nicomedis Mart. [2] |
| I. | G. | XVI. | | Euphemiæ Virg. Luciæ & Geminiani Mart. |
| | A. | XV. | | *Sol in Libra*. |
| IX. | B. | XIIII. | | |
| | C. | XIII. | | |
| XVII. | D. | XII. | | |
| VI. | E. | XI. | | Matthæi Apoſtoli. |
| | F. | X. | | Mauritii, Sociorumque ejus. |
| XIIII. | G. | IX. | | Lini Papæ & Martyr. Theclæ Virg. |
| III. | A. | VIII. | | |
| | B. | VII. | | Euſtachii Mart. cum uxore & duobus filiis. |
| XI. | C. | VI. | | |
| XIX. | D. | V. | | Coſmæ & Damiani Mart. |
| | E. | IIII. | | |
| VIII. | F. | III. | | Memoria [3] Sancti Michaelis Archangeli. |
| | G. | II. | | Hieronymi Presbyteri. |

a. Gorgonii

b. Hyacinthi

---

APud Hebreos [c] *Marisan*; apud Græcos [d] *Yperbeos*.

*Tertius Octubris nulli decimuſque ſalubris.*
*Quinta dat Octubri q. nona venena colubri.*

Octub. habet dies XXXI. Luna XXVIIII.
Nox habet horas XIIII. dies X.

c. Mareſuan
d. Hyperbetæus

| | | | |
|---|---|---|---|
| XVI. | A. | | Kal. Octob. |
| V. | B. | VI. | Nō. |
| XIII. | C. | V. | Nō. |
| II. | D. | IIII. | Nō. |

E. III.

(1) *Sequior manus illic reſcripſit in noſtro Mſ. B. 79 nomen Jordani, quod recte cenſuit Ven. Thomaſius mendoſe pro Gorgonio poſitum. Et ve quidem vera Gorgonium non Jordanem habent Codd. B. 82, & B. 87. Eumdem Roma celebra:iſſimum eois hac die ab omnibus Martyrologiis atque Kalendariis & Liturgicorum libris comperto eſt. Animadvertendum tamen in Mſ. F. 23 Baſ. Vatic. ad diem ſequentem, nempe* IV *Id. legi*: Sancti Gorgonii martyris, & Sancti Jordani Abbatis & confeſſoris. *An vero & hoc latent Librariorum vitium, quum Jordanis feſtum nec in exemplaribus Hieronymianis occurrat, neque in Adone, neque in Baronio, aut aliis quæ obſervare potuimus, Martyrologiis atque Kalendariis, alteri dijudicandum relinquimus.*

(2) *Videſis quæ de S. Nicomede annotata a nobis ſunt ad diem primam Junii ſupra pag. 8 not. 2.*

(3) *Mſs. B. 82 & F. 23 pro* memoria *ibi præ ſe ferunt*, Dedicatio Baſilicæ Sancti &c. *quemadmodum tam in editis libris quam in veterum membranis plerumque legitur: Ado tamen, Uſuardus, & Martyrologium Romanum parvum aſtipulantur noſtro huic Kalendario, atque habent*: venerabilis memoria Sancti Michaelis &c.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | E. III. | Nō. | |
| | X. | F. II. | Nō. | |
| a. Bacchi | | G. | Nonas. | Sergii, [a] Bacci; & Marci Papæ. |
| | XVIII. | A. VIII. | Id. | |
| | VII. | B. VII. | Id. | Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii. |
| | | C. VI. | | |
| | XV. | D. V. | | |
| | IIII. | E. IIII. | | |
| | | F. III. | | |
| | XII. | G. II. | | Calixti Papæ & Mart. |
| | I. | A. | Idus. | |
| | | B. XVII. | Kal.Novemb. | |
| | IX. | C. XVI. | | |
| | | D. XV. | | Lucæ Euangeliſtæ. *Sol in Scorpione.* |
| | XVII. | E. XIIII. | | |
| | VI. | F. XIII. | | |
| | | G. XII. | | |
| | XIIII. | A. XI. | | |
| | III. | B. X. | | |
| | | C. IX. | | |
| | XI. | D. VIII. | | Chryſanthi & Dariæ. |
| | XIX. | E. VII. | | Evariſti Papæ & Mart. |
| | | F. VI. | | |
| | VIII. | G. V. | | Apoſtolorum Simonis & Judæ. |
| | | A. IIII. | | |
| b. Epiſc. | XVI. | B. III. | | Germani [b] Capuani. |
| | V. | C. II. | | Vigilia omnium Sanctorum. Quintini Mart. |

---

APud Hebræos *Caſleu*; apud Græcos *Dios*.

*Quinta Novemb. obeſt nulli; lux tertia prodeſt.*
*Eſt octavi canis fere quarta videtur inanis.*

Novemb. habet dies XXX. Luna XXX.
Nox habet horas XVI. dies VIII.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | D. | | Kal.Novemb.Feſtivitas omnium Sanctorum; & Cæſarii. |
| XIII. | E. IIII. | | Commemoratio omnium Defunctorum [1] in Vigiliis. |
| | | F. III. | |

(1) In Vigiliis, *hoc eſt in Officio Nocturno Defunctorum. Vigiliæ enim dicebantur olim partes illæ diurni Officii, quæ nunc temporis vulgo* Nocturna *vocantur. Videantur Ven. Thomaſius noſtræ editionis Tom.* II, *pag.* XXXI, *atque Du Cangius voce Vigiliæ Defunctorum. Sæculo nono eam denominationem uſurpatam fuiſſe docemur a can.* 13 *Concil. Tullenſis I* apud Saponarias *dicti, dum ait*: Pro eo qui decefſerit, in ſedibus ſeptenæ Miſſæ, totidemque Vigiliæ Domino perſolvantur. *Eadem appellatio occurrit & in Conſtitut. Lateranenſ. apud Mabillon. Muſei Ital. Tom.* II, *pag.* 581. *Cetera ſæculo Chriſti* XI & XII *promiſcue Defunctorum Officia*, & Vigiliæ & Officium *nuncupata fuiſſe liquet, ex iis quæ adducit memorato nuper loco Du Cangius. Sequiori ævo Officium tantum diei expreſſe tum quilibet teſtari per ſe poteſt, tum etiam apparet ex Breviario Romano Mſ. f.* 62, *quod ſæpe inter Codices Baſilicæ Vaticanæ laudavimus, ubi in Kalendario hac die legitur*: hic ſit Officium generale pro omnibus Defunctis,

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| [a] | F. III. | Nō. | | a. ib. |
| | G. II. | Nō. | | |
| X. | A. | Nonas. | | |
| | B. VIII. | Id. | Consecratio * Altaris Sanctæ Mariæ de [b] Cacell. | b. Cancellis |
| XVIII. | C. VII. | | | |
| VII. | D. VI. | | Sanctorum IIII[or]. Coronatorum. | |
| | E. V. | | Dedicatio [c] Sancti Salvatoris; & Theodori. | |
| XV. | F. IIII. | | [c] Triphi, Respicii, & Sanctæ Nimphæ Virg. | c. Triphonis |
| IIII. | G. III. | | Martini Episcopi & Confessoris. | |
| | A. II. | | Martiri Papæ & Mart. | |
| XII. | B. | Idus. | Johannis Chrysostomi; & Britii Conf. | |
| I. | C. XVIII. | Kal. Decemb. | | |
| | D. XVII. | | | |
| VIIII. | E. XVI. | | | |
| | F. XV. | | *Sol in Sagittarium*. | |
| XVII. | G. XIV. | | Dedicatio Basilicarum Apostolorum Petri & Pauli. | |
| VI. | A. XIII. | | | |
| | B. XII. | | | |
| XIV. | C. XI. | | | |
| III. | D. X. | | Cæciliæ Virg. & Mart. | |
| | E. IX. | | Clementis Papæ & Mart. | |
| XI. | F. VIII. | | Chrysogoni Mart. | |
| XIX. | G. VII. | | Catherinæ Virg. & Mart. | |
| | A. VI. | | | |
| VIII. | B. V. | | | |
| | C. IV. | | | |
| XVI. | D. III. | | Saturnini Mart. | |
| V. | E. II. | | Beati Andreæ Apostoli. | |

Apud

* *Consecratio Altaris S. Mariæ de Cancellis*. Oratorium S. Dei Genitricis à Paulo Papa I. ædificatum in Basilica Sancti Petri prope Oratorium S. Leonis Papæ, & secus fores introitus S. Petronillæ commemorant Anastasius in eodem Paulo, Romanus Canonicus in descriptione Basilicæ S. Petri cap. 13. Panvinus & Severanus de VII. Urbis Ecclesiis, & Torrigius de cryptis Vaticanis; qui ab æneis cancellis, dictum fuisse dicunt *Oratorium S. Mariæ de Cancellis*.

(1) *Scilicet Basilica Sancti Joannis Lateranensis, quæ ut ait Baronius in notat. hac die*, appellata est etiam Basilica Salvatoris, eo quod ipsi Salvatori omnium Jesu Christo Deo vero dicata potissimum esset. *Hanc Dedicationem sollemni ritu primum factam fuisse arbitrantur a S. Silvestro Pontifice ann. CCCXXIII, vel potius CCCXXIV. Tum intervenientis fatis idoneæ caussa renovatam dicunt a S. Gregorio Magno, vel sæculo VIII a Gregorio II, quam tamen secundam Dedicationem insectatur Bellarminus De Indulgentiis lib. I cap. 20: Demum Benedictus XIII optimus Pontifex animadvertens in sacra Historia narrari (uti Franciscus de Vico Episcopus Eleusinus & illius Ecclesiæ Canonicus exponit in* Discursu de nova Lateran. Eccl. Consecratione, *Romæ edito an. Jubilei* MDCCXXV) *haud semel eam Basilicam vetustate vel ex toto, vel magna ex parte dirutam, aut incendiis vastatam, recte statuit in ea Dedicationis Ritum esse iterum renovandum, quod & perfecit anno* MDCCXXVI, *April. die* XXVIII.

[a] Thabet [b] Apellæos

APud Hebræos [a] *Tebeth*; apud Græcos [b] *Apyleos*.
*Hoc dat bis ſena Decimi, quod ſeptima dena.*
*Prima parat luctum; nullum dat ſeptima fructum.*
December habet dies XXXI. Luna XXIX.
Nox habet horas XVIII. dies vero VI.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| XIII. | F. | | Kal. Decemb. | |
| II. | G. | IV. | Nō. | Bibianæ Virg. |
| | A. | III. | Nō. | |
| X. | B. | II. | Nō. | Barbaræ Virg. & Julianæ. |
| | C. | | Nonas. | Sabæ Monachi. |
| XVIII. | D. | VIII. | Idus. | Nicolai Epiſcopi & Confeſſoris. |
| VII. | E. | VII. | Idus. | Ambroſii Epiſcopi & Confeſſoris. Savini Epiſcopi & Mart. |
| | F. | VI. | Id. | |
| XV. | G. | V. | Id. | |
| IV. | A. | IV. | Id. | |
| [c] Id. | B. | III. | [c] | Damaſi Papæ. [1] |
| XII. | C. | II. | Id. | |
| [d] Euſtratii I. | D. | | Idus. | Luciæ Virg. [d] Fuſtratii, Sociorumque ejus. |
| | E. | XIX. | Kal. Jan. | |
| IX. | F. | XVIII. | Kal. | |
| | G. | XVII. | Kal. | |
| XVII. | A. | XVI. | Kal. | |
| VI. | B. | XV. | Kal. | *Sol in Capricornio.* |
| | C. | XIV. | Kal. | |
| XIV. | D. | XIII. | Kal. | *Solſtitium.* |
| III. | E. | XII. | | Beati Thomæ Apoſtoli. |
| | F. | XI. | | |
| XI. | G. | X. | | Gregorii Spoletani. [2] |
| XIX. | A. | IX. | | Vigilia Domini noſtri Jeſu Chriſti. |
| [e] vacat | [e] X. | B. | VIII. | Nat. Domini. S. Anaſtaſiæ; & Sanctæ Eugeniæ. |
| VIII. | C. | VII. | | Stephani Protomartyris. |
| | D. | VI. | Kal. | Johannis Apoſtoli & Euangeliſtæ. |
| XVI. | E. | V. | | Sanctorum Innocentium. |
| V. | F. | IV. | | Sancti Thomæ Archiepiſcopi & Mart. |
| | G. | III. | | |
| XIII. | A. | II. | | Silveſtri Papæ & Confeſſoris. |

## MONITUM AD LECTOREM.

Quo perſpicuitate majore horum Officiorum contextus exhiberetur, ſuppleta ſunt a nobis aliqua; quæ his uncis [ ] fideliter incluſimus diſcretionis gratia.

*Sab-*

(1) *Erat illic in prima editione omiſſum feſtum S. Damaſi Papæ.*

(2) *Agunt de S. Gregorio Spoletano* IX *Kal. Januarii Beda, Ado, Uſuardus, & una cum aliis Baronius: martyrem eum inſuper dicunt; nec tamen in hoc noſtro Kalend. ſolum deſideratur martyris nomen; Vaticanum ſiquidem Kalend. num.* 3006. *hac die ait:* & Sancti Gregorii presbyteri.

*Abbato*[2] *de Adventu cantamus ad Veſperas Ant.* In illa die ſtillabunt; &[2] *ſub ea ſola V Feriales Pſalmos*. ℣. Oſtende nobis Domine. *Ad* Magnificat, *Ant.* Spiritus Sanctus. *Oratio de Adventu. Sed ſi Feſtum ſancti Andreæ in eodem Sabbato venerit, Veſperum de Feſto facimus cum Oratione Apoſtoli: cantamus Ant.* Spiritus Sanctus, ℣. Oſtende nobis Domine, & *Orationem de Dominica.* Adventus Domini.

RESPONS. ET ANTIPH.

C *Ab*

(1) *Abſoluto Kalendario ſtatim in Mſ. B.79 ordi*tur Antiphonarius *iſte nullo præmiſſo titulo. Notum eſt Dionyſium a S. Martha celebrem alumnum Congreg. PP. Maurinorum tom.*III *Operum S.Gregorii pag.*733 *& ſequent. ex Mſ. Cod. Compendienſi ſcripto, ut ipſe doctus editor arbitratur, ſæculo nono inclinante, hujuſce Antiphonarii,licet a noſtro hocce præſenti quam maxime diſſoni, aliud exemplar vulgaſſe an.* MDCCV, *cui in eodem Mſ. Compendienſi litteris uncialibus aureis in area purpurea, & rubris in area alba ſequens inſcriptio aut titulus præmittitur*: IN NOMINE DOMINI JESU CHRISTI. Incipiunt Reſponſoria, ſive Antiphonæ per anni circulum. *Similis fere titulus obſervatur & in Antiphonario Mſ. ſæculi XIII facile inclinantis F.*23,*& in Breviario itidem Mſ. aliquanto recentioris ævi B. 82 Archivi Baſilic. Vatic. in quibus anni circulus inſcribitur*: In nomine Domini: (B. 82, Amen) Incipit ordo Breviarii ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ. *De nominis appellatione ſatis erit hoc loco rememorare* Antiphonarium *vocari ob Antiphonas quas complectitur*; Reſponſoriale *vero ob Reſponſoria. Ab Amalario in Prologo didicimus Romanos olim conſuevisſe in uno libro Antiphonario dicto omnes Antiphonas de anni curſu congerere; in altero vero, quem Reſponſoriale dicebant, omnia Reſponſoria*: ego, *ſubjungit eodem loco idem Amalarius*, ſecutus ſum noſtrum uſum, & poſui mixtim Reſponſoria & Antiphonas ſecundum ordinem temporum, in quibus ſollemnitates noſtræ celebrantur. *Hunc Gallorum morem ſubſecutis deinde temporibus & apud Romanos obtinuiſſe vel præſens noſtrum exemplar abunde demonſtrat.*

(2) *Sub unica Antiphona,quæ eſt prima de matutinis Laudibus hujus Dominicæ,quinque Pſalmi feriales Veſperi Sabbati cantabantur*: qua antiphona finita, *aut hoc loco* Benedictus Canonicus *apud Mabillon. tom.*II *Muſei Ital. pag.*119, dicitur verſus: Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. Ad Magnificat: Spiritus Sanctus in te deſcendit Maria. Finita antiphona dicitur oratio. *En quæ olim fuerit integra Veſpertini curſus hujuſce diei apud veteres ratio: Nullum heic memoratur Capitulum, nulla Hymni occurrit mentio. Quorum nec leve quidem veſtigium habemus in aliis Antiphonariis hactenus vulgatis, aut ex Mſ. Codice S. Galli,ut infra in præſenti volumine: aut de Compendienſi Mſ. ut in nova S. Gregorii Operum Maurinorum editione. In aliis Mſs. Codd. Baſilicæ Vaticanæ,a nobis haud ſemel jam memoratis,habentur Capitulum & Hymnus, ut in vulgato noſtro Breviario, ſed illi Codices ad ea tempora referuntur. quibus jam ab Eccleſiis Urbis Antiphonaria ſublata erant. Hinc liturgicarum rerum ſtudioſis inquirendum relinquimus, quo loco haberi mereantur, quæ a non paucis ſcribuntur aut de veterum Antiphonariis curſus Ordinem incipientibus a Capitulo in primis Veſperis Sabbati ante primam Adventus Dominicam: aut de ve erum conſuetudine Capituli & Hymni in Veſpertinis Horis reſpectu.*

Adventus Domini.

*Ab hoc die intermittimus commemorationem Apoſtolorum Petri & Pauli uſque poſt Oct. Epiphaniæ.*

DOMINICA I DE ADVENTU DOMINI

*Statio ad Sanctam Mariam Majorem ad Præſepe.*

*Iſtud Invitatorium cantamus eo die ad Matutinum uſque in Vigil. Natal. Domini, exceptis Feſtivitatibus Sanctorum.*

Regem venturum Dominum, venite adoremus. [ *Pſ.* ] Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Mariam Virginem, deſponſatam Joſeph. [2] *Pſal.* Beatus vir. [ *Pſ.* ] Quare fremuerunt. [ *Pſ.* ] Domine quid. [ *Pſ.* ] Domine ne in.

*Ant.* Ave Maria gratia plena, benedicta tu inter mulieres. *Pſalm.* Domine Deus meus. [ *Pſ.* ] Domine Dominus noſter. [ *Pſ.* ] Confitebor. *Pſ.* In Domino confido.

*Ant.* Ne timeas Maria, invenifti gratiam apud Dominum: ecce, concipies & paries Filium. alleluja. *Pſ.* Salvum me fac. [ *Pſal.* ] Uſquequo. [ *Pſ.* ] Dixit inſipiens. [ *Pſ.* ] Domine quis.

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

℟. Et Salutare tuum da nobis. [1]

*Ad Matutinum prior & ſecundus* [2] *incipiunt primum Reſponſorium, & cantant omnes Verſus ejuſdem Reſponſorii,* & Gloria Patri: *ſimiliter tertius & quartus ſecundum Reſponſorium; item quintus & ſextus tertium Reſponſorium: & ſic bini & bini (ſicut ſunt ordinati) cantent cætera Reſponſoria ejuſdem Matutini. Verumtamen tria prima Reſponſoria, poſtquam denuntiata ſunt, a Choro (cujus eſt Cantus) reincipiantur, & uſque ad Verſus cantentur: & Verſus & Repetendæ* [3] *cantentur, ſicut notatæ ſunt: poſt* Gloria Patri, *incipiantur a capite. Alia quinque Reſponſoria cantentur, ſicut in aliis diebus conſuevimus.*

(A) ℟. Aſpiciens [b] a longe, ecce video Dei potentiam venientem, & nebulam, totam terram tegentem. Ite obviam ei, & dicite. Nuntia nobis, ſi tu

(a) XII Pſalmi. Amalarius de Ordine Antiphon. cap. 1. (b) Amal. de Ord. Ant. cap. 8, item in Prologo.

(A) ℟. *Aſpiciens a longe &c.* Tres olim Verſus habebat hoc ℟. in Antiphonario Metenſi Roma tranſmiſſo. Amalarius in Prologo de ordine Antiphonarii, Honorius Auguſtodunenſis in Gemma animæ lib. 3, cap. 1. Sæculo tamen IX cum duobus tantum Verſibus cantabatur in Eccleſia Romana. Amalarius loco citato.

(1) *Benedictus Canonicus loc. cit. hæc ait*: Tres lectiones leguntur de Iſaia propheta. Prima lectio: Viſio Iſaiæ.

(2) Prior & ſecundus, *ſcilicet de Canteribus, quorum ſcholam olim Roma celebrem, ſummorumque virorum ſcriptis commendatam, adhuc XIII Chriſti ſæculo viguiſſe colligit poſt Caſarem Raſponum Cardinalem lib. II cap. IV de Baſilica Lateranenſi clariſſimus alter Cardinalis Bona, Rerum Liturgicarum lib. I, cap. XXV ſub finem. Benedictus Canonicus noſtrum hunce locum ſequentibus explicat verbis*: Prior & ſecundus cantant reſponſorium primum ante altare cum omnibus verſibus, & repetendis uſque ad finem. Tertius & quartus ſecundum reſponſorium ſicut prius; quintus & ſextus tertium reſponſorium.

(3) Repetendæ *ea Reſponſorii partes, quæ poſt verſum ſive verſiculum repetuntur. Benedict. Canonic. enucleatius hanc rubricam exponit, dicens*: Reſp. *Aſpiciens a longe*, quo finito dicitur Verſ. *Quique terrigenæ*, totum: deinde repetenda, *Ite obviam & dicite*. Verſ. *Qui regis Iſrael intende*, totum: repetenda, *Nuncia nobis ſi tu es ipſe*. Verſ. *Tollite portas, principes, veſtras*, totum: repetenda, *Qui regnaturus es in populo Iſrael. Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto*. Incipit a capite. *Aſpiciens a longe*.

ſi tu es ipſe, qui regnaturus es in populo Iſrael. ℣. Quique terrigenæ & filii hominum, ſimul in unum dives & pauper. Ite obviam. ℣. Qui regis Iſrael, intende; qui deducis, velut ovem, Joſeph; qui ſedes ſuper Cherubim. Nuntia. ℣. Tollite portas, Principes, veſtras, & elevamini portæ æternales. & introibit [a]. Qui regnaturus. Gloria Patri. Aſpiciens.

[b] ℟. Aſpiciebam in viſu noctis; & ecce, in nubibus cæli Filius hominis [1] veniebat; & datum eſt ei regnum & honor. Et omnis populus, tribus & linguæ ſervient ei. ℣. [2] Poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur; & regnum ejus, quod non corrumpetur. Et datum. ℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Et omnis. Gloria Patri. Aſpiciebam.

[c] ℟. Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Mariam Virginem deſponſatam Joſeph, [3] nuntians ei verbum: & expaveſcit Virgo de lumine. Ne timeas Maria; inveniſti gratiam apud Dominum. Ecce, concipies & paries; & vocabitur Altiſſimi Filius. ℣. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Ecce, concipies. ℣. Dabit ei Dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum. Et vocabitur. Gloria Patri. Miſſus eſt.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* [4] Angelus Domini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto. alleluja. [*Pſ.*] Conſerva me. *euouae*. Adventus Domini.

*Ant.* Antequam convenirent, inventa eſt Maria, habens in utero de Spiritu Sancto. alleluja. [*Pſ.*] Exaudi Domine. *euouae*.

*Ant.* Dabit ei Dominus Deus ſedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum. [*Pſ.*] Diligam te. *euouae*.

℣. Veni ad liberandum nos, Domine [Deus] Virtutum.

℟. Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. [e]

[d] ℟. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; quod enim ex te naſcetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. ℣. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus, dixit ei. Spiritus.

℟. Suſcipe (A) verbum Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum tranſmiſſum eſt: concipe in utero Deum [e] paries & hominem, ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Paries quidem Filium, & virginitatis non patieris detrimentum: efficieris gravida, & eris mater ſemper intacta. Ut benedicta.

[f] ℟. Salvatorem expectamus Dominum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configura-

C 2 tum

*a.* Rex gloriæ. *b.* Amal. cap. 8. *c.* Amal. cap. 8. *d.* Amal. cap. 8. *e.* pariter. *f.* Amal. cap. 8.

(A) ℟. *Suſcipe &c.* Ex Romano Antiphonario laudat Amal. cap. 8.

(1) *Mſ. B. 79.* Filius hominis venit, & datum eſt ei &c.

(2) *Apud Benedict. Canonic. primus in ordine eſt* ℣. Ecce Dominator &c. *ſecundus* ℣. *iſte*: Poteſtas ejus, poteſtas æterna.

(3) *Mſ. B. 79*, annuntians ei verbum &c.

(4) *Aliqua hoic eſt in hiſce Antiphonis & illis tertii Nocturni ordinis variatio apud Benedict. Canonic. Prima enim II Noct.* Ecce Ancilla Domini, *qua in noſtro Antiphonario eſt III Noct. prima; ſecunda qua prima, tertia vero qua ſecunda. Et in Tertio Noct. qua hoic tertium locum tenet, ibi prima eſt, qua ibi nobis prima ſecunda ponitur: tertia demum qua ſecunda.*

(5) *Bened. Can. hoc loci*: tres lectiones leguntur de Sermone Sancti Auguſtini, & Sancti Leonis, & tria reſponſoria cantantur ſicut mos eſt.

Adventus Domini.

tum corpori claritatis ſuæ. ℣. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei. Qui reformabit.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundum verbum tuum. *Pſal.* Cæli enarrant. *euouae.*

*Ant.* Beata es Maria, quæ credidiſti Domino; perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi, a Domino. [*Pſ.*] Exaudi.

[*Ant.*] Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem reſpexit Dominus. [*Pſ.*] Domine in.

℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus.

℟. Deus noſter manifeſte veniet [a]

[a] ℟. Ecce, Virgo concipiet & pariet filium, dicit Dominus. Et vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Deus, Fortis. ℣. Super ſolium David & ſuper Regnum ejus ſedebit in æternum. Et vocabitur.

[b] ℟. Audite verbum Domini Gentes; & annuntiate illud in finibus terræ. Et in inſulis, quæ procul ſunt, dicite: Salvator noſter adveniet. ℣. Annuntiate, & auditum facite; loquimini, & clamate. Et in inſulis.

℟. Lætentur cæli, & exultet terra; jubilate montes laudes; quia Dominus noſter veniet, & pauperum [c] tuorum miſerebitur. ℣. Ecce Dominator Dominus cum virtute veniet. Et pauperum. [a]

℟. Obſe-

*a.* Amal. cap. 8. *b.* Amal. cap. 8. *c.* ſuorum.

(1) *Benedict. Can. hoic.* Duæ lectiones de epiſtola, tertia de homilia. *Mabillonius ad hunc locum arbitratur loqui de epiſtola ſancti Leonis Magni ad Flavianum, quod de illa epiſtola in eodem Ord. Benedict. Canon. deſumantur quarta & quinta lectio in Dominica III Adventus.*

(2) *Benedict. Can. poſtquam de Lectionibus III Nocturni egit, ſubjungit:* quibus finitis, cantatur *Te Deum laudamus:* quo finito incipiunt matutinæ laudes, & Antiphona *In illa die &c. Id in qualibet de Adventu Dominica in eo Ordine præcipitur: & in tertia Dominica inſuper jubetur, ut hymnus* Te Deum laudamus *cantetur ad nocturnas Stationis Vigilias, ut & in noſtro hocce Antiphonario infra obſervari poterit. Ut hæc cum noſtro Antiphonario componantur animadvertendum IX Chriſti ſæculo moris fuiſſe nonnullarum Eccleſiarum Adventus Dominicas celebrare retentis quibuſdam lætitiæ ſignis, ut* Te Deum laudamus *ad nocturnas Vigilias, & hymno Angelorum* Gloria in excelſis Deo *ad Miſſam. Ven. noſter Thomaſius in ſcholiis ad rubricas Dominicæ tertiæ Adventus, prolatis veterum doctrinis atque exemplis, illud invicte in ſequentibus hujuſce libri paginis demonſtrat. Quæ de re videſis etiam Dom. Georgium De Liturg. Rom. Pontif. lib. III, cap. XIII, Tom. II, pag. 96 & ſequentibus. At de Eccleſia Romana lis hoc loci excitari poſſet, eadem lætitiæ ſigna per Adventum retinuerit, nec ne? & quidem reſpectu hymni* Te Deum laudamus, *miſſis argumentis a Scriptoribus noni & decimi ſæculi derivatis, ut & ab antiquiſſimo primo Ordine Romano apud Mabil. pag. 18, quorum nullum tanti eſſe videtur, quod certiſſime aſſeruat morem aliquem perpetuum atque conſtantem aut uſurpati a Clericis Romanis aut prætermiſſi illius hymni, ex XII ſæculi monimentis hoc dubitandi occaſio enaſcetur. Quandoquidem Benedictus Canonicus, uti obſervatum a nobis eſt, illum cantari affirmat: contra noſter hic Antiphonarius prima atque ſecunda & quarta Adventus Dominica prohibere videtur, quum nonum ponat Reſponſorium, nec cantari præcipiat, licet in tertia Dominica ad nocturnas Stationis Vigilias illum retineat, ut ex ſequentibus conſtabit. Ad hæc Cencius initio ſui Ordinis de Adventu agens diſerte ait:* nec canitur *Te Deum laudamus*, niſi in præcipuis feſtis. *Propoſuit ergo a Bened. Can. in omnibus Adventus Dominicis; in una ſolum pro parte retinet noſter Antiphonarius; nulla facta reſtrictione, ſed univerſim cantari vetat Cencius. Quid igitur? Quum affirmet Thomaſius veterem morem retinendi Adventus tempore aliqua lætitiæ ſigna, atque inter iſta,* Te Deum laudamus, *uſque ad XII ſæculum in Eccleſia Romana perduraſſe; ipſius ſententia eſt ante XII ſæculum eum morem in eadem viguiſſe. At qua ratione quum illius ſæculi Romani Ordines atque Antiphonarius ſibi mutuo contradicant? Si lubeat, hanc proponimus conjecturam, nec tamen errandi timore prorſus expertem: conjicimus ergo olim obtinuiſſe ad dimidium uſque duodecimi ſæculi, aut circiter, ut hymnus* Te Deum laudamus *in Adventu caneretur: deinde inclinante eodem ſæculo eumdem hymnum paullatim omitti cœpiſſe, primo quidem non omnino, retinebatur in tertia Dominica: demum eodem ſæculo ad finem*

[a] ℟. Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es: vide afflictionem populi tui: ſicut locutus eſt [b], veni, & libera nos. ℣. A ſolis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Veni.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* In illa die ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel. allel. *Pſalm.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Jocundare filia Sion, [1] & exulta ſatis filia Hieruſalem. alleluja. *Pſal.* Jubilate. *euouae.*

[*Ant.*] Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo; & erit in die illa lux magna. alleluja. [*Pſ.*] Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Omnes ſitientes venite ad aquas: quærite Dominum, dum inveniri poteſt. alleluja. *Pſ.* Benedicite omnia. *euouae.*

*Ant.* Ecce, veniet Propheta magnus; & ipſe renovabit Hieruſalem. alleluja. [*Pſ.*] Laudate. *euouae.* Adventus Domini.

℣. Egredietur Dominus de loco ſuo.

℟. Ut veniat, & ſalvet populum ſuum.

*Hoc die* (A) *antiphonamus.*

*Ant.* Spiritus Sanctus in te deſcendet, Maria; ne timeas, [c] habens in utero Filium Dei. alleluja. *Pſ.* Benedictus. ℣. Et ingreſſus (B) Angelus ad eam [dixit.]

*Ant.* Ecce Dominus noſter cum virtute veniet, & ipſe auferet jugum captivitatis noſtræ. Gloria. (C) *euouae.*

Ave Maria. Beata es Maria. *Ambæ iſtæ Antiphonæ requirantur retro; prima in primo Nocturno, ſecunda in III Nocturno.*

*Infra Hebdomadam cantamus Nocturnum de Pſalmiſta cum ſuis Antiphonis;*

*a.* Amal. cap. 8. *b.* ei. *c.* habebis.

(A) *Hoc die antiphonamus.* Antiphonare eſt repetere Antiphonam ad ſingulos quoſque verſus Cantici vel Pſalmi ut in Præfatione attigimus.

(B) ℣. *Et ingreſſus &c.* Hic ℣. ex eorum eſt genere, qui in Antiphonariis Miſſæ dicuntur *Verſus ad reſpondendum*, ſive *repetendum*: dicebaturque poſt Canticum vel Pſalmum ab uno Choro, altero poſtea Antiphonam repetente, ut in Præfatione diximus.

(C) *Gloria. euouae.* Haud raro *Gloria Patri* Antiphonis ſubjungitur in hoc Antiphonario, quo deſignatur antiquus mos Antiphonæ modulandæ, cum ſine Cantico dicebatur vel Pſalmo (ſicut in Commemorationibus fieri ſolet) una cum ℣. *Gloria Patri* & ℣. *Sicut erat*. vide Lanfrancum in Decretis pro Ordine S. Benedicti ſectione 2.

*nem vergente omiſſum prorſus fuiſſe proferimus. Hac conjectura, qua temporum ratione confirmatur, ſi tamen probetur, componi ad ſe invicem videntur, qua ſibi contradicentia apparent. Ordo enim Bened. Canon. notante Clariſs. Mabillon. Muſei Ital. Tom. II, pag. 118 ſcriptus fuit ante annum* MCXLIII, *quo tempore adhuc vigebat mos canendi per Adventum* Te Deum laudamus. *Noſter hicce Antiphonarii liber, ipſius Thomaſii judicio in ſua ad illum Præfat. exaratus eſt per illud temporis quod fluxit inter Alexandrum III atque Gregorium IX Pontifices, hoc eſt, poſt an.* MCLX. *Demum Cencii Opus ex Onuphrii Panvinii animadverſione librarii operam exercuit Celeſtino III Pontificatum gerente, ſub finem nempe ſæculi XII, quum ejuſdem Cencii auctoritate fulti credimus a moribus Romanæ Eccleſiæ omnino receſſiſſe, ut in Adventu hymnus non ſemel memoratus caneretur. Hac eadem noſtra conjectura non ſolum laudati Ordines ad rationem præſentis Antiphonarii componuntur, ſed & altero argumento ætas propemodum figitur, qua hicce Mſ. B. 79 Baſilicæ Vaticanæ ſcriptus dicitur; & Ven. Thomaſii ſententia confirmatur.*

(1) *Mſ. B. 79.* Jocundare filia Sion, exulta ſatis &c. *omiſſa copulandi vocula.*

Adventus Domini.

*phonis ; ℣. & Reſponſoria de Adventu. Expleta* (A) *Hiſtoria, reincipimus* (B) *ſecundum Reſponſorium. Laudes* (C) *& Veſperas ſub prima Antiphona Laudum. Ad* Benedictus, *&* Magnificat, *Ant.* Spiritus Sanctus, *vel alias ſequentes, cum Oratione præteritæ Dominicæ. Deinde cantamus Ant.* Miſſus eſt. ℣. Ave Maria. *Oratio.* Deus, qui de beatæ Mariæ. *poſtea Ant.* Ecce, [a] Deus veniet. ℣. Ecce apparebit Dominus. *Oratio.* Conſcientiam.

*Commemorationem B. Mariæ & omnium Sanctorum cotidie facimus uſque ad VI Feriam ante Nativitatem Domini.*

*Primam* (D) *cantamus ſub ſecunda Antiphona Laudum; Tertiam ſub tertia; Sextam ſub quarta; Nonam ſub quinta. Et ſic facimus de omnibus Hiſtoriis, excepta Hiſtoria Pſalmiſtæ, quæ per omnes Horas habet proprias Antiphonas.*

---

*Statio*[1] *ad Hieruſalem.*

DOMINICA II DE ADVENTU.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Expectabo Dominum Salvatorem

a. Dominus.

(A) *Expleta Hiſtoria.* Hiſtoria hoc loco ſumitur pro tota ſerie Reſponſoriorum ad Dominicam I de Adventu pertinentium. Radulphus Tungrenſis lib. de obſervantia Canonum propoſ.XII, *Antiphonæ*, inquit, *& Reſponſoria ad unum diem vel obſervationem pertinentia, vocantur Hiſtoria.*

(B) *Reincipimus ſecundum Reſponſorium.* Radulphus propoſ.XII : *In Romano uſu primum Dominicale* Reſponſorium *nunquam repetitur in feriis; ſed omnibus* Reſponſoriis *expletis, ſi ſit feria, incipitur a ſecundo.*

(C) *Laudes & Veſperas ſub prima Antiphona Laudum &c.* In Vigiliis nocturnis, Laudibus matutinis ac Veſperis numquam prætermittendus eſset conſuetus Antiphonarum numerus juxta veterem Officiorum decorem. Vide Radulphum propoſ.x, & xv. Qua de re ſemel hic admonuiſſe Lectorem ſufficiat, ne id ſæpius repetere cogamur.

(D) *Primam cantamus ſub ſecunda Antiphona Laudum &c.* Ex libris Amalarii apparet antiquitus ad Primam, III, VI, IX, & Completorium non conſueviſſe Antiphonas decantari : ob eam (ut puto) cauſam ut diurnarum horarum Officia minora brevius perſolverentur a Clericis, ad alias etiam curas diſtentis. Res enim erat aliquantum prolixior juxta antiquum Ritum, antiphonam repeti ad ſingulos Verſus Pſalmorum, ut diximus olim conſueviſſe antiquos Antiphonas omnes modulari. Hinc apparet ratio quam ob rem S. Benedictus in minoribus Monachorum cœtibus horas illas minores ſine Antiphona cantari permiſerit; ne longioribus nimirum cantibus exiguus cantantium numerus fatigaretur. Alias nihil cauſæ eſſe potuiſſet Antiphonæ prætermittendæ in minoribus congregationibus; ſi tantum ſemel decantaretur Antiphona in quovis prædictarum Horarum Officio. Nulla præterea extat Antiphonæ mentio in ordine Romano ad Curſus Diurnos, exceptis Veſperis. Vide in Appendice pag.388, col.1, pag.396, col.1, & pag.405, col.1.[2]

(1) *Bened. Can.* Statio ad Jeruſalem in palatio Suſurriano, *quod idem eſt, ac* in palatio Seſſoriano, *quemadmodum ex eodem Ordine pag.135 liquido conſtat. In veteri deſcriptione Regionum Urbis apud Mabillon. Analect. pag.365, ed. an.* MDCCXXIII *illud palatium dicitur* palatium juxta Hieruſalem : *hoc eſt, juxta Baſilicam Sanctæ Crucis in Hieruſalem, ut in Indice Stationum ab eodem Mabillon. e veterum membranis vulgato, ſicuti omnes norunt, Muſei Ital. Tom.*II, *pag.*144, *habetur in hac Dominica Adventus* II, Statio ad Sanctam Crucem. *Eam Baſilicam olim dictam fuiſſe* in Suſurio, *ſive* in Suxurio *& ex Mſ. membranaceo* DCC *annorum ad laudatum Analect. locum collegit dotius eorum editor, addita ad paginæ calcem nota, quam videſis.*

(2) *Intellige prima hujuſce operis editionis.*

torem meum, & præſtolabor eum, dum prope eſt. alleluja. *Pſ.* Beatus vir. *euouae*. *Pſ.* Quare fremuerunt. *Pſ.* Domine quid. [*Pſ.*] Domine ne.

*Ant.* Paratus eſto Iſrael in occurſum Domini, quoniam veniet. *Pſ.* Domine Deus meus. *Pſ.* Domine Dominus. *Pſ.* Confitebor. *Pſ.* In Domino.

[*Ant.*] A finibus terræ laudes [a] audimus, gloria Juſti. [*Pſ.*] Salvum me fac. [*Pſ.*] Uſquequo. *Pſ.* Dixit inſipiens. *Pſ.* Domine, quis.

℣. Super te, Hieruſalem, orietur Dominus.

℟. Et gloria ejus in te videbitur.

[b] ℟. Hieruſalem, cito veniet ſalus tua: quare mœrore conſumeris? numquid conſiliarius non eſt tibi, quia invovavit te dolor? Salvabo te; & liberabo te: noli timere. ℣. Iſrael, ſi me audieris, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum; ego enim Dominus. Salvabo.

[c] ℟. Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo; & erit in die illa lux magna: & exibunt de Hieruſalem, ſicut aqua munda; & regnabit Dominus in æternum ſuper omnes Gentes. ℣. Ecce, Dominus cum virtute veniet; & regnum in manu ejus, & poteſtas & imperium. Super.

℟. Hieruſalem ſurge, & ſta in excelſo, & vide jocunditatem, quæ veniet tibi a Deo tuo. [℣.] Leva in circuitu oculos tuos, & vide, & contemplare. Jocunditatem.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Hieruſalem reſpice ad Orientem, & vide. alleluja. *Pſ.* Conſerva. *euouae*.

[*Ant.*] Super te, Hieruſalem, orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur. *Pſ.* Exaudi Domine. *euouae*. Adventus Domini.

*Ant.* De Sion veniet, & ad Hieruſalem dabit vocem ſuam. alleluja. [*Pſ.*] Diligam te. *euouae*.

℣. Oſtende nobis.

℟. Et Salutare.

[d] ℟. Civitas Hieruſalem noli flere, quoniam doluit Dominus ſuper te; & auferet a te omnem tribulationem. ℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Et auferet.

[e] ℟. Sicut mater conſolatur filios ſuos, ita conſolabor vos, dicit Dominus; & de Hieruſalem civitate quam elegi, veniet vobis ſalvatio. Et videbitis, & gaudebit cor veſtrum. ℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo. Et videbitis.

℟. Ecce veniet Dominus, protector noſter, Sanctus, Iſrael, Coronam regni habens in capite ſuo. ℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Coronam.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Sion renovaberis, & videbis Juſtum tuum, qui venturus [f] & in te. [*Pſ.*] Cæli enarrant. *euouae*.

*Ant.* Levabit Dominus ſignum in nationibus, & congregabit diſperſos Iſrael. [*Pſ.*] Exaudiat te. *euouae*.

*Ant.* De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem. alleluja. [*Pſ.*] Domine in virtute. *euouae*.

℣. Veni ad liberandum nos, Domine Deus Virtutum.

℟. Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.

[g] ℟. Egredietur Dominus de Samaria ad portam, quæ reſpicit ad Orientem, & veniet in Bethlehem, ambulans ſuper aquas redemptionis Judæ.

Tunc

*a.* audivimus, gloriam. *b.* Amal. cap. 9. *c.* Amal. cap. 9. *d.* Amal. cap. 9. *e.* Amal. cap. 9. *f.* eſt. *g.* Amal. cap. 9.

Adventus Domini.

Tunc ſalvus erit omnis homo ; quia ecce veniet. ℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus, de monte umbroſo & condenſo. Tunc.

[a] ℟. Hieruſalem plantabis vineam in montibus tuis ; exultabis, quoniam dies Domini veniet : ſurge Sion, convertere [1] ad Dominum Deum tuum : gaude & lætare Jacob ; Quia de medio Gentium Salvator tuus veniet. ℣. Exulta ſatis filia Sion ; jubila filia Hieruſalem. Quia de.

[b] ℟. Rex noſter adveniet Chriſtus, quem Joannes prædicavit Agnum eſſe venturum. ℣. Super ipſum continebunt reges os ſuum, ipſum gentes deprecabuntur. Quem Joannes.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Ecce in nubibus cæli Dominus veniet cum poteſtate magna. alleluja. [*Pſ.*] Dominus regnavit. *euouae*.

*Ant.* Urbs fortitudinis noſtræ Sion ; Salvator ponetur in ea murus & antemurale : aperite portas, quia nobiſcum Deus. alleluja. ]*Pſ.*] Jubilate. *euouae*.

*Ant.* Ecce apparebit Dominus, & non mentietur : ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniet, & non tardabit. alleluja. [ *Pſ.*] Deus Deus meus. *euouae*.

*Ant.* Montes & colles cantabunt coram Deo laudem, & omnia lingua ſilvarum plaudent manibus; quoniam veniet Dominator Dominus in regnum æternum. alleluja. *Pſ.* Benedicite omnia. *euouae*.

*Aut.* Ecce, Dominus noſter cum virtute veniet, ut illuminet oculos ſervorum ſuorum. [*Pſ.*] Laudate. *euouae*.

℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus.

℟. Deus noſter manifeſtè veniet.

*Hac die antiphonamus.*

*Ant.* Super ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit in æternum. alleluja. *Pſ.* Benedictus. [℣.] Ut confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia, amodo & uſque in ſempiternum.

*Ant.* Ite, dicite Joanni : Cœci vident, & ſurdi audiunt, muti loquuntur, & claudi curantur. Gloria. *euouae*.

*Ant.* Joannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es, qui venturus es ? an alium expectamus ? [*Cant.*] Magnificat. *euouae*. [c]

---

*Sabbato de* Gaudete, [ *ad Veſperas*, ] * *& Pſalmis Dominicalibus*. *Ant.* Veniet Dominus, & non tardabit, *cum omnibus Antiphonis Laudum, & Pſalmis Dominicalibus*. Laudate Dominum omnes Gentes, *eſt quintus Pſalmus*. ℣. Veni Domine, & noli tardare.

*Ant. ſuper Cantic.* Ecce veniet Deus & homo.

*Dominica de* Gaudete. *Statio* (A) *eſt in Ba-*

a. Amal. cap. 9. ubi ait : *de Hieremia conſolatur captivos qui erant in Babylone*. b. Amal. cap. 11. c. *In Feriis hebdomad.* II *in Antiphonario Romano erat Antiphona* : Benedicta tu inter mulieres, *quæ non videtur fuiſſe in Metenſi, ideſt antiquiori Romano*. Amal. cap. 9.

(A) *Statio &c.* Inter nocturnas Stationes Eccl. S. Petri Dominica III de Adventu numeratur a Romano Canonico de Baſilica B. Petri c. 53. Extat plenior harum Vigiliarum ritus apud eumdem Benedictum Canonicum in ſuo Rituali Romano ſcripto XII ſæculo, & apud Cencium Camerarium ; quorum editionem expectantes ab eruditiſſimo Domino Joanne Mabillonio, hic omittimus inde promere ritum pleniorem.

(1) *Mſ. B. 79 ibi*, convertere ad Deum tuum.

*in Baſilica beati Petri Principis Apoſtolorum.*

*Eadem Dominica antequam cantetur Matutinum, facimus Proceſſionem, cantando*(A) *Pſalmos Speciales & Letaniam per Eccleſiam; & ſub Confeſſione beati Petri cantamus Vigilias trium Lectionum. Ant.* Ex Ægypto vocavi. *Pſ.* Beatus vir. *Ant.* [1] Quærite Dominum. *Pſ.* Quare fremuerunt. *Ant.* Ecce veniet Dominus, quem. *Pſ.* Domine quid. ℣. Veni Domine. ℟. Gaudete. & [℟.] Ecce apparebit. *Lectis tribus Lectionibus, cantamus* (B) Te Deum laudamus, & *Orationem Dominicæ. Et ſic facimus per omnes Stationes Nocturnales.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Ex Ægypto vocavi Filium meum, ut veniat, & ſalvet populum ſuum. *Pſal.* Beatus. *Pſ.* Quare fremuerunt. [*Pſ.*] Domine quid. [*Pſ.*] Domine ne.

*Ant.* Quærite Dominum, dum inveniri poteſt, invocate eum, dum prope eſt. allel. [*Pſ.*] Domine Deus meus in. [*Pſ.*] Domine Dominus. *Pſ.* Confitebor. *Pſ.* In Domino confido. Adventus Domini.

*Ant.* Ecce, veniet Dominus, quem Joannes prædicavit venturum eſſe cum gloria. [*Pſ.*] Salvum me. [*Pſ.*] Uſquequo. [*Pſal.*] Dixit inſipiens. [*Pſ.*] Domine, quis.

℣. Veni Domine, & noli tardare.

℟. Relaxa facinora plebis tuæ Iſrael.

℟. Gaudete (C) in Domino ſemper, iterum dico, Gaudete; modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus; Dominus prope eſt, nihil ſollicitè ſitis: ſed in omni oratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum. ℣. Eſtote parati, ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis: Dominus.

RESPONS. ET ANTIPH.

[a] ℟. Ecce apparebit Dominus ſuper nubem candidam, & cum eo Sanctorum millia;[2] habens in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum. Rex regum, & Dominus dominantium. ℣. Ecce Dominator Dominus cum virtute veniet. Rex.

D ℟. Qui

a. Amal. cap. 10.

(A) *Cantando Pſalmos Speciales &c.* Pſalmos Speciales eoſdem eſſe atque VII Pœnitentiales aſſerit Clariſs. Vir Carolus de Freſne in ſuo Gloſſario: idipſum adſtruere videtur antiquum Rituale apud Conſtantinum Cajetanum in Commentariis ad Gelaſii II vitam pag. 129.

(B) *Cantamus Te Deum laudamus.* Ad uſque ſæculum XII perduravit vetus mos in Eccleſia Romana celebrandarum Dominicarum de Adventu cum lætitiæ notis, veſtibus albis, hymno Angelico ad Miſſam &c. teſte Benedicto Canonico ſupra laudato. Sæculo IX apud aliquas tantummodo Eccleſias omittebatur hymnus Angelicus & *Te Deum laudamus* in Dominicis Adventus. Amalar. in Supplemento edito a Mabillonio tom. 2. Analectorum. In ordinatione Willeberti Catalaunenſis Epiſcopi eodem Sæculo, celebrata fuit Miſſa Dominicæ de Adventu Domini una cum Hymno *Gloria in excelſis*. vide Clar. Baluzium tom. 2 Capitularium Regum Francorum, col. 615.

(C) ℟. *Gaudete &c.* In Antiphonario Metenſi non erat hoc ℟. ut neque in Antiphonario Sancti Galli apparet; erat autem in Romano. Amalarius cap. 10.

(1) *Secunda hujuſce loci antiphona Benedicti Canon. ætate erat*: Ecce apparebit Dominus ſuper nubem candidam.

(2) *Mſ. addita illic copula*, & habens in veſtimento, *ſimili modo locus iſte legitur & in nov. Operum Sancti Gregorii ed. Tom.* III, *col.* 736.

Adventus Domini.

℟. Qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. Jam non erit timor in finibus noſtris, quoniam ipſe eſt Salvator noſter. ℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus, Deus noſter manifeſtus veniet. Jam non.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Qui poſt me venit, ante me factus eſt, cujus non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere. *Pſ.* Conſerva me. *euouae.*

*Ant.* Veniet fortior me, poſt me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. *Pſ.* Exaudi Domine. *euouae.*

*Ant.* Tu es, qui venturus es, Domine, quem expectamus, ut ſalvum facias populum tuum. [*Pſ.*] Diligam. *euouae.*

℣. Prope eſt ut veniat tempus ejus.

℟. Et dies ejus non elongabuntur.

℟. Virgo Iſrael revertere in civitatibus tuis: uſquequo dolens averteris? generabis Dominum Salvatorem, oblationem novam in terra. Ambulabunt homines in ſalvatione. ℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Ambulabunt.

℟. Bethlehem civitas Dei ſummi, ex te exiet Dominator, Iſrael: & egreſſus ejus, ſicut a principio dierum æternitatis; & magnificabitur in medio univerſæ terræ. Et pax erit in terra noſtra, dum venerit. ℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo. Et pax.

℟. Ægypte noli flere, quia Dominator tuus veniet tibi, ante cujus conſpectum movebuntur (a) abyſſi; Liberare populum ſuum de manu potentiæ. ℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Liberare.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Levate capita veſtra, ecce appropinquat Redemptio veſtra. *Pſ.* Cæli enarrant. *euouae.*

*Ant.* Ecce Dominus noſter cum virtute veniet, & ipſe auferet jugum captivitatis noſtræ. *Pſ.* Exaudiat. *euouae.*

*Ant.* Sion noli timere, ecce Rex tuus veniet. *Pſ.* Domine in virtute. *euouae.*

℣. Veni ad liberandum nos, Domine Deus Virtutum.

℟. Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.

℟. Prope eſt, ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur: miſerebitur Dominus, Jacob; Et Iſrael ſalvabitur. ℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus: Deus noſter manifeſtus veniet. Et Iſrael.

℟. Deſcendet Dominus ſicut pluvia in vellus. Et orietur in diebus ejus juſtitia & abundantia pacis. ℣. Et dominabitur a Mari uſque ad Mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terræ. Et orietur.

℟. Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ; & revoca diſperſos, in terram ſuam. ℣. Excita Domine [*&c.*]

℟. Ecce, radix Jeſſe aſcendet in ſalutem populorum, ipſum gentes deprecabuntur; Et erit nomen ejus glorioſum. ℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo. Et erit.

℟. Dicite. Puſillanimes confortamini, nolite timere; ecce, Deus noſter veniet, & ſalvabit nos. ℣. Ecce, dominator Dominus cum virtute veniet. Et ſalvabit.

IN

(a) *Movebuntur abyſſi.* Amalarius videtur legiſſe *Moventur abyſſi.* cap. 10 de ord. Antiphon.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Veniet Dominus, & non tardabit, & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit ſe ad omnes gentes. alleluja. *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae*.

*Ant.* Hieruſalem gaude gaudio magno, quia veniet tibi Salvator. alleluja. *Pſ.* Jubilate. *euouae*.

*Ant.* Dabo in Sion ſalutem, & in Hieruſalem gloriam meam. alleluja. *Pſ.* Deus Deus meus. *euouae*.

*Ant.* Montes & omnes colles humiliabuntur, & erunt prava in directa, & aſpera in vias planas: veni Domine, & noli tardare. alleluja. *Pſ.* Benedicite. *euouae*.

*Ant.* Juſte & pie vivamus, expectantes beatam ſpem, & adventum Domini. alleluja. [*Pſ.*] Laudate. *euouae*.

℣. Super te, Hieruſalem, [orietur Dominus.]

℟. Et gloria ejus in te videbitur.

*Hodie antiphonamus ad* Benedictus.

*Ant.* Ecce veniet Deus & homo de domo David, ſedere in throno. alleluja. *Pſ.* Benedictus. *euouae*.

*Ant.* Quærite Dominum, dum inveniri poteſt; invocate eum, dum prope eſt. alleluja. *euouae*.

*Ant.* Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit; quia michi curvabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua. alleluja. *Pſal.* Magnificat. *euouae*. Adventus Domini.

---

*In Feſto ſancti Nicolai, propriam Hiſtoriam non conſuevimus cantare; ſed de Communi Sacerdotum cantamus;* [1] *ſcilicet*, Ecce Sacerdos magnus, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis. Ad* Magnificat, *Antiphona* Fidelis ſervus. *In Laudibus, cantatis V Pſalmis cum Antiphonis de eodem Feſto, dicimus Verſum* Oſtende nobis Domine. *Ad* Benedictus, *Ant.* O Sapientia, *cum oratione Dominicali. Deinde facimus Commemorationem ſancti Nicolai, Ant.* Fidelis ſervus: *poſtea de Sancta Maria, & omnium Sanctorum.*

---

*Has* (A) *Antiphonas, ſcilicet* O Sapientia, *cum aliis ſequentibus, cotidie cantamus ad* Benedictus, *uſque ad Feſtum ſanctæ Luciæ, excepta Dominica. Quas* (B) *antiphonamus ab*, In ſanctitate. *Ad* (C) *has omnes Antiphonas Verſus* Oſtende nobis.

*Ant.* [2] O Sapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodiiſti, attingens a fine uſque ad fi-

D 2

(A) *Has Antiphonas &c.* Conſentit in decantandis his majoribus Antiphonis ad Matutinos Rituale M.S. Benedicti Canonici. Amalarius tamen ad Veſperas cantari conſueviſſe teſtatur: conſule etiam Alcuini vitam.

(B) *Quas antiphonamus &c.* hoc eſt ad ſingulos Cantici verſus repetimus, ſed ab eo dumtaxat verſu qui incipit, *In ſanctitate & juſtitia coram ipſo*.

(C) *Ad has omnes Antiphonas &c.* Hoc eſt, ad has Antiphonas ſingulas, ante Canticum cantandus eſt Verſus *Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam &c.*

(1) *Manifeſto hinc patet* Hiſtoriæ *nomine antiphonas cum reſponſoriis deſignari, quod jam in ſuperioribus Thomaſius demonſtraverat pag.* 22.

(2) *In Antiphonario nov. S. Gregorii edit. col.* 740 *&* 741 *non ſeptem ſed novem habes majores antiphonas: quarum ſex primas noſtris prioribus ſex adamuſſim ſimiles deprehendes. At ſeptima eſt*: O Emmanuel Rex, & legifer noſter, expectatio gentium, & Salvator earum, veni ad ſalvandum nos, Domine Deus noſter. *Eadem hac antiphona tertio loco reponit cap.* 13 *Amalarius; & ſeptimo Honor. Auguſtod. Gemm. lib.* III, *cap.* 5. *Deinde in allegata nuper S. Gre-*

Adventus Domini.

ad finem, fortiter ſuaviterque diſponens omnia, veni ad docendum nos viam prudentiæ. *Pſ.* Benedictus. *euouae*. [a]

*Ant.* O Adonai, & [1] Dux domus Iſrael, qui Moyſi in igne flammæ rubi apparuiſti, & ei in Sina Legem dediſti, veni ad redimendum nos in brachio extento. *Pſ.* Benedictus. *euouae*.

*Ant.* O Radix Jeſſe, qui ſtas in ſignum populorum; ſuper quem continebunt reges os ſuum; quem gentes deprecabuntur; veni ad liberandum nos, jam noli tardare. *Pſ.* Benedictus. ℣. In remiſſione. (A)

*Ant.* O clavis David, & ſceptrum domus Iſrael, qui aperis, & nemo claudit, claudis, & nemo aperit, veni, & educ vinctum de domo carceris, ſedentem in tenebris & umbra mortis. *Pſ.* Benedictus. ℣. In remiſſione.

*Ant.* O Oriens, ſplendor lucis æternæ, & Sol juſtitiæ, veni, & illumina [2] ſedentes in tenebris & umbra mortis. *Pſ.* Benedictus. ℣. In remiſſione.

*Ant.* O Rex gentium, & deſideratus earum; lapiſque angularis, qui facis utraque unum; [3] veni, & ſalva hominem, quem de limo formaſti. *Pſ.* Benedictus. ℣. In remiſſione.

[b] *Ant.* O Virgo virginum, quomodo fiet iſtud, [4] quia nec prima tui ſimilis viſa eſt, nec habebis ſequentem? Filiæ Hieruſalem, quid me admiramini? divinum eſt Myſterium hoc, quod cernitis. *Pſal.* Benedictus. ℣. In remiſſione.

---

IN NAT. SANCTÆ LUCIÆ.

*Invitator.* Regem Virginum Dominum, venite [ adoremus. *Pſ.* ] Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Chriſti virgo nec terrore concutitur, nec blandimentis ſeducitur. *Pſ.* Beatus vir. *euouae*.

*Ant.* Dexteram meam & collum meum cinxit lapidibus pretioſis. [*Pſ.*] Quare fremuerunt. *euouae*.

*Ant.* Chriſtus circumdedit me vernantibus atque coruſcantibus gemmis pretioſis. [ *Pſ.* ] Domine, quid. *euouae*.

℣. Spe-

a. *Alius ordo antiphonarium* O *apud Amal. cap.* 13, *quam in Romano & Metenſi antiphonario, & hoc noſtro. Ipſum Amal. vide & varias apud eum lectiones.* b. Amal. cap. 13.

(A) ℣. *In remiſſione &c.* Hic Verſiculus ex eorum eſt numero, qui *ad repetendum* appellabantur: quare poſt Canticum ante repetitionem Antiphonæ ab altero Choro cantandus eſt hoc modo, *In remiſſionem peccatorum eorum*.

*S. Gregorii nov. edit. octavo loco occurrit, qua hoc nobis ſeptima eſt: nona vero:* Orietur ſicut Salvator Mundi, & deſcendet in utero Virginis ſicut imber ſuper gramen, *cui ſubjungitur*, alleluja. *Hac ultima antephona, ſi tamen ſuſpecto non oriatur, illam potius pertinere aut ad aliud antiphonarium genus a majoribus antiphonis diſcretum: aut ad illos verſus qui in eo Antiphonario* Declinatorii *dicuntur, quique foetaſſe ſidem ſunt, ac qui a Thomaſio paullo ſuperius* verius ad repetendum *nuncupantur. Cetera Honorius Auguſtod. loco nuper indicato haud obſcure indicat aliquando & duodecim Antiphonas majores alicubi in uſu fuiſſe; ait enim:* Si duodecim O cantantur, tunc duodecim prophetæ exprimuntur, qui Chriſti adventum prædicaſſe leguntur. *Quod re ipſa confirmat noſtrum Antiphonarium e Mſ. Monaſterii S. Galli, quemadmodum ſuo loco annotaturi ſumus.*

(1) *Mſ. B.* 79. & Dux domui Iſrael &c.

(2) *Mſ.* ſedentem in tenebria.

(3) *Mſ.* veni, ſalva hominem.

(4) *Nov. S. Greg. edit.* quia nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem? Filiæ Hieruſalem, quid admiramini? Divinum myſterium hoc quod cernitis. *Vide infra & mox laudatum Antiphonarium Monaſterii Sancti Galli, quem Compendienſi potius Mſ. quam noſtro huic B.* 79 *conſonum invenies.*

℣. Specie tua & pulchritudine tua.
℟. Intende, proſpere procede, & regna.

℟. Lucia virgo, quid a me petis, quod ipſa poteris præſtare continuo? nam & matri tuæ fides tua ſubvenit, & ecce ſalvata eſt. Quia jocundum Deo in tua virginitate habitaculum præparaſti. ℣. Sicut per me civitas Catanenſium ſublimatur a Chriſto; ita per te Syracuſana civitas decorabitur. Quia.

℟. Rogavi Dominum meum Jeſum Chriſtum, ut ignis iſte non [1] dominetur mei. Et impetravi a Domino inducias martyrii mei. ℣. Probaſti Domine cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas. Et impetravi.

℟. Elegit eam Deus. [ *Require ut & alia quæ hic ſequuntur, in Communi Virginum.* ]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Induit me Dominus cycladem auro textam, & immenſis monilibus ornavit me. [*Pſ.*] Cum invocarem. *euouae.*

*Ant.* Mel & lac ex ejus ore ſuſcepi, & ſanguis ejus ornavit genas meas. *Pſ.* Domine Dominus noſter. *euouae.*

*Ant.* Jam corpus ejus corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis ejus ornavit genas meas. *Pſ.* In Domino confido. *euouae.*

℣. Adjuvabit eam.
℟. Deus in medio ejus.
℟. Induit eam Dominus.
℟. Veni Sponſa Chriſti.
℟. non eris [2] inter.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Mecum enim habeo cuſtodem corporis mei, Angelum Domini. *Pſ.* Domine, quis. *euouae.*

*Ant.* Ego rogavi Dominum meum Jeſum Chriſtum, ut ignis iſte non dominetur michi; ſed credentibus in Domino, timorem auferam paſſionis. *Pſ.* Conſerva. *euouae.* Sanctæ Luciæ.

*Ant.* Columpna es immobilis, Lucia martyra Chriſti; quia omnis plebs te expectat, ut accipias coronam regni. alleluja. *Pſ.* Exaudiat te. *euouae.*

*Verſus & duo reſidua Reſponſoria, de ſancto Euſtratio cum ſociis ſuis.*

℣. Exultent juſti.
℟. Et delectentur. [ *Require ut & ſequentia* ℟℟. *infra in Communi plurimorum Martyrum.* ]
℟. Verbera carnificum.
℟. Iſti ſunt viri ſancti.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Orante ſancta Lucia, apparuit ei beata Agathe, [a] conſolabatur [b] ancilla Chriſti. *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Lucia virgo, quid a me petis, quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ? *Pſ.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Per te, Lucia virgo, civitas Syracuſana decorabitur a Domino Jeſu Chriſto. *Pſ.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Soror mea Lucia, virgo Deo devota, quid a me petis, quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ? *Pſ.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Tanto pondere eam fixit Spiritus Sanctus; ut virgo Domini immobilis [3] remaneret. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Oſtende nobis [ Domine miſericordiam tuam. ]
℟. Et Salutare [ tuum da nobis. ]

*Ad* Benedictus *Antiphona* O Virgo virginum. [ *Require ſupra pag.* 28 ] *cum Oratione de Dominica.*

*Item*

*a.* &. *b.* ancillam.
(1) *Idem Mſ.* Non dominetur mihi'.
(2) *In Mſ.* Non eris in.
(3) *Mſ. noſter Codex eo loci aperte habet pro remaneret*, permaneret.

Adventus Domini.

*Item de ſancta Lucia.*

*Ant.* In tua patientia poſſedisti animam tuam, Lucia ſponſa Chriſti: odisti quæ in Mundo ſunt & coruſcas cum Angelis: ſanguine proprio inimicum ſubicies. Gloria. *euouae. Oratio de ſancta Lucia. Deinde fiat Commemoratio de ſancto Euſtratio cum ſociis ſuis. Debinc de ſancta Maria, & omnium Sanctorum.*

---

DOMINICA IIII DE ADVENTU.

*Statio*[1] *ad S. Eugeniam.*

[IN I NOCTURNO.]

*Ant.* De cælo veniet Dominator Dominus, & in manu ejus honor & imperium. *Pſ.* Beatus. *euouae. Pſ.* Quare fremuerunt. *Pſalm.* Domine quid. *Pſ.* Domine ne.

[*Ant.*] Ecce apparebit Dominus ſupra nubem candidam, & cum eo Sanctorum millia. [*Pſ.*] Domine Deus meus. *Pſ.* Domine Dominus noſter. *Pſ.* In Domino confido. *Pſ.* Confitebor.

*Ant.* Ecce, Dominus noſter cum virtute veniet; & ipſe auferet jugum captivitatis noſtræ. *euouae. Pſ.* Salvum me fac. *Pſ.* Uſquequo. *Pſ.* Dixit inſipiens. *Pſ.* Domine, quis habitabit.

℣. Prope eſt ut veniat [tempus ejus.]

℟. Et dies ejus non elongabuntur.

[a] ℟. Canite tuba in Sion, vocate Gentes, annuntiate populis, & dicite. Ecce, Deus Salvator noſter adveniet. ℣. Annuntiate, & auditum facite; loquimini, & clamate. Ecce.

℟. Clama in fortitudine, qui annuntias pacem in Hieruſalem: dic civitatibus Judæ, & habitatoribus Sion. Ecce, Deus noſter (quem expectabamus,) adveniet. ℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Ecce.

℟. Non auferetur ſceptrum de Juda, & Dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus eſt. Et ipſe erit Expectatio Gentium. ℣. Pulchriores ſunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores. Et ipſe.

IN

a. De his RR. mixtim contentis in Romanis voluminibus vide Amal. cap. 11 ajentem: *In hac hebdomada continentur mixtim in Romanis voluminibus Reſponſorii, quos ſolemus cantare in Dominica.*

(1) *A Statione Dominicam Adventus IV, aut Natali Chriſti Domini proximam (aliquando enim V numerabantur in Adventu Dominica, ut ſuo loco conſtabit) antiquitus vacaſſe, notum illis omnibus, qui operam haud inanem dedere evolvendis veterum Sacramentariis atque Antiphonariis, & eorum Commentatoribus Pamelio, Menardo, Thomaſio, aliiſque, uti ſuis opportune locis non ſemel obſervaturi ſumus. Thomaſius diſerte ſcripſerat in ſuo Orationali Tom. II, pag. 488 noſtræ editionis:* Dominica IV de Adventu. Antiquitus vacabat Statio. Poſtea ad Sanctam Eugeniam. al. ad Apoſtolos. *Porro illinc patet noſtrum hunce Antiphonarium exaratum fuiſſe Statione hac die jam inſtituta. Hoc animadverſo quum Bened. Canon. in ſuo Ordine licet diligenter indicare conſueverit quamlibet Stationem, de ea ne verbum quidem hac die profert, liquet ante annum* MCXLIII *diem præſentem Statione donatum non fuiſſe. Quinimo eadem Statio omittitur & a Cencio, omittitur a Petro Manlio in Hiſt. Baſil. antiqua Vatic. a Bollandiſtis vulgata Junii Tom. VII, pag. 37: elucubratam autem fuiſſe conſtat eam Hiſtoriam ſub Alexandro* III, *cui & inſcribitur, quique Pontifex fuit ab anno* MCLIX *ad annum* MCLXXXI. *Illud inſuper ex dictis a nobis liquet membranas Biblioth. Vatic. quas Mabillonio dedere Indicem Stationum ab ipſo editum Muſei Ital. Tom. II, ſæculo XII inclinante vetuſtiores non eſſe, utpote quæ hac die Stationem ad ſanctam Eugeniam indicant. Cur autem antiquitus hæc dies Statione vacaſſet, quandoquidem nobis ratio opportunior nondum occurrit, abs re non erit hoc opinionem innuere, quam a Frontone in Dom. II Quadrageſ. deſumptam, PP. Maurini Tom. III Operum S. Gregorii ad eamdem Quadrageſ. Dom. II adducunt col. 43. Omiſſam videlicet olim fuiſſe illis Dominicis diebus Stationem, quum veſpere præcedentis Sabbati magno labore ſacri Ordines conferebantur, & Officium per multam noctem protrahebatur. Et re quidem vera conſuevisſe & ſæculo duodecimo Romanos Pontifices ſacros Ordines pridie hujus Dominicæ conferre narrat & Benedictus Canonicus; ſed mane contuliſſe non veſpertino tempore declarat.*

IN II NOCTURNO.

*Ant.* [a] In Bethlehem, terra Juda; ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael. *Pſ.* Conſerva me. *euouae.*

*Ant.* Veniet Dominus cum poteſtate magna, & videbit eum omnis caro. *Pſ.* Exaudi Domine. *euouae.*

*Ant.* Levabit Dominus ſignum in nationibus, & congregabit diſperſos Iſrael. *Pſ.* Diligam te. *euouae.*

℣. Veni Domine, & noli tardare.

℟. Relaxa facinora [plebis tuæ Iſrael.]

℟. Ecce jam [b] veniet plenitudo temporis, in quo miſit Deus Filium ſuum in terris, natum de Virgine, factum ſub Lege; ut eos qui ſub Lege erant, redimeret. ℣. At ubi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum in terris. Natum.

℟. Juravi, (dicit Dominus) ut ultra jam non iraſcar ſuper terram; montes enim, & colles ſuſcipient juſtitiam meam; Et teſtamentum pacis erit in Hieruſalem. ℣. Juxta eſt ſalus mea, ut veniat; & juſtitia mea, ut reveletur. Et teſtamentum.

℟. Me, oportet, minui, illum autem creſcere: qui poſt me venit, ante me factus eſt, cujus non ſum dignus corrigiam calceamenti [c] ſolvere. ℣. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Joannes, dicens. Qui poſt.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Lætamini cum Hieruſalem, & exultate in ea, omnes qui diligitis eam, in æternum. *Pſ.* Cæli enarrant. *euouae.*

*Ant.* Tu Bethlehem, terra Juda, nequaquam minima es in Principibus Juda; ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael. *Pſ.* Exaudiat. *euouae.* Adventus Domini.

*Ant.* Ponam in Sion ſalutem, & in Hieruſalem [d] gloria mea. alleluja. *Pſ.* Domine in virtute. *euouae.*

℣. Prope eſt ut veniat [tempus ejus.]

℟. Et dies ejus non elongabuntur.

[e] ℟. Viceſima quarta die Decimi Menſis jejunabitis, dicit Dominus. Et mittam vobis Salvatorem, & Propugnatorem pro vobis, qui vos præcedat, & introducat in terram, quam juravi patribus veſtris. ℣. Ego enim ſum Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti. Et introducat.

℟. Orietur Stella ex Jacob, & exurget Homo de Iſrael, & confringet omnes duces alienigenarum; Et erit omnis terra poſſeſſio ejus. ℣. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient ei. Et erit.

℟. Intuemini, quantus (A) ſit iſte, qui ingreditur ad ſalvandas gentes: ipſe eſt Rex juſtitiæ, cujus generatio non habet finem. ℣. Et dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terræ. Ipſe.

℟. Egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes, & ſtabunt pedes ejus ſupra montes Olivarum ad Orientem. ℣. Et elevabitur ſuper omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ſtabunt.

℟. Modo veniet Dominator Dominus, & nomen ejus, Emmanuel vocabitur. ℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Et nomen.

℟. Præcurſor pro nobis ingreditur, Agnus ſine macula, ſecundum ordinem Melchiſedech Pontifex factus eſt in æter-

*a.* Tu. *b.* Amal. cap. 11, qui ita etiam legit *veniet*. *c.* Amal. addit *ejus* cap. 11. *d.* gloriam meam. *e.* Amal. cap. 11, ipſum vide: vide & Breviarium Gallicanum.

(A) *Quantus ſit iſte*. Amalar. cap. 11. *Quantus ſit glorioſus iſte*.

Adventus Domini.

æternum & in ſæculum ſæculi. ℣. Ecce, Agnus Dei; ecce, Qui tollit peccata Mundi. Pontifex.

℟. Videbunt gentes Juſtum tuum, & cuncti reges Inclytum tuum. Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. ℣. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni, in manu Dei tui. Et vocabitur.

℟. Ecce, veniet Dominus, Princeps regum terræ. Beati, qui parati ſunt occurrere illi, habebunt partem in civitate Hieruſalem. ℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Beati.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Canite tuba in Sion, quia prope eſt dies Domini: ecce, veniet ad ſalvandum nos. alleluja, alleluja. *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Veniet Deſideratus cunctis gentibus, & replebitur gloria domus Domini. alleluja. *Pſ.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Erunt prava in directa, & aſpera in vias planas. Veni Domine, & noli tardare. alleluja. *Pſ.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Dominus veniet, occurrite illi, dicentes: Magnum Principium, & regni ejus non erit finis, Deus, Fortis, Dominator, Princeps pacis. alleluja, alleluja. *Pſ.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Omnipotens Sermo tuus, Domine, a regalibus ſedibus veniet. alleluja. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus.

℟. Deus noſter manifeſtus veniet.

*Hodie antiphonamus ad* Benedictus.

*Ant.* Dicit Dominus: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum Dei. alleluja. *Pſ.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo. *Pſ.* Magnificat. *euouae.*

---

*Feriales Antiphonæ diſtribuuntur per dies ſuos uſque in Vigiliam Natalis Domini* [a]. *Sed ſciendum, quod in Feſto ſancti Thomæ & ſancti* [b] *Georgii Spoletani, non cantamus Ferias; quia octavo die ante cantamus eas. Antiphonæ autem Quartæ Feriæ, Sextæ, & Sabbati, ſemper in Quatuor Tempora cantantur, quomodocumque veniunt. Veſperum vero ſub prima Antiphona cantatur.*

FERIA II.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Ecce veniet Dominus, Princeps regum terræ; beati, qui parati [c] occurrere illi. *Pſ.* Miſerere mei. *euouae.*

*Ant.* Dum venerit Filius hominis, putas, inveniet fidem ſuper terram? *Pſ.* Verba mea. *euouae.*

*Ant.* Ecce jam veniet plenitudo temporis, in quo miſit Deus Filium ſuum in terris. *Pſ.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. *Pſ.* Confitebor. *euouae.*

*Ant.* Egredietur Dominus de loco ſuo, ut veniat, & ſalvet populum ſuum. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Rorate cæli deſuper & nubes [pluant Juſtum.]

℟. Aperiatur terra, & germinet [Salvatorem.]

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Egredietur Virga de radice Jeſſe, & replebitur omnis terra gloria Domini, & videbit omnis caro Salutare Dei. *Pſ.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Vox clamantis in eremo. Parate viam Domino. *euouae.*

*Ant.*

*a.* Per VII dies ante Nat. Domini renovantur Antiphonæ in Matutinis. Amal. cap. 12. *b.* Gregorii. *c.* ſunt.

*Ant.* Qui de terra eſt, de terra loquitur, qui de cælo venit, ſuper omnes eſt; & qui vidit & audivit, hoc teſtatur, & teſtimonium [a] eſt nemo accepit; qui autem accepit ejus teſtimonium, ſignavit, quia Deus verax eſt. *Pſ.* Magnificat. *euouae.*

---

[FERIA TERTIA.]

[IN LAUDIBUS.]

*Ant.* Rorate cæli deſuper, & nubes pluant Juſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem. *Pſ.* Miſerere mei. *euouae.*

*Ant.* Emitte Agnum, Domine, Dominatorem terræ de petra deſerti a monte filiæ Sion. *Pſ.* Judica me. *euouae.*

*Ant.* Ut cognoſcamus, Domine, in terra viam tuam, in omnibus gentibus Salutare tuum. *Pſ.* Deus Deus. *euouae.*

*Ant.* Da mercedem Domine ſuſtinentibus te, ut Prophetæ tui fideles inveniantur. *Pſ.* Ego dixi. *euouae.*

*Ant.* Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Emitte Agnum Domine [Dominatorem terræ.]

℟. De petra deſerti [b] a monte [filiæ Sion.]

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. *Pſ.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Tu Betheleem terra Juda, ex te. [*Require ſupra pag.* 31.]

*Ant.* Sion, [1] renovaberis. [*Require ſupra pag.* 23.] *Pſ.* Magnificat. *euouae.* Adventus Domini:

---

*Feria quarta, finito Nocturno, cantatur* ℣. Rorate cæli deſuper. ℟. Miſſus eſt Gabriel. & ℟. Ave Maria. [*Require ſupra pag.* 19.]

*Prima Antiphona hujus Feriæ hac die non cantatur, ſed in Feſto ſancti Thomæ, poſt ejus Orationem. Pro ea, cantatur prima Antiphona Laudum præteritæ Dominicæ. Deinde ſequitur Antiphona*, Prophetæ prædicaverunt, *cum aliis ſequentibus.*

[IN LAUDIBUS.]

Nolite timere, quinta enim die veniet [ad] vos Dominus Deus noſter. *Pſ.* Miſerere mei Deus. *euouae.*

*Ant.* Prophetæ prædicaverunt, naſci Salvatorem de Virgine Maria. *Pſ.* Te decet. *euouae.*

*Ant.* Spiritus Domini ſuper me, euangelizare pauperibus, miſit me. *Pſ.* Deus Deus. *euouae.*

*Ant.* Ecce veniet Dominus, ut ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat. *Pſ.* Exultavit. *euouae.*

*Ant.* Annuntiate populis & dicite: Ecce, Deus Salvator noſter veniet. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Ave Maria, gratia plena.

℟. Dominus tecum.

*Hodie antiphonamus ad* Benedictus.

*Ant.* Miſſus eſt Gabriel: [*Require ſupra pag.* 18.] *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Propter Sion non tacebo, donec egrediatur, ut ſplendor, Juſtus ejus. *euouae.*



*a.* ejus. *b.* ad montem.

(1) *Mſ.* Sion renovaberis. *In prima editione legitur*: Sion vocaberis, *deinde ad calcem pagina ſubſtituitur emendationis loco vox* renovaberis. *Quod quum exſcriptoris vitio contigiſſe aperte nobis conſtet, illud ad Mſ. Codicis veritatem reſtituere nulli dubitavimus.*

Adventus Domini.

*Ant.* Maria autem conſervabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. *Pſ.* Magnificat. *euouae.*

[FERIA QUINTA]
IN LAUDIBUS.

*Ant.* De Sion veniet Dominus omnipotens, ut ſalvum faciat populum ſuum. *Pſal.* Miſerere mei Deus. *euouae.*

*Ant.* Convertere Domine aliquantulum, & ne tardes venire ad ſervos tuos. *Pſal.* Domine, refugium. *euouae.*

*Ant.* De Sion veniet, qui regnaturus eſt Dominus. Emmanuel, magnum nomen ejus: *Pſal.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Ecce Deus meus, & honorabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. *Pſal.* Cantemus. *euouae.*

*Ant.* Dominus Legiſer noſter, Dominus Rex noſter, [1] ipſe venit, & ſalvabit nos: *Pſal.* Laudate. *euouae.*

℣. Egredietur Dominus de loco ſuo.

℟. Ut veniat, & ſalvet populum ſuum.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Eſtote parati, ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando revertatur a nuptiis. *Pſal.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Veniet Dominus eum poteſtate magna, & videbit eum omnis caro. *euouae.*

*Ant.* Vigilate animo, in proximo eſt Dominus Deus noſter: [*Canticum.*] Magnificat. *euouae.*

*Feria* [a] *Secunda, cantato Nocturno, dicimus Verſum*, Egredietur virga de radice Jeſſe. Et flos de radice ejus aſcendet. ℟. Suſcipe verbum. [℟.] Ecce virgo concipiet. [*Require ſupra pag.* 20.]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Conſtantes eſtote, videbitis auxilium Domini ſuper vos. *Pſal.* Miſerere mei. *euouae.*

*Ant.* Ad te, Domine, levavi animam meam; veni, & eripe me, Domine, ad te confugi. *Pſal.* Domine exaudi. *euouae.*

*Ant.* Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebi [2] tuæ Iſrael. *Pſal.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Deus a Libano veniet, & ſplendor ejus ſicut lumen erit. *Pſalm.* Domine audivi. *euouae.*

*Ant.* Ego autem ad Dominum aſpiciam: expectabo Deum Salvatorem meum. *Pſal.* Laudate. *euouae.*

℣. Ave Maria, gratia plena.

℟. Dominus tecum.

*Hodie antiphonamus ad* Benedictus.

*Ant.* Quomodo fiet iſtud, Angele Dei, quia virum in concipiendo non pertuli? Audi Maria, Virgo Chriſti; Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. *Pſ.* Benedictus. ℣. Dixit autem Maria ad Angelum.

*Ant.* Ante me non eſt formatus. [*Require ſupra pag.* 27.] *Pſal.* Magnificat.

[*Ant.*] Dabit ei Dominus Deus. [*Require ſupra pag.* 19.]

SABBATO
IN LAUDIBUS.

*Ant.* Conſurge, conſurge, induere [b] fortitudini, brachium Domini. *Pſal.* Miſerere mei. *euouae.*

*Ant.*

a. Sexta. b. fortitudinem.

(1) *Mſ.* ipſe veniet, & ſalvabit nos

(2) *Mſ.* plebi ſuæ Iſrael.

*Ant.* Quoniam juſtus Dominus Deus noſter, & non eſt iniquitas in eo. *Pſal.* Bonum eſt. *euouae.*

*Ant.* Elevare, elevare, conſurge Hieruſalem, ſolve vincula colli tui, captiva filia Sion. *Pſal.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Expectetur, ſicut pluvia, eloquium Domini, & deſcendat, ſicut ros, ſuper nos Deus noſter. *Pſ.* Attende cælum. *euouae.*

*Ant.* Ponent Domino gloriam, & laudes ejus in inſulis nuntiabunt; quia ecce veniet, & non tardabit. *Pſalm.* Laudate. *euouae.*

℣. Prope eſt, ut veniat tempus ejus.

℟. Et dies ejus non elongabuntur.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Dies Domini, ſicut fur, ita in nocte veniet, & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. *Pſal.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Lætamini cum Hieruſalem. [*Require ſupra pag.* 31.]

*Ant.* Ecce, veniet Dominus, quem vultis, & Angelus Teſtamenti, quem vos deſideratis; & liberabit nos. alleluja. *euouae.* Adventus Domini.

---

*In Feſto ſancti Thomæ, cantamus de Communi Apoſtolorum: Ad* Benedictus, *& ad* Magnificat, *Antiphona,* Quia vidiſti me Thomas: [*Require infra Dominica in Octavas Paſchæ.*] *Dicta Oratione Apoſtoli, cantamus Antiphonam,* Noli timere: [*Require ſupra pag.* 33.] *cum Verſu Feriæ,* Ave Maria gratia, *& Orationem Feriæ.*

---

In Vigilia Natalis Domini.

*Invitatorium.*

Chriſtus adveniet nobis, Venite adoremus. *Pſal.* Venite.

*Ant.* (A) Dominus dixit. *Pſ.* Quare fremuerunt. *euouae.*

*Ant.* In Sole poſuit: *Pſalm.* Cæli enarrant.

*Ant.* Elevamini. [*Pſal.*] Domini eſt terra. *euouae.*

℣. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus.

℟. Et mane videbitis gloriam ejus.[1]



(A) *Ant. Dominus dixit ad me &c.* Nocturnum Feriale XII Pſalmorum dici debet hac die juxta authenticum ordinem: vide in Appendice pag. 402, col. 1. [2] Porro tres Pſalmi numquam dici debent ad Nocturnum præterquam in Paſchate & Pentecoſte: vide cap. *In die Reſurrectionis, de conſecrat. diſt.* 5.

(1) *Inſigne hoc loco diſcrimen occurrit inter hac noſtra & Ordinem Benedicti Canon. Præcipit iſte ſiquidem, ut indicatos a noſtro Antiphonario tres pſalmos ſub tribus iiſdem antiphonis, quinque ſ quantur Lectiones & totidem Reſponſoria: ut quarta Lectio ſit Sermo ſancti Auguſt.* Vos, inquam, convenio, o Judæi, *ut cantentur deinde Sibyllini verſus,* Judicii ſignum tellus ſudore madeſcit: *demum ut quinta Lectio ſit de homilia, qua finita non cantetur* Te Deum laudamus, *ſed ſolum* Deus in adjutorium meum intende *cum antiphonis Vigiliæ, & pſalmo* Dominus regnavit, *una cum aliis &c. Hic hujus loci apud Bened. Canon. vitus, cui quoad numerum Lectionum atque Reſponſor. infra in Appendice noſtri hujuſce Operis conſentit Ordo Romanus alter x ſæculo ſub Othone I Imperatore exaratus; quem Ordinem vides a Ven. noſtro Thomaſio paullo ſuperius authenticum vocari. Cetera in Antiphonario Monaſterii S. Galli hujuſce ritus nullum habemus veſtigium: aliquod tibi forte ſe occurret in nov. Operum S. Gregorii editione, ubi in hac Vigilia, licet confuſe nimis & obſcure poſita, quatuor leguntur Reſponſoria. De ritu canendi Sibyllinos verſus a Bened. Canon. memorato videri poteſt Edmund. Martene de antiqua Eccleſiæ diſciplina in divinis celebrandis Officiis cap. XII, num. XIII.*

(2) *Juxta primam Operis editionem.*

Vigiliæ Nat. Domini.

*Primum Reſponſorium cantatur cum Verſu : ſecundum Reſponſorium cantatur loco Repetendæ, ideſt, finito Verſu. Similiter alia duo Reſponſoria cantantur ; ſed poſt* Gloria Patri, *dicitur Repetenda ultimi Reſponſorii.*

[a] ℟. Sanctificamini hodie, & eſtote parati, quia die craſtina videbitis Majeſtatem Dei in vobis. ℣. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam ejus. Quia.

℟. Conſtantes eſtote, videbitis auxilium Domini ſuper vos. Judæa & Hieruſalem, nolite timere ; cras egrediemini, & Dominus erit vobiſcum.

℟. Sanctificamini filii Iſrael, dicit Dominus, in die enim craſtina deſcendet Dominus, & auferet a vobis omnem languorem. ℣. Conſtantes eſtote, videbitis auxilium Domini ſuper vos. *Repetenda*. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam ejus. Gloria Patri. Et mane.

Te Deum laudamus, *non cantatur*.

*In Laudibus omnes Antiphonæ cantantur.*

[b] Judæa & Hieruſalem, nolite timere ; cras egrediemini, & Dominus erit vobiſcum. *Pſal.* Dominus regnavit. *euouae*.

*Ant.* Craſtina erit vobis Salus, dicit Dominus Deus Exercituum. *Pſal.* Jubilate. *euouae*.

*Ant.* Hodie ſcietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam ejus. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Craſtina die delebitur iniquitas terræ, & regnabit in nobis Salvator Mundi. *Pſal.* Benedicite. *euouae*.

*Ant.* Magnificatus eſt Rex pacificus, ſuper omnes reges univerſæ terræ. *Pſal.* Laudate. *euouae*.

℣. Craſtina die delebitur iniquitas terræ.

℟. Et regnabit in nobis Salvator Mundi.

*Hodie antiphonamus ad* Benedictus.

*Ant.* Dum (A) ortus fuerit Sol de cælo, videbitis Regem regum, procedentem (B) a Matre, tanquam ſponſum de thalamo ſuo. *Pſal.* Benedictus. *euouae*.

*Ant.* Scitote, quia prope eſt Regnum Dei : amen dico vobis, quia veniet, & non tardabit. *euouae*.

*Ant.* Levate capita veſtra. [ *Require ſupra pag.* 26. ] [1]

*Ad*

a. Amal. cap. 14. b. Hæ antiphonæ pertinebant ad Sabbatum &c. Amal. cap. 12.

(A) *Dum ortus &c.* In antiquo Antiphonario Romano appoſita erat hæc Antiphona ut hic ad Canticum Zachariæ in Vigiliis Natalis Domini, licet uſus ſæculo IX id ferret, ut etiam diceretur in ipſa Nativitate Domini cum eodem Cantico. Amalar. cap. 15.

(B) *Procedentem a Matre*. Sic etiam habet Antiphonarium S. Galli [2] pag. 231, col. 2, ſententiaque hoc modo lucidior currit : hanc eſſe germanam lectionem hæc Antiphonaria probant ; quam utique non reprehendiſſet Agobardus Lugdunenſis Epiſcopus in libro de correctione Antiphonarii contra Amalarium ſcribens, legerat namque *Procedentem a Patre* ex mendoſis (ut reor) Antiphonariis Codicibus.

(1) *Benedictus Canonicus in ſuo Ordine hoc proſequitur quæ ad præſentem locum attinent, dicens* : Prima cum antiphona Vigiliæ & lectio : Paulus ſervus Jeſu Chriſti : Tertia, Sexta, & Nona cum ſuis antiphonis. Non proſtrati, ſed tantum ſtando dicantur orationes.

(2) *Vide prim. Operis edit.*

*Ad Veſperum cantatur*, Judæa & Hieruſalem, *cum omnibus Antiphonis ſuis, & Pſalmis Feſtivis.* Laudate Dominum omnes gentes, *eſt quintus Pſalmus.*

℣. Hodie ſcietis. [ *Require ſupra pag. 36.* ]

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Dum ortus: [ *ut ſupra* ] *cum Oratione Vigiliæ.*

---

*In Nocte Natalis Domini, ad omnes Antiphonas Vigiliæ, Chorus* (A) *Choro reſpondet, & ſic omnes Antiphonas cantamus ante Pſalmos, & infra Pſalmos ubi inveniuntur, & in fine Pſalmorum, & poſt* Gloria Patri, *& poſt* Sicut erat. *Sed Chorus, cujus eſt Verſus infra Pſalmum, qui eſt Antiphona, incipit Antiphonam, alter reſpondet: & qui incepit, finit eam. Si duæ Antiphonæ notantur ſub uno Pſalmo, prima Antiphona cantatur in principio & in fine Pſalmi, & poſt* Gloria, *& poſt* Sicut erat; *ſecunda* (B) *Antiphona cantatur infra Pſalmum tantum, ubi invenitur.*

IN (C) NATIVITATE DOMINI. [a]

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Dominus dixit ad me. Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Pſal.* Quare fremuerunt. *euouae.* Natalis Domini.

[b] *Ant.* In Sole poſuit tabernaculum ſuum; & ipſe, tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo. *Pſal.* Cæli enarrant. *euouae.*

[c] *Ant.* Elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. *Pſal.* Domini eſt terra. *euouae.*

*Ant.* Elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

℣. Hodie ſcietis, quia veniet Dominus.

℟. Et mane videbitis gloriam ejus.

℟. Ecce, jam venit hora, ut procedat Dominus de utero Virginis, & intactus pudor permanet. Suſcipiat Mundus mirabilem partum, & lætentur omnes in eo; quia ipſe eſt Dominus. ℣. Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo Salutari noſtro, præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in Pſalmis jubilemus ei. Ecce jam.

℟. Beata Dei genitrix Maria, cujus viſcera intacta permanent, hodie genuit Salvatorem ſæculi. ℣. Beata eſt Virgo, quæ credidit, quoniam perfecta ſunt omnia, quæ dicta ſunt ei, a Domino. Beata Dei.

℟. Ho-

*a.* In Rom. Antiphon. hæc duo Officia ordine præpoſtero cantabantur, & quod hic primum ſequebatur quod infra hoc in Antiphon. ſecundo loco ponitur. Inſuper primum iſtud ſine Invitatorio canebatur. Amal. cap. 15. *b.* Amal. cap. 15. *c.* Amal. cap. 15.

(A) *Chorus Choro reſpondet.* Hoc eſt ab uno Choro prima Antiphonæ parte cantata, Chorus alter alteram perficit partem, ut diximus in Præfatione: vide pag. 39, col. 1. [1]

(B) *Secunda Antiphona &c.* Cum duæ diverſo cantu notantur Antiphonæ, ut Antiphona *Elevamini*; quæ ſecundo loco notatur, modulatione propria, cantanda eſt intra Pſalmum, nimirum intra Verſiculum unde decerpta eſt; exempli gratia Ant. *Elevamini*, intra Verſiculum *Tollite portas &c.*

(C) *In Nativitate Domini.* De duplici Vigiliarum hujus noctis Officio in Eccleſia Romana vide Amalarium de ordine Antiphonarii cap. 15. lib. de Divinis Officiis ſub nomine Alcuini, Ordin. Rom. editum, Honorium Auguſtodunenſem in Gemma Animæ lib. 3, cap. 6. Radulphum Tungrenſem propoſ. xxi. Præſtaret item legi quæ fuſius habentur in Benedicti Canonici, & Cencii Camerarii manuſcriptis Ritualibus E.R.

(1) *Hujuſce præſentis Editionis.*

Natalis Domini.

℟. Hodie nobis de cælo Pax vera deſcendit: hodie per totum Mundum melliflui facti ſunt cæli. ℣. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Hodie nobis. Gloria Patri. Hodie nobis.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Specioſus forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis. *Pſalm.* Eructavit. *euouae.*

*Ant.* Homo factus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus. [*Pſal.*] Fundamenta. *euouae.*

*Ant.* Exultabunt omnia ligna ſilvarum ante facem Domini, quoniam (A) venit. [*Pſal.* Cantate. 1.] ℣. Quoniam venit, judicare terram.

℣. Craſtina die delebitur iniquitas terræ.

℟. Et regnabit in nobis Salvator Mundi.

℟. Deſcendit de cælis, miſſus a Patre Filius: introivit in uterum Virginis, in regionem noſtram, indutus carne humana; & exivit per portam clauſam Deus & homo, univerſi Conditor Mundi. ℣. Tamquam ſponſus, Dominus, procedens de thalamo ſuo. Deſcendit.

℟. Quem vidiſtis, Paſtores, dicite: annuntiate nobis, in terris quis apparuit? Natum vidimus, & choros Angelorum collaudantes Dominum. ℣. Dicite, quidnam vidiſtis, & annuntiate Chriſti nativitatem. Quem vidiſtis.

℟. Hodie nobis cælorum Rex per Virginem naſci dignatus eſt, ut hominem perditum ad regna cæleſtia revocaret: gaudet exercitus Angelorum, quia ſalus æterna humano generi apparuit. ℣. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Hodie nobis.

IN III NOCTURNO.

[a] *Ant.* In principio & ante ſæcula Deus erat Verbum; ipſe naſci dignatus eſt Salvator Mundi. *Pſal.* Dominus regnavit, exultet. *euouae.*

*Ant.* Viderunt omnes fines terræ Salutare Dei noſtri. *Pſalm.* Cantate Domino. 11. *euouae.*

*Reſiduum Verſi, in quo eſt Antiphona.* Jubilate Deo omnis terra, cantate, & exultate, & pſallite.

*Ant.* Ante Luciferum genitus & ante ſæcula, Dominus Salvator noſter, hodie naſci dignatus eſt. *Pſal.* Dominus regnavit, iraſcantur. *euouae.*

℣. Craſtina erit vobis Salus.

℟. Dicit Dominus Deus Exercituum.

℟. Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium: beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum; quia hodie pro ſalute Mundi de Virgine naſci dignatus eſt. ℣. Gloria in excelſis Deo [*&c.*] Beata viſcera.

℟. O magnum myſterium, & admirabile ſacramentum, ut animalia viderent Dominum natum, jacentem in præſepio! beata Virgo, cujus viſcera meruerunt portare Dominum Jeſum Chriſtum. ℣. Domine, audivi auditum tuum, & timui, conſideravi opera tua

a. Hæ tres Antiphonæ ſine *alleluja*. Amal. cap. 15, dum ait: *Sed intereſt quod antiphonæ de tertia nocturna non habent* alleluja *in fine, neque in medio.*

(A) ℣. *Quoniam venit &c.* Hic ℣. non eſt Verſus ad repetendum, ſed reſiduum eſt verſus Pſalmi, quod connectebatur Antiphonæ decantatæ intra eumdem Verſum Pſalmi; ut ex Antiphona eoque reſiduo, Verſus perficeretur. Vide hac pag. col. 2 verſ. 15.

tua in medio duorum animalium. O magnum. ℣. Gloria Patri.

*Finitis Lectionibus, quinque vel ſex de Canonicis induti Pluvialibus, in medio Chori ſimul cantent Antiphonam,* Ecce Maria genuit: *uſque ad mediam, & uterque Chorus reſpondet,* Ecce Agnus Dei: *ſic cantatur tribus vicibus.*

*Finita Antiphona, proceſſionaliter imus* (A) *ad* SUDARIUM CHRISTI, *cantando* Te Deum laudamus: *& ibi celebramus Miſſam.*

[*Ant.*] Ecce, Maria genuit nobis Salvatorem, quem Johannes videns, exclamavit, dicens. Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata Mundi. *euouae.* Natalis Domini.

*Poſtquam Miſſa celebrata fuerit, revertimur ad Chorum, ibique cantamus* [1] *Matutinum.*

IN DIE NATALIS DOMINI

*Statio in Baſilica beati Petri Principis Apoſtolorum; ſed propter brevitatem diei,* [2] *celebratur apud ſanctam Mariam Majorem.*

*Invi-*

(A) *Imus ad Sudarium Chriſti.* De Oratorio hoc appellato *Veronicæ* in Baſilica Vaticana, Romanus Canonicus cap. 25, vocabaturque etiam Oratorium S. Mariæ *ad Præſepe*; propterea quod Joannes Papa VII ejuſdem Oratorii conditor opere muſivo Domini Nativitatem illic expreſſerat. Vide Panvinum & Severanum de VII Urbis Eccleſiis, & Torrigium de Cryptis Vaticanis.

(1) *Matutinas preces communiori uſurpatione olim fuiſſe, quæ nunc temporis* Laudes *dicuntur, pluribus evincitur a Martene de antiquis Monach. ritibus Lib.* I, *cap.* III. *apertiſſime etiam apparet ex Thomaſio, quem conſule in hac noſtra edit. ſi lubet, Tom.* II, *pag.* LXII *& ſequentibus, atque Tom.* III, *pag.* I *ante Pſalterium. Non dieſſe tamen argumenta, quibus certum redditur Majores vel antiquiſſimis temporibus interdum Matutinum & pro integro trium* Nocturnorum *atque* Laudum *Officio accepiſſe conſuevisſe; res eſt a Clariſs. Mabillonio obſervata in Diſquiſit. de Curſu Gallicano, & poſt ipſum a Du Cangio, atque Merato noſtro in Gavantum Tom.* II, *Part.* I, *Sect.* IV, *cap.* II. *Poſteriori hac ſignificatione in præſentia ſumitur a noſtro Antiphonario, & a Bened. Canon. Ord. Rom. num.* 15. *Et ratio eſſe poſſet, quod in nocte Natalis Domini, ſicut & in quibuſdam aliis ſollemnitatibus factum fuiſſe conſtat, celebratis primo Vigiliis, ſive primo Matutino, aut, ut cum Amalario loquamur, primo Officio, matutino tempore, ſive aurora appropinquante, quando aliis diebus* Laudes *canere conſuetum erat, ſecundum Officium, vel ſecundum Matutinum caneretur. Quemadmodum enim illæ preces, quæ hodie* Laudes *dicuntur,* Matutinum *vocabantur deſumpta appellatione a temporis, in quo perſolvebantur, circumſtantia; ita factum fuiſſe credendum, & tria Nocturna ob eamdem rationem, quum ſub noctis finem canebantur una cum Laudibus, communi vocabulo* Matutinum *dicta fuiſſe. Hæc de vocis Matutini uſurpatione. Cetera dignum ſane hoc potiſſimum loco ut obſervemus, non ſolum ex Amalario & aliis Scriptoribus ſupra a Thomaſio pag.* 37 *laudatis, ſed & ex Rom. Ordinibus Bened. Canon. & Cencii, quomodo antiquitus non ſolum minores de Clero, ſed & ipſe Pontifex una cum Cardinalibus atque primoribus ſæpe integras noctes, dieſque noctibus deinde jungendo in divinis Officiis perſolvendis intra Baſilicas morarentur.*

(2) *Hujuſce noctis Vigilia ex cap.* XV *Amalarii a Pontifice celebrantur in Eccleſia Sanctæ Mariæ ad Præſepe: Matutinum vero ſive ſecundum Officium canebant Clerici in Eccleſia Sancti Petri nocturno tempore quando conſueverat populus ad Officium ſurgere. At ſubſecutis ſaltem temporibus utrumque Officium in Eccleſia S. Mariæ Majoris a Pontifice cantatum fuiſſe colligitur ex laudatis Bened. Canon. & Cencii Ordinibus, in quibus narratur Summum Pontificem debuiſſe remanere cum Scholis & Familia Palatii ad S. Mariam Majorem* ad Veſperas & ad Vigiliam per totam noctem: *deinde abſolutis Vigiliis Miſſam ad Præſepium cantare. His ſubjungitur:* Finitis iſto modo matutinis laudibus (*hoc eſt, iis Laudibus quæ Vigiliis & primo Officio reſpondent*) cum oratione, incipit Pontifex Matutinum (*ſecundum nimirum Officium*) Schola dicit Invitatorium, & eo ordine fit Matutinum, ſicut Vigiliæ fuerunt. *Abſoluto in Eccleſia S. Mariæ Majoris utroque Officio pergebat Pontifex ad S. Anaſtaſiam ſecundo Miſſam celebraturus: exinde ad S. Petrum ubi & Statio fiebat, & tertia Miſſa canebatur: quod poſtremum de S. Petri Statione uſque ad Gregorium VII ſervatum fuiſſe narrat Manlius apud Bolland. Jun. Tom.* VII, *pag.* 51, *teſtatur & Thomaſius in ſuo Orationali Tom.* II, *noſtra ed. pag.* 436, *& Bened. Can. ritus licet ſua ætate obſoleti partes omnes diligentiſſime deſcribit, adeo ut dixerim ipſum gradus numeraſſe per quos ad S. Petri Baſilicam properabatur. At illis enarratis una cum noſtro Antiphonario ſubjungit:* ſed propter parvitatem diei & difficultatem viæ, facit Stationem ad Sanctam Mariam Majorem.

Natalis Domini.

*Invitatorium.*

[a] Chriſtus natus eſt nobis, venite adoremus. [*Pſ.*] Venite exultemus.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Dominus dixit. [*Require ſupra pag.37.*] *Pſalm.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Tamquam ſponſus, Dominus, procedens de thalamo ſuo. *Pſ.* Cæli enarrant.

*Ant.* Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. *Pſal.* Eructavit. *euouae.*

℣. Tamquam ſponſus, Dominus proceſſit.

℟. De thalamo ſuo.

℟. O Regem cæli, cui talia famulantur obſequia! ſtabulo ponitur, qui continet Mundum. Jacet in præſepio, & in cælis regnat. ℣. Domine, audivi auditum tuum, & timui: conſideravi opera tua in medio duorum animalium. Jacet.

℟. Hic eſt dies, in quo ad ſalvanda omnia Lux orta eſt Mundo: de quo (nuntiante Angelo) impletus eſt uterus Virginis, natus eſt nobis, ſalus omnium Chriſtus. Quem Regem gentium, Prophetæ ante teſtati ſunt. ℣. Natus eſt nobis Princeps gentium. Redemptor omni populo per uterum Virginis venit. Quem Regem.

℟. Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus referam, neſcio. Quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti. ℣. Benedicta tu inter mulieres, & benedictus Fructus ventris tui. Quia. Gloria Patri.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Suſcepimus, Deus miſericordiam [b] ſuam in medio Templi tui. *Pſ.* Magnus Dominus. *euouae.*

*Ant.* Orietur in diebus Domini juſtitia, & abundantia pacis dominabitur. *Pſal.* Deus, judicium. *euouae.*

*Ant.* Veritas de terra orta eſt, & Juſtitia de cælo proſpexit. *Pſalm.* Benedixiſti. *euouae.*

℣. Natus eſt nobis Salvator Mundi.

℟. Qui eſt Chriſtus Dominus, in Civitate David.

℟. Congratulamini michi, omnes qui diligitis Dominum, quia cum eſſem parvula, placui Altiſſimo, & de meis viſceribus genui Deum & hominem. ℣. Caſtæ Parentis viſcera cæleſtis intrat Gratia; venter Puellæ bajulat ſecreta quæ non noverat. Et de.

℟. Continet in gremio, cælum terramque Regentem Virgo Dei genitrix: proceres comitantur [c] eriles, Per quos Orbis ovans, Chriſto ſub principe [d] polle. ℣. Virgo Dei genitrix, quem totus non capit Orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Per quos.

℟. Ecce, Agnus Dei, ecce, Qui tollit peccata Mundi; ecce, de quo dicebam vobis. Qui poſt me venit, ante me factus eſt, cujus non ſum dignus, corrigiam calceamenti ſolvere. ℣. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Johannes, dicens. Qui poſt.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Ipſe invocavit me, alleluja. Pater meus es tu, alleluja. *Pſ.* Miſericordias tuas. *euouae.*

*Ant.* Lætentur cæli, alleluja. & exultet terra, alleluja. *Pſ.* Cantate Domino. I. *euouae.*

*Ant.* Notum fecit Dominus, alleluja, Salutare ſuum, alleluja. [*Pſ.*] Cantate Domino. II. *euouae.*

℣. Verbum caro factum eſt, alleluja, alleluja.

℟. Et habitavit. alleluja, alleluja.

℟. Ver-

*a.* Amal. cap. 15 hujus Officii idem Invitatorium atque eaſdem antiphonas laudat. *b.* tuam. *c.* heriles, vel exiles. *d.* polles.

℟. Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis (Et vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi Unigeniti a Patre) plenum gratiæ & veritatis. ℣. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Et vidimus.

℟. Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis. ℣. A Domino factum eſt, & eſt mirabile in oculis noſtris. Deus.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Quem vidiſtis, Paſtores? dicite, annuntiate nobis, in terris quis apparuit? Natum vidimus, & choros Angelorum collaudantes Dominum. *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Genuit Puerpera Regem, cui nomen æternum, & gaudium matris habet cum Virginitatis pudore: nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem. [1] alleluja. *Pſ.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Ecce advenit Dominator Deus, & regnum in manu ejus, & poteſtas & imperium. alleluja. *Pſalm.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Angelus ad paſtores ait: Annuntio vobis gaudium magnum, quia natus eſt nobis hodie Salvator. alleluja. *Pſ.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Facta eſt cum Angelo multitudo cæleſtis Exercitus, laudantium & dicentium. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. [*Pſ.*] Laudate. *euouae.*

℣. Puer natus eſt nobis. alleluja, alleluja.

℟. Filius datus eſt nobis. alleluja, alleluja.

RESPONS. ET ANTIPH.

*Hodie antiphonamus ad* Benedictus. Natalis Dominæ.

*Ant.* Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Pſ.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Parvulus Filius datus eſt nobis, alleluja, & vocabitur Deus, Fortis. alleluja. (A) Gloria. *euouae.*

*Ant.* Puer natus eſt nobis, alleluja, & Filius datus eſt nobis. alleluja. Gloria. *euouae.*

*Ant.* Verbum, caro factum eſt, alleluja, & habitavit in nobis, alleluja. Gloria. *euouae.*

*Ant.* Natus eſt nobis Salvator Mundi (qui eſt Chriſtus Dominus) in civitate David. Gloria. *euouae.*

*Ant.* [a] Chriſto nato, poſito in præſepio, quem Mater Virgo genuit, venite adoremus. Gloria. *euouae.*

*Ant.* Paſtores dicite, quidnam vidiſtis, & annuntiate Chriſti nativitatem. Infantem vidimus pannis involutum, & Choros Angelorum laudantes Salvatorem. Gloria. *euouae.*

IN DIE NATALIS DOMINI.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Tecum Principium in die virtutis tuæ, ante Luciferum genui te. *Pſ.* Dicit Dominus. *euouae.*

*Ant.* Redemptionem miſit Dominus populo ſuo. *Pſ.* Confitebor. *euouae.*

*Ant.* Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde. *Pſ.* Beatus. *euouae.*

*Ant.* Apud Dominum, miſericordia eſt, & copioſa apud eum redemptio. *Pſ.* De profundis. *euouae.*

*Ant.* De fructu ventris tui, ponam ſuper ſedem meam. [*Pſal.*] Memento. *euouae.*



a. Chriſtum natum poſitum.

(A) *Gloria.* Joannes Epiſcopus Abrincenſis lib. de Eccleſiaſticis Officiis pag. 36. *Finitis Diac. Veſperis recolatur cum Antiphona & Gloria Patri memoria Nativitatis.*

(1) *Ibi vox* alleluja *in Mſ. deſideratur, unde uncis ſaltem debuiſſet includi.*

Natal's Domini.

℣. Notum fecit Dominus, alleluja, alleluja.

℟. Salutare ſuum, alleluja, alleluja.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Gloria in excelſis. [ *Require ſupra pag.*41. ] *Pſ.* Magnificat. *euouae.*

---

[ *De Beata Maria.* ]

*Ant.* Virgo hodie fidelis, etſi Verbum genuit incarnatum, virgo manſit & poſt partum. Quam laudantes omnes dicimus. Benedicta tu in mulieribus. Gloria. *euouae.*

*In Feſtivitatibus Sanctorum, quæ veniunt a Nativitate Domini uſque ad Epiphaniam, primum* (A) *& ſecundum Nocturnum facimus de Sanctis, tertium vero Nocturnum totum de Nativitate Domini. Sed Laudes de Sanctis dicimus, cum commemoratione Natalis Domini & beatæ Mariæ. Primam* [1] *& Sextam de Nativitate Domini, Tertiam & Nonam de Sanctis, Veſperam vero de Nativitate Domini, cum Commemoratione Sanctorum & beatæ Mariæ.*

---

IN NATALI S. STEPHANI PROTOMARTYRIS.

*Invitatorium.*

Regem Martyrum Dominum, venite adoremus. [*Pſ.*] Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Heſterna die Dominus natus eſt in terris, ut Stephanus hodie naſceretur in cælis. *Pſal.* Beatus. *euouae.*

*Ant.* Qui enim corpori ſuo Virginis præparavit uterum, ipſe Martyri ſuo aperire dignatus eſt cælum. *Pſ.* Quare fremuerunt. *euouae.*

*Ant.* Præſepis anguſtia Chriſtum portavit infantem; immenſitas cæli Stephanum triumphantem ſuſcepit. [ *Pſ.* ] Domine, quid. *euouae.*

℣. Sepelierunt Stephanum viri timorati.

℟. Et fecerunt planctum magnum ſuper eum.

℟. Lapidaverunt Stephanum, invocantem & dicentem. Domine Jeſu, accipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. ℣. Poſitis autem genibus, orabat Stephanus, dicens. Domine.

℟. Videbant omnes Stephanum qui erant [2] in Concilio, & intuebantur vultum ejus, tanquam vultum Angeli, ſtantis inter illos. ℣. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo. Et intuebantur.

℟. Video cælos apertos, & Jeſum ſtantem a dextris virtutis Dei. Domine Jeſu, accipe ſpiritum meum. Et ne ſta-

(A) *Primum & ſecundum Nocturnum &c.* Hanc Officiorum diverſorum permixtionem in uno die vel feſtivitate improbare videtur Auctor Micrologi cap.42. Arbitramur ex peculiari conſuetudine Canonicorum Baſilicæ Vaticanæ Sæculo x adinventa, in reliquas Urbis Eccleſias profluxiſſe, ut partim de Nativitate partimque de occurrentibus Feſtivitatibus Officia decantarentur a Nativitate ad Epiphaniam: nam in vetuſto Lectionario præfatæ Baſilicæ ſcripto ſub Sylveſtro II ad oram cujuſdam ſermonis de S. Stephano hæc adnotantur. *Secundum noſtrum Ordinem in Octava S. Stephani,* VII, VIII, IX *Lectio fiant de Nativitate Domini.*

(1) *Bened. Canon. hoc loco nulla facta* Primæ *mentione, ait:* Tertia, Sexta, & Nona de ſancto Stephano: *quod addis ſervandum & in feſtivitate ſancti Joannis, ac in aliis, uſque ad Epiphaniam opinor, feſtivitatibus.*

(2) *Mſ.* qui erant in Conciliis

ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. ℣. Et ejicientes extra Civitatem, lapidabant Stephanum, invocantem & dicentem. Domine.

*In II Nocturno cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.* [*infra in Communi unius Mart.*]

*Ant.* Filii hominum, *cum ſuis Antiphonis.*

℣. Stephanus vidit cælos apertos.

℟. Vidit & introivit.

℟. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & ſigna magna in populo. ℣. Et non poterant reſiſtere ſapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur. Faciebat.

℟. Heſterna die Dominus natus eſt in terris, ut Stephanus naſceretur in cælis: ingreſſus eſt Dominus Mundum, ut Stephanus ingrederetur in cælum. ℣. Stephanus vidit cælos apertos, vidit & introivit. In cælum.

℟. Stephanus ſervus Dei, quem lapidabant Judæi, vidit cælos apertos; vidit, & introivit. Beatus homo, cui cæli patebunt. ℣. Stephanus autem plenus [*&c.*] Beatus.

℟. Patefactæ ſunt januæ cæli, Chriſti Martyri beato Stephano, qui in numero Sanctorum inventus eſt primus. Et ideo triumphat in cælis coronatus. ℣. Stephanus vidit cælos apertos, vidit, & introivit. Ideo.

*Tertium Nocturnum totum de Nativitate facimus.*

IN LAUDIBUS.

[*Ant.*] Lapidaverunt Stephanum, & ipſe invocabat Dominum, dicens: Ne ſtatuas illis hoc peccatum, Domine. *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Lapides torrentis illi dulces fuerunt; ipſum ſequuntur omnes animæ juſtæ. *Pſ.* Jubilate. *euouae.*

Sancti Stephani.

*Ant.* Adhæſit anima mea poſt te, quia caro mea lapidata eſt propter te, Deus meus. *Pſal.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Stephanus ſervus Dei, quem lapidabant Judæi, in terris lapidatus, in cælis coronatus eſt. *Pſ.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Saule, quid perſequeris Martyrem meum Stephanum? ego te faciam ſervum meum. [*Pſ.*] Laudate. *euouae.*

℣. Lapides torrentis illi dulces fuerunt.

℟. Ipſum ſequuntur omnes animæ juſtæ.

*Ant.* Sepelierunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. *Pſal.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Stephanus vidit cælos apertos; vidit, & introivit; beatus homo, cui cæli patebunt. *euouae.*

*Ant.* Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt. *euouae.*

---

IN NATALE SANCTI JOANNIS EUANGELISTÆ.

*Invitatorium.*

Regem Apoſtolorum Dominum.

[*Ant.*] In omnem. *Pſ.* Cæli enarrant. *euouae.* [*Require infra in Communi Apoſtolorum.*]

*Ant.* Clamaverunt. *Pſal.* Benedicam. *euouae.*

[*Ant.*] Conſtitues eos. [*Pſ.*] Eructavit. *euouae.*

℣. Valde honorandus eſt beatus Joannes.

℟. Qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit.

℟. Valde honorandus eſt beatus

Sancti Johannis. Joannes, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit; cui Chriſtus in cruce, Matrem Virginem Virgini commendavit. ℣. Mulier, ecce Filius tuus; ad Diſcipulum autem. Ecce Mater tua. Cui.

℟. Exiit ſermo inter Fratres, ut Diſcipulus ille non moreretur; & non dixit Jeſus, quia non moritur; Sed, ſic eum volo manere donec veniam. ℣. Converſus autem Petrus vidit illum Diſcipulum, quem diligebat Jeſus, ſequentem, & dixit: Domine, hic autem quid? Sed ſic.

℟. Ecce puer meus electus, quem [1] elegi, dicit Dominus. Poſui ſuper eum ſpiritum meum. ℣. Hic eſt Diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus. Poſui.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Principes populorum. *Pſalm.* Omnes gentes. *euouae.*

*Ant.* Dediſti. *Pſal.* Exaudi Deus deprecationem.

*Ant.* Annuntiaverunt. *Pſ.* Exaudi Deus orationem meam, eum. *euouae.*

℣. Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium [ perhibet de his. ]

℟. Et ſcimus, quia verum eſt teſtimonium [ ejus. ]

℟. Qui vicerit, faciam illum columnam in Templo meo, dicit Dominus. Scribam ſuper eum nomen meum & nomen civitatis novæ Hieruſalem. ℣. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod eſt in Paradiſo Dei mei. Scribam.

℟. Hic eſt Diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, Et ſcripſit hæc, & ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus. ℣. Fluenta Euangelii de ipſo ſacro Dominici pectoris fonte potavit. Et ſcripſit.

℟. Sunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo. ℣. Exiit ſermo inter Fratres, ut Diſcipulus ille non moreretur. Donec.

[ IN LAUDIBUS. ]

Valde honorandus eſt beatus Johannes, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit. *Pſal.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium dedit, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus. *Pſal.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Hic eſt Diſcipulus meus, ſic eum volo manere, donec veniam. [ *Pſal.* ] Deus Deus. *euouae.*

*Ant.* Ecce puer meus electus, quem elegi, poſui ſuper eum ſpiritum meum. *Pſal.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Sunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Regnum Dei. *Pſal.* Laudate. *euouae.*

℣. Ecce puer meus electus, quem elegi.

℟. Poſui ſuper eum ſpiritum meum.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Iſte eſt Johannes, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit: dilectus Diſcipulus, cui revelata ſecreta cæleſtia. *Pſal.* Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Sic eum volo manere donec veniam, tu me ſequere: [a] oia. *euouae.*

*Ant.* Exiit ſermo inter Fratres, ut diſcipulus ille non moreretur; & non dixit Jeſus, quia non moritur, ſed, ſic eum volo manere, donec veniam. *euouae.*

*Ant.* Iſte eſt Johannes, cui Chriſtus in cruce, Matrem Virgiuem Virgini commeudavit. *Pſ.* Magnificat. *euouae.*

IN

a. Gloria.

(1) *M.ſ* quem elegit.

DE FESTO SANCTORUM INNOCENTUM.

*Super* [*Psalm.*] Venite.

Regem Martyrum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Novit Dominus. *Psal.* Beatus. *euouae.* [*Require infra in Communi plurimorum Martyrum.*]

*Ant.* In cæleſtibus. *Pſal.* Quare fremuerunt. *euouae.*

*Ant.* Domini eſt. *Pſalm.* Domine quid. *euouae.*

℣. Herodes iratus occidit multos pueros.

℟. In Bethlehem civitate.

℟. Sub altare Dei audivi voces occiſorum, dicentium. Quare non deſendis ſanguinem noſtrum? Et acceperunt Divinum reſponſum. Adhuc ſuſtinete modicum tempus, donec impleatur numerus Fratrum veſtrorum. ℣. Datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ, & dictum eſt illis. Adhuc.

℟. Centum quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra, hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim permanſerunt. Ideo regnant cum [1] Deo, & Agnus Dei cum illis. ℣. Ii ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Ideo.

℟. Vox in Rhama audita eſt ploratus [a] eſt ululatus, Rachel plorans filios ſuos. Nolui conſolari, quia non ſunt. ℣. A bimatu & infra occidit multos pueros Herodes propter Dominum. Rachel.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Filii hominum. *Pſal.* Cum invocarem. *euouae.*

*Ant.* In univerſa. *Pſalm.* Domine Dominus. *euouae.*

*Ant.* Juſtus Dominus. *Pſal.* in Domino confido. *euouae.* Sanctorum Innocentium.

℣. Sub throno Dei omnes Sancti clamant.

℟. Vindica ſanguinem noſtrum, qui effuſus eſt, Deus noſter.

℟. Iſti ſunt Sancti, qui paſſi ſunt propter te, Domine; vindica eos, quia clamant ad te quotidie. ℣. Vindica, Domine, ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Quia clamant.

℟. Adoraverunt Viventem in ſæcula ſæculorum, mittentes coronas ſuas ante thronum Domini Dei ſui. ℣. Venientes autem, venient in exultatione, portantes manipulos ſuos. Ante.

℟. Abſterget.

*Totum Tertium Nocturnum de Nativitate Domini facimus. Non cantatur* Te Deum laudamus, *niſi venerit in Dominica. In Oct. tamen ejus cantamus.*

IN LAUDIBUS.

[*Ant.*] Herodes iratus, occidit multos pueros in Bethlehem civitate. *Pſal.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* A bimatu & infra, occidit multos pueros Herodes propter Dominum. *Pſal.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Sinite, parvulos venire ad me; talium eſt enim regnum cælorum. *Pſ.* Deus, Deus. *euouae.*

*Ant.* Angeli eorum ſemper vident faciem Patris. *Pſ.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Sub throno Dei omnes Sancti clamant. Vindica ſanguinem noſtrum, qui effuſus eſt, Deus noſter. *Pſalm.* Laudate. *euouae.*

℣. A bimatu & infra occidit multos pueros.

℟. Herodes propter Dominum.

*Ad*

a. &.

(1) *Mſ.* ideo regnant cum Domino; & Agnus Dei &c.

Octave Nativit. Domini.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni ſunt; & non delebo nomina eorum de libro vitæ, alleluja. *Pſal.* Benedictus. *euouae*.

*Ant.* Vox in Rhama audita eſt, Rachel plorans filios ſuos. [a] oia. *euouae*.

[*Ant.*] Hii ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati; Virgines enim ſunt, & ſequuntur Agnum quocumque jerit. *Pſ.* Magnificat. *euouae*.

---

*Ant.* Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu iter perageret, omnipotens Sermo tuus, Domine, a regalibus ſedibus veniet. alleluja. *Pſ.* Benedictus. *euouae*.

*In Vigilia Octavæ Nativitatis Domini, cantamus ad Veſperum.* O admirabile commercium, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis beatæ Mariæ Virginis.* ℣. Poſt partum Virgo. *Ad* Magnificat, Beatus venter, *cum Commemoratione Sanctorum.*

*Matutinum de Nativitate.* ℣. *& duo Reſponſoria* [b] *de Sancto Baſilio.*

IN LAUDIBUS.

*Ant.* O admirabile commercium! Creator generis humani animatum corpus ſumens, de Virgine naſci dignatus eſt, & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam Deitatem. *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae*.

*Ant.* Rubum, quem viderat Moyſes incombuſtum, conſervatam agnovimus tuam laudabilem Virginitatem, Dei Genitrix intercede pro nobis. *Pſ.* Jubilate. *euouae*.

*Ant.* Germinavit Radix Jeſſe, orta eſt Stella ex Jacob, Virgo peperit Salvatorem, te laudamus, Deus noſter. *Pſ.* Deus, Deus meus. *euouae*.

*Ant.* Innovantur naturæ, Deus, homo factus eſt; in quo fuit, permanſit, & quod non erat, aſſumpſit, non commixtionem paſſus, neque diviſionem. *Pſ.* Benedicite. *euouae*.

*Ant.* Magnum hæreditatis myſterium! templum Dei factus eſt uterus Neſcientis virum: non eſt pollutus ex ea, carnem aſſumens: omnes Gentes venient, dicentes: Gloria tibi, Domine. *Pſ.* Laudate. *euouae*.

℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.

℣. Dei Genitrix intercede pro nobis.

*Ad* Benedictus *antiphonamus.*

*Ant.* Beatus venter, qui te portavit, Chriſte, & beata ubera, quæ te lactaverunt Dominum & Salvatorem Mundi. *Pſ.* Benedictus. *euouae*.

*Ant.* Quando natus es ineffabiliter ex Virgine, tunc impletæ ſunt Scripturæ, ſicut pluvia in vellus deſcendiſti, ut ſalvum faceres genus hominum, te laudamus Deus noſter. *Pſ.* Magnificat. *euouae*.

*Præfatæ Antiphonæ cantantur uſque ad Vigiliam Epiphaniæ.*

---

IN FESTO S. SILVESTRI.

*Quod deeſt de ejus Hiſtoria, ſupplemus de Communi Sanctorum.*

℟. Hic eſt vir, qui non eſt derelictus a Deo in die certaminis ſui; & ipſe conculcavit caput ſerpentis antiqui. Modo coronabitur, Quia fideliter vixit in mandatis Domini. ℣. Juſtum deduxit [*&c.*] Quia.

℟. Silveſter beatiſſimus Urbis Romæ [1] Epiſcopus, nutritor fuit pauperum,

a. Gloria. b. tertii Nocturni.

(1) *Qui ſupra in Kalendario pag. 26 Papa dictus eſt B. Silveſter, hoc loco & Romæ Epiſcopus nuncupatur: quod ſane notandum ob ea quæ alibi ad hanc rem dicturi ſumus, ut Thomaſinum noſtrum, relle ſequentem veterum Chriſtianorum morem in Summi Pontificis nuncupatione, ab injuſta cenſura vindicemus.*

rum, & Doctor Euangelii. ℣. Juſtum [ &c. ]

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Silveſter beatiſſimus, Urbis Romæ Epiſcopus, nutritor fuit pauperum, & Doctor Euangelii. *Pſ.* Benedictus. *euouae.*

---

*In Vigilia Epiphaniæ cantamus ad Veſperum Antiph.* Ante luciferum, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis Dominicalibus, &* [ *Pſal* ] In exitu. [ ℣. ] Reges Tharſis.

*Antiph. ad* Magnificat.

Venite omnes populi, inviſibile myſterium glorificemus; quia Creator omnium, ipſe proceſſit ex Virgine, & Verbum caro factum eſt, ut liberaret orbem terrarum. *Pſal.* Magnificat. *euouae.*

*Hodie ad omnes Antiphonas reſpondemus; & omnia Reſponſoria reincipiuntur a capite.*

IN EPIPHANIA DOMINI.

*Statio eſt in Baſilica Beati Petri Principis Apoſtolorum.*

*Hodie non cantamus Invitatorium, ſed abſolute incipimus.*

IN I NOCTURNO.

[*Ant.*] Afferte Domino, filii Dei, adorate Dominum in aula ſancta ejus. *Pſ.* Afferte Domino filios arietum.

*Ant.* Pſallite Deo noſtro, pſallite; pſallite Regi noſtro, pſallite ſapienter. *Pſ.* Omnes gentes plaudite. *euouae.*

*Ant.* Omnis terra adoret te, & pſallat tibi, pſalmum[1] dicat nomini tuo, Domine. *Pſ.* Jubilate. *euouae.*

℣. Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent. Epiphania Domini.

℟. Reges Arabum & Saba dona adducent.

℟. Hodie in Jordane, baptizato Domino, aperti ſunt cæli, & ſicut columba ſuper eum Spiritus manſit, & vox Patris intonuit. Hic eſt Filius meus Dilectus, in quo mihi complacui. ℣. Cæli aperti ſunt ſuper eum, & vox Patris intonuit, dicens. Hic.

℟. Stella, quam viderant Magi ab Oriente, antecedebat eos, donec veniret ad locum, ubi Puer erat. Videntes autem eam, gaviſi ſunt gaudio magno. ℣. Et intrantes domum, invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Videntes.

℟. Interrogabat Herodes Magos. Quod ſignum vidiſtis ſuper natum Regem? Stellam magnam fulgentem, cujus ſplendor illuminat totum Mundum; & nos cognovimus, Et venimus adorare Dominum. ℣. Vidimus Stellam ejus in Oriente. Et venimus.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent Regi Domino. *Pſ.* Deus, judicium. *euouae.*

*Ant.* Omnes Gentes quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te, Domine. *Pſ.* Inclina. *euouae.*

*Ant.* Venite, adoremus Deum, qui ipſe eſt Dominus Deus noſter.[2] [*Pſ.*] Venite. *euouae.*

℣. Adorabunt eum omnes reges terræ.

℟. Omnes Gentes ſervient ei.

℟. Tria

(1) *Mſ. ibi*, pſalmum dicam nomini tuo Domine.

(2) *Pſalmum* XCIV *quem hodie in die Epiphaniæ cantamus ad initium* III *Nocturni, olim ſexto loco, hoc eſt ad finem* II *Nocturni cantari conſuevisſe non ſolum hinc patet ex Antiphonario noſtro, cui conſentit & Antiph. nov. ed. Operum S. Greg. ſed & ex Amal. cap.* 21 *de Ord. Antiph. atque ex Honorio Auguſtod. Gemma Lib.* III, *cap.* 20, *quem ritum uſque ad Belethi tempora perduraſſe ex ipſius Rational. Divin. Offic. cap.* XXXII *apparet.*

Epiphaniæ Domini.

℟. Tria ſunt munera pretioſa, quæ obtulerunt Magi Domino in die iſta, & habent in ſe Divina myſteria: In auro, ut oſtendatur Regis potentia, in thure, Sacerdotem magnum conſidera, & in myrrha, Dominicam ſepulturam. ℣. Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent; reges Arabum & Saba dona adducent. In auro.

℟. Videntes Stellam Magi, gaviſi ſunt gaudio magno, & intrantes domum, invenerunt Puerum cum Maria matre ejus, & procidentes, adoraverunt eum. Et apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei munera, aurum thus & myrrham. ℣. Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent; reges Arabum & Saba dona adducent. Et apertis.

℟. Hic eſt dies præclarus, in quo Salvator Mundi apparuit, quem Prophetæ prædixerunt, Angeli adoraverunt; cujus Stellam Magi videntes, gaviſi ſunt, Et munera ei obtulerunt. ℣. Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent; reges Arabum & Saba dona adducent. Et munera.

IN IIII NOCTURNO.

*Ant.* Fluminis (A) impetus lætificat, alleluja, Civitatem Dei, alleluja. *Pſ.* Deus noſter refugium. *euouae.*

[a] *Ant.* Adorate Dominum, alleluja, in aula ſancta ejus: alleluja. *Pſ.* Cantate Domino. 1. *euouae.*

*Ant.* Adorate Dominum, alleluja, omnes Angeli ejus, alleluja. *Pſalm.* Dominus regnavit, exultet. *euouae.*

℣. Omnes de Saba venient, alleluja, alleluja.

℟. Aurum & thus deferentes, alleluja, alleluja.

℟. Magi veniunt ab Oriente Hieroſolymam, inquirentes, & dicentes: ubi eſt qui natus eſt, cujus Stellam vidimus? & venimus cum muneribus adorare Dominum. ℣. Reges Tharſis [*&c.*] Adorare.

℟. Hodie cæli aperti ſunt, & mare dulce factum eſt; terra exultat, montes & campi lætantur. Quia hodie a Johanne in Jordane Chriſtus baptizatus eſt, ℣. Quid eſt, mare, quod fugiſti? & tu Jordanis, quia converſus [b] eſt retrorſum? Quia.

℟. Omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes; Et laudem Domino annuntiantes. ℣. Reges Tharſis [*&c.*] Et laudem.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Ante Luciferum genitus & ante ſæcula, Dominus Salvator noſter hodie Mundo apparuit. *Pſal.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Venit lumen tuum, Hieruſalem, & gloria Domini ſuper te orta eſt; & ambulabunt Gentes in lumine tuo. alleluja. *Pſ.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Apertis theſauris ſuis, obtulerunt Magi Domino aurum thus & myrrham, alleluja. *Pſ.* Deus Deus. *euouae.*

*Ant.* Maria & flumina benedicite Domino, hymnum dicite fontes Deo noſtro. alleluja. *Pſalm.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Magi viderunt Stellam, qui dixerunt ad invicem. Hoc ſignum magni

*a.* Amal. cap. 21. *b.* ex.

(A) *Ant. Fluminis impetus &c.* Amalarius aſſerit decantari hanc Antiphonam cum *Alleluja* in IIII Nocturno: vide varias Lectiones ejuſdem ab Hittorpio editas, itemque Honorium Auguſtodunen. lib. 3, c. 20.

magni Regis eſt; eamus, & procidamus ei, & offeramus ei munera aurum thus & myrrham, alleluja. [*Pſal.*] Laudate. *euouae*.

℣. Vidimus ſtellam ejus in Oriente.

[℟.] Et venimus cum muneribus adorare Dominum.

*Hodie antiphonamus ad* Benedictus.

[*Ant.*] Hodie cæleſti ſponſo juncta eſt Eccleſia, quoniam in Jordane lavit Chriſtus ejus crimina: currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias; & ex aqua facto vino, lætentur convivæ. *Pſ.* Benedictus. *euouae*.

*Ant.* In columbæ ſpecie Spiritus Sanctus viſus eſt; Paterna vox audita eſt. Hic Filius meus. *euouae*.

*Ant.* Videntes Stellam Magi, gaviſi ſunt gaudio magno, & intrantes domum, obtulerunt Domino aurum thus & myrrham. alleluja.

*Ant.* [a] Baptizans miles Regem, ſervus Dominum ſuum, Johannes Salvatorem, aqua Jordanis ſtupuit, columba proteſtatur; Paterna vox audita eſt. Hic Filius meus. *Pſal.* Magnificat. *euouae*.

*Ant.* Vidimus Stellam ejus in Oriente, & venimus cum muneribus adorare Dominum. *euouae*.

*Ad Primam.*

*Ant.* Stella apparuit nobis, gaudio replebimur, quia Deum vidimus. *euouae*.

*Ad Tertiam.*

*Ant.* Stella iſta ſicut flamma coruſcat; Regem regum Dominum demonſtrat. *euouae*.

RESPONS. ET ANTIPH.

*Ad Sextam.* Octavæ Epiphaniæ.

*Ant.* Stella ſtetit ſupra domum Domini, Magi videntes, gaudio gaviſi ſunt. *euouae*.

*Ant.* Pater de cælo Filio [1] teſtificatur de Spiritus Sancti præſentia, adveniſſe unum edocens, qui baptizatur Chriſtus. *euouae*.

*Ant.* Peccati aculeus conteretur hodie baptizato Domino, & nobis donata eſt [b] remuneratio. *euouae*. [2]

---

*In Vigilia Octavæ Epiphaniæ ad Veſperum. Ant.* Veterem hominem, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis Dominicalibus*, & [*Pſ.*] In exitu. ℣. In columbæ ſpecie. *Poſt Orationem facimus Commemorationem Sanctorum Celſii & Juliani.*

*In Octava Epiphaniæ cantamus Matutinum ſicut in Epiphania. Verſum tamen* [c] *primi Nocturni dicimus de Sanctis.* Exultent Juſti, & *ſeptimum Reſponſorium.* Verbera carnificum. VIII *Reſponſorium*, Ecce completa.

[℟.] Ecce completa ſunt omnia, quæ prædicta ſunt Mariæ Virgini ab Angelo Domini. Natus eſt Puer, in præſepio poſitus, a paſtoribus [d] demonſtratur, & de cælis a Patre vocatus. Hic eſt Filius meus Dilectus, in quo mihi bene complacuit. ℣. Cæli aperti ſunt ſuper eum, & vox Patris intonuit, dicens. Hic eſt.

IN LAUDIBUS.

[e] *Ant.* Veterem hominem renovans Salvator, venit ad baptiſmum; ut [f] natura, quæ corrupta eſt, per aquam

G recu-

*a.* baptizat. *b. al.* regeneratio. *c.* tertii. *d.* demonſtratus. *e.* memoratur ab Amal. lib. 4, cap. 34. *f.* naturam.

(1) *Mſ.* teſtificat.

(2) *Ritum ſervandum diebus infra Octavam Epiphaniæ his verbis exponit Bened. Canon.* Infra Octavas ad Matutinum quotidie tres pſalmi & tres Lectiones de Sermone cum ſuis antiphonis & reſponſoriis, excepta Dominica, quoniam ſunt novem Lectiones.

Dominica. recuperaret, incorruptibilem veſtem [a] circumamicteus vobis. *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae.*

[b] *Ant.* Te (qui in ſpiritu & igne purificas humana contagia) Deum & Redemptorem omnes [c] glorificemus. *Pſ.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Baptiſta contremuit, & non audet tangere Sanctum [d] tuum verticem; ſed clamat cum tremore. Sanctifica me, Salvator. *Pſalm.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Capud Draconis Salvator conteruit in Jordane flumine, ab ejus poteſtate omnes [e] eripiemur *Pſ.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Magnum myſterium declaratur [f] hominibus, quia Creator omnium in Jordane expurgat noſtra facinora. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. In columbæ ſpecie Spiritus Sanctus viſus eſt.

℟. Paterna vox audita eſt. Filius meus.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Precurſor Johannes exultat cum Jordane: [g] baptizato Domino, facta eſt orbis terrarum exultatio; facta eſt peccatorum noſtrorum remiſſio; ſanctificans aquas, ipſi omnes [h] clam. Miſerere noſtri. [*Cant.*] Benedictus. *euouae.*

*Ant.* Cæli aperti ſunt ſuper eum, & vox Patris intonuit. Hic eſt Filius meus Dilectus, in quo mihi bene complacui. *Pſ.* Magnificat.

---

*Dominica I poſt Octava Epiphaniæ canitur de Pſalmiſta.*

*Super* [*Pſalm.*] Venite.

Quoniam Deus Magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes deos. *Pſ.* Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo Salutari noſtro.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, *euouae.* [1] *Pſal.* Beatus vir. *Pſal.* Quare fremuerunt. *Pſal.* Domine quid. *Pſal.* Domine ne in ira.

*Ant.* Deus Judex juſtus fortis & longanimis, numquid iraſcitur per ſingulos dies? *euouae.* *Pſal.* Dominus Deus meus in te. *Pſal.* Domine Dominus noſter. *Pſal.* Confitebor. *Pſal.* In Domino confido.

*Ant.* Tu Domine ſervabis nos, & cuſtodies nos. *euouae.* *Pſal.* Salvum me fac. *Pſal.* Uſquequo. *Pſal.* Dixit inſipiens. *Pſal.* Domine, quis habitabit.

[℣.] Memor fui nocte nominis tui, Domine.

℟. Et cuſtodivi legem tuam.

℟. Qui [i] meditabitur in Lege Domini die ac nocte, Dabit fructum ſuum in tempore ſuo. ℣. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. Dabit.

℟. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam, ne pereatis de via juſta. ℣. Cum exarſerit in brevi ira ejus, beati omnes qui confidunt in eo. Apprehendite.

℟. Cum invocarem te, exaudiſti me Deus juſtitiæ meæ; in tribulatione dilataſti me. Miſerere mihi Domine, & exaudi orationem meam. ℣. Fi-

*a.* circumamiciens nos. *b.* memoratur & [2]. Iſte ab Amal. eodem loco. *c.* glorificamus. *d.* al. Dei. *e.* al. eripuit. *f.* al. hodie. *g.* Amal. lib. 4. cap. 14. Vide eumdem de Ord. Antiph. cap. 25. *h.* clamemus. *i.* Amal. cap. 1.

(1) *Reſponſoria hujuſce Dominicæ e Pſalmis conflata, de quibus videndus Amal. cap. 27. Et Bened. Canon. qui ait*: ponitur hiſtoria de Pſalmiſta, *Qui meditabitur in lege Domini*, uſque in Septuageſimam.

℣. Filii hominum, uſquequo graves corde? ut quid diligitis vanitatem; & quæritis mendacium? Miſerere.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Conſerva me Domine, quoniam in te ſperavi. [a] *Pſalm.* Dixi Domino.

*Ant.* Inclina Domine aurem tuam michi, & exaudi verba mea. *Pſalm.* Exaudi Domine. *euouae.*

*Ant.* Diligam te, Domine virtus mea. [*Pſal.*] [b] Domine firmamentum. *euouae.*

℣. Laudans invocabo Dominum.

℟. Et ab inimicis meis ſalvus ero.

℟. Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Miſerere [1] mei Domine, quoniam infirmus ſum. ℣. Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ, & [c] dixit. Miſerere.

℟. Deus qui ſedes ſuper thronum, & judicas æquitatem, eſto refugium pauperum in tribulationibus. Quia tu ſolus laborem & dolorem conſideras. ℣. Adjutor in opportunitatibus in tribulatione, ſperent in te omnes qui noverunt nomen tuum. Quia.

℟. Notas michi fecisti Domine vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Delectationes in dextera tua. uſque in finem. ℣. Conſerva me Domine, quoniam in te ſperavi: dixi Domino, Deus meus es tu. Delectationes.

*A Dominica prima poſt Octavam Epiphaniæ uſque ad Dominicam Septuageſimæ, & a Dominica prima poſt Pentecoſten uſque ad Adventum, cantamus in Dominicis diebus in III Nocturno has* Alleluia. (A) Dominicæ.

*Ant.* Alleluja, alleluja. *Pſal.* Cæli enarrant. *euouae.*

*Ant.* Alleluja, alleluja. *Pſ.* Exaudiat. *euouae.*

*Ant.* Alleluja, alleluja. *Pſal.* Domine in virtute. *euouae.*

℣. Exaltare Domine in virtute tua.

℟. Cantabimus & pſallemus virtutes tuas.

℟. Diligam te Domine virtus mea. Dominus, firmamentum meum & refugium meum. ℣. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis ſalvus ero. Dominus.

℟. Petre amas. [*Require infra in Feſtivitate S. Petri.*]

℟. Domini eſt terra & plenitudo ejus, Orbis terrarum, & univerſi qui habitant in ea. ℣. Ipſe ſuper maria fundavit eam, & ſuper flumina præparavit illam. Orbis.

IN LAUDIBUS.

(B) *Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit. *euouae.* *In Laud.*

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſalm.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſal.* Deus Deus meus. *euouae.*



a. Amal. cap. 2. b. Dominus. c. dixi.

(A) *Has Alleluja &c.* Amalarius cap. 1.

(B) *Ant. Alleluja &c.* Matutinæ Antiphonæ dici Dominicæ (excepta quarta) ſolo *Alleluja* pluries repetito conſtabant. Amal. cap. 78.

(1) *Mſ.* miſerere mihi Domine.

Dominicæ. *Ant.* Benedicta gloria Domini de loco ſuo, alleluja. *Pſal.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Alleluja, Alleluja, alleluja. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Dominus regnavit, decorem induit.

℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtutem.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſal.* Benedictus. *euouae.*

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Sede a dextris meis. *Pſ.* Dicit Dominus. *euouae.*

*Ant.* Confitebor tibi Domine in toto corde meo. *Pſalm.* In conſilio. *euouae.*

*Ant.* Qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis. *Pſal.* Beatus. *euouae.*

*Ant.* Sit nomen Domini benedictum in ſæcula. *Pſal.* Laudate pueri. *euouae.*

*Ant.* Nos qui vivimus, benedicimus Dominum. *Pſ.* In exitu. *euouae.*

℣. Veſpertina oratio aſcendat ad te, Domine.

℟. Et deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. [ *Canticum.* ] Magnificat. *euouae.*

*In Commemoratione Apoſtolorum Petri & Pauli, in Matutinis & Veſperis.*

*Ant.* Petrus Apoſtolus, & Paulus Doctor Gentium, ipſi nos docuerunt Legem tuam, Domine.

℣. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.

℟. Memores erunt nominis tui, Domine.

*Ad Completorium.*

℣. In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum.

℟. Redemiſti me, Domine Deus veritatis.

Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto.

℣. Cuſtodi nos Domine, ut pupillam oculi.

℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

*Ant.* Salva nos Domine vigilantes, cuſtodi nos dormientes: vigilemus cum Chriſto; requieſcamus in pace. *Pſ.* Nunc dimittis.

---

FERIA II.

*Invitatorium.*

Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo Salutari noſtro, præoccupemus faciem ejus in confeſione; & in pſalmis jubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes deos. Quoniam non repellit Dominus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ; & altitudines montium ipſe conſpicit.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus. Venite, adoremus, & procidamus ante Deum; ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra; Sicut in exacerbatione ſecundum diem temptationis in deſerto, ubi temptaverunt me patres veſtri; probaverunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui Generationi huic, & dixi. Semper hii errant corde. Ipſi vero non

ro non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea. Si introibunt in Requiem meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen. Feriæ II.

*Ad Nocturnum.* [a]

*Ant.* Dominus defenſor vitæ meæ. *Pſal.* Dominus illuminatio. *euouae.* [*Pſal.* Ad te Domine.]

*Ant.* Adorate Dominum in aula ſancta ejus. *Pſalm.* Afferte. *euouae.* [*Pſal.*] Exaltabo te.

*Ant.* In tua juſtitia libera me, Domine. *Pſalm.* In te Domine. *Pſalm.* Beati quorum.

*Ant.* Rectos decet collaudatio. *Pſ.* Gaudete. *Pſ.* Benedicam Dominum.

*Ant.* Expugna impugnantes me. *Pſal.* Judica. *Pſal.* Dixit inſipiens.

*Ant.* Revela Domino viam tuam. *Pſal.* Noli æmulari. *Pſal.* Domine ne in ira. II.

℣. Domine, in cælo miſericordia tua.

℟. Et veritas tua uſque ad nubes.

℟. Unam petii a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. ℣. Ut videam voluntatem Domini, & protegar a Templo ſancto ejus. Omnibus.

℟. Benedicam Dominum in omni tempore. Semper laus ejus in ore meo. ℣. In Domino laudabitur anima mea, audiant manſueti, & lætentur. Semper.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Miſerere mei Deus. [*Pſal. idem*] Secundum. *euouae.*

*Ant.* Intellige clamorem meum Domine. *Pſal.* Verba mea. *euouae.*

*Ant.* Sitivit in te anima mea, Deus meus. *Pſal.* Deus Deus. *euouae.*

*Ant.* Ecce Deus Salvator meus. *Pſal.* Confitebor. *euouae.*

*Ant.* Laudate Dominum de cælis. *Pſal.* Laudate. *euouae.*

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.

℟. Exultavimus, & delectati ſumus.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Benedictus Dominus, quia viſitavit & liberavit nos. [*Canticum idem.*] Et fecit.

*Ad Primam.* (A)

*Ant.* Benedictus es Domine, doce me juſtificationes tuas. [*Pſ.* XXI] Deus Deus meus reſpice.

*Ad*

a. Pſalmi & Cantica Matutinorum quotidianorum memorantur ab Amalario cap. 5.

(A) *Ad Primam Ant. Benedictus es &c.* Hæc & ſequentes Antiphonæ ad Curſus Horarum diurnarum communes videri poſſent diebus Dominicis ac Ferialibus. Pſalmus namque XXI, qui Antiphonæ Horæ Primæ ſubjicitur, ad diem Dominicum pertinet ex priſco ritu Eccleſiæ Romanæ, quo ad Primam ejus diei cantabantur Pſalmi XXI, XXII, XXIII, XXIV, XXV, LIII, CXVII, & CXVIII *Beati immaculati &c.* Conſule Radulphum Tungrenſem propoſ. 10, & Amalarium in Supplemento edito a Mabillonio; qui etiam aſſerit Pſalmum XXI, & conſequenter reliquos nunquam prætermitti ſolere in Curſu Horæ Primæ diebus Dominicis, exceptis diebus Paſchæ & Pentecoſtes. Attamen Benedictus Canonicus in ſuo Rituali Eccleſiæ Romanæ Antiphonas præfatas Feriis, diebus autem Dominicis *Alleluja* cautandum adſcribit ad diurnas Horas. Vide etiam Radulphum propoſ. 15.

Feria III.

*Ad Tertiam.*

*Ant.* Inclina cor meum Deus in teſtimonia tua. [*Pſ.*] Legem pone.

*Ad Sextam.*

*Ant.* Domine vivifica me ſecundum verbum tuum. [*Pſ.*] Defecit.

*Ad Nonam.*

*Ant.* Aſpice in me Domine, & miſerere mei. [*Pſ.*] Mirabilia. *euo.*

*Ad Veſperum.*

[*Ant.*] Inclinavit Dominus aurem ſuam michi. *Pſ.* Dilexi quoniam. *euouae.*

[*Ant.*] Credidi, propter quod locutus ſum. *Pſ.* Ego autem. *euouae.*

*Ant.* Laudate Dominum omnes Gentes. *Pſ.* Et collaudate. *euouae.*

*Ant.* Clamavi, & exaudivit me. *Pſ.* Ad Dominum. *euouae.*

*Ant.* Auxilium meum a Domino. [*Pſ.*] Levavi. *euouae.*

℣. Dirigatur, Domine, oratio mea.

℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Exultet ſpiritus meus in Domino Deo Salutari meo. [*Canticum.*] Magnificat.

*Ad Completorium.*

Te lucis ante terminum, rerum Creator, poſcimus, ut ſolita clementia, ſis præſul ad cuſtodiam. Procul recedant ſompnia, & noctium phantaſmata; hoſtemque noſtrum comprime, ne polluantur corpora. Præſta Pater omnipotens, per Jeſum Chriſtum Dominum; Qui tecum in perpetuum regnat cum Sancto Spiritu. Amen.[1]

---

FERIA III.

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Jubilemus Deo Salutari noſtro; præoccupemus faciem ejus in confexione, & in pſalmis jubilemus ei.

Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes deos. Quoniam non repellit Dominus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ; & altitudines montium ipſe conſpicit. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus[2]. Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra; Sicut in exacerbatione ſecundum diem temptationis in deſerto, ubi temptaverunt me patres veſtri, probaverunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui Generationi huic, & dixi. Semper hii errant corde. Ipſi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea. Si introibunt in Requiem meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

[*Ad Nocturnum.*]

*Ant.* Ut non delinquam in lingua mea. *Pſ.* Dixi, Cuſtodiam. [*Pſal.* Expectans expectavi.] *euouae.*

*Ant.* Sana animam meam, quia peccavi tibi. *Pſ.* Beatus vir. [*Pſal.*] Sicut cervus.

*Ant.* Eructavit cor meum verbum bonum. *Pſ.* Deus auribus. *Pſ.* Eructavit.

*Ant.* Adjutor in tribulationibus. [*Pſ.*] Deus noſter. [*Pſal.* Omnes Gentes.]

[*Ant.*] Magnus Dominus & laudabilis nimis. [*Pſal. idem.*] In civitate.

(1) *Illic in Mſ. ſubjungitur*: ℣. Cuſtodi nos Domine.

(2) *Adde* ejus.

tate. *Pſalm.* Audite hæc omnes Gentes.

*Ant.* Deus Dominus locutus eſt. [ *Pſal. idem.* ] Et vocavit. *Pſ.* Quid gloriaris.

℣. Immola Deo ſacrificium laudis.

℟. Et redde Altiſſimo vota tua.

℟. Auribus percipe Domine lacrimas meas; ne ſileas a me. Remitte michi, Quoniam incola ego ſum apud te & peregrinus. ℣. Dixi, Cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Quoniam.

℟. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci. Miſerere mei, ut juſtificeris Domine in ſermonibus tuis. ℣. Amplius lava me ab injuſtitia mea, & a delicto meo munda me. Miſerere.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Amplius lava me Domine ab injuſtitia mea. *Pſalm.* Miſerere mei. *euouae.*

*Ant.* Salutare vultus mei Deus meus. *Pſ.* Judica me. *euouae.*

*Ant.* In nomine tuo, Domine, levabo manus meas. *Pſ.* Deus Deus. *euouae.*

*Ant.* Corripies me Domine, & vivificabis me. *Pſ.* Ego dixi. *euouae.*

*Ant.* Omnes Angeli ejus laudate Dominum de cælis. *Pſal.* Laudate. *euouae.*

℣. Repleti ſumus.

℟. Exultavimus.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Erexit nobis cornu ſalutis in domo David pueri ſui Deus Iſrael. *Pſ.* Benedictus. *euouae.*

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt michi. *Pſ.* In domum. *euouae.*

*Ant.* Qui habitas in cælis, miſerere nobis. *Pſ.* Ad te levavi. *euouae.* Feria IV.

*Ant.* Adjutorium noſtrum in nomine Domini. *Pſ.* Niſi quia Dominus. *euouae.*

[ *Ant.* ] Et Dominus in circuitu populi ſui. *Pſ.* Qui confidunt. *euouae.*

[ *Ant.* ] Facti ſumus ſicut conſolati. *Pſ.* In convertendo. *euouae.*

℣. Dirigatur Domine.

*Ad* Magnificat.

[ *Ant.* ] Reſpexit Dominus humilitatem meam, quoniam fecit in me magna, qui potens eſt. [ *Canticum.* ] Magnificat.

---

FERIA IIII.

*Super* [ *Pſal.* ] Venite.

Regem magnum Dominum, venite adoremus.

Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo Salutari noſtro, præoccupemus faciem ejus (1) in confexione; & in pſalmis jubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus; & Rex magnus ſuper omnes deos. Quoniam non repellit Dominus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus. Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra; Sicut in exacerbatione ſecundum diem temptationis in deſerto, ubi temptaverunt me pa-

(1) *In prima Operis editione legebatur:* in confexione jubilemus ei, *deinde ad pagina calcem additum erat:* & in pſalmis, *quaſi poſtrema hæc verba Librarii vitio in Mſ. omiſſa fuiſſent: ſed ipſum Mſ. conſu-*

*lentes deprehendimus exſcriptori, quo uſus eſt Thomaſius ea potius excidiſſe; unde nil dubii ſupereſſe nobis potuit quin locum eſſe integrum reſtituendum cogitaremus.*

Feria IV. me patres veſtri, probaverunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui Generationi huic, & dixi. Semper hii errant corde. Ipſi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea. Si introibunt in Requiem meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio & nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum. Amen.

[ *Ad Nocturnum.* ]

*Ant.* Avertet Dominus captivitatem plebis ſuæ. *Pſal.* Dixit inſipiens. *Pſ.* Exaudi Deus.

*Ant.* Quoniam in te confidit anima mea. *Pſ.* Miſerere michi Domine. [ *Pſ.* ] Miſerere mei Deus, miſerere [ mei, ] quoniam.

*Ant.* Juſta judicate filii hominum. *Pſ.* Si vere utique. *Pſ.* Eripe me de inimicis.

*Ant.* Da nobis Domine auxilium de tribulatione. [ *Pſal.* ] Deus repuliſti. *Pſalm.* Exaudi Deus deprecationem.

*Ant.* Nonne Deo ſubdita erit anima mea? [ *Pſalm. idem.* ] Ab ipſo enim. [ *Pſ.* ] Exaudi Deus orationem meam, cum.

[ *Ant.* ] Benedicite Gentes Deum noſtrum. [ *Pſ.* ] Jubilate Deo. [ *Pſ.* ] Exurgat.

℣. Deus [a] vita mea nuntiavi tibi.

℟. Poſui lacrimas [b] in conſpectu [ tuo. ]

℟. Miſerere mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea; Et in umbra alarum tuarum ſperabo. ℣. Clamabo ad Deum Altiſſimum, & ad Dominum qui benefecit mihi. Et in umbra.

℟. Exaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamavi, Domine. ℣. Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me, deduxiſti me. A finibus.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Tibi ſoli peccavi Domine, Miſerere mei. *Pſalm.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Te decet hymnus Deus, in Sion. [ *Pſal. idem.* ] Et tibi reddetur. *euouae.*

*Ant.* Factus es adjutor meus, Deus meus. *Pſ.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Exultavit cor meum in Domino. *Pſ.* Exaltatum. *euouae.*

*Ant.* Sol & luna laudate Deum. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.

℟. Exultavimus, & delectati ſumus.

*Ad* Benedictus.

[ *Ant.* ] Liberabit nos Dominus ab inimicis noſtris, & de manu omnium qui nos oderunt. *Pſal.* Benedictus. *euouae.*

*Ad Veſperum.*

[ *Ant.* ] Non confundetur, dum loquetur inimicis ſuis in porta. *Pſ.* Niſi Dominus. *euouae.*

*Ant.* Beati omnes qui timent Dominum. *Pſ.* Qui ambulant. *euouae.*

*Ant.* Sæpe expugnaverunt me a juventute mea. [ *Pſal. idem.* ] Dicat nunc. *euouae.*

*Ant.* De profundis clamavi ad te, Domine. *Pſ.* Domine exaudi. *euouae.*

*Ant.* Domine, non eſt exaltatum cor meum. *Pſ.* Neque elati. *euouae.*

*Ant.* Fecit michi Deus meus magna, qui potens eſt. [ *Cant.* ] Magnificat.



*a.* vitam meam. *b.* meas.

FERIA V.

*Super* [ *Pſal.* ] Venite.

Dominum, qui fecit nos, venite adoremus. [*Pſ.*] Venite exultemus.

*Ad Nocturnum.*

*Ant.* Domine Deus in adjutorium meum intende. *Pſ.* Salvum me. *Pſ.* Domine Deus [in adjutorium meum intende.]

*Ant.* Eſto michi in Deum protectorem. *Pſal.* Deus in te ſperavi. *Pſal.* Deus, judicium.

*Ant.* Liberaſti Virgam hæreditatis tuæ. *Pſ.* Quam bonus. *Pſ.* Ut quid repuliſti.

*Ant.* Et invocabimus nomen tuum, Domine. *Pſ.* Confitebimur. *Pſ.* Notus in Judæa.

*Ant.* Vox mea ad Deum, & intendit michi. *Pſal.* Voce mea. *Pſal.* Attendite.

*Ant.* Propitius eſto peccatis noſtris, Domine. *Pſal.* Deus venerunt. *Pſal.* Qui regis.

℣. Gaudebunt labia mea, dum cantavero tibi.

℟. Et anima [a], quam redemiſti.

℟. Deus in te ſperavi, Domine, non confundar in æternum. In tua juſtitia libera me, & eripe me. ℣. Eſto michi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut ſalvum me facias. In tua.

℟. Devaſtavit vineam [b] ſuam aper de ſilva, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam: vide Domine, & excita potentiam tuam; & ne pereat, quod plantavit dextera tua. ℣. Domine Deus Virtutum converte nunc; reſpice de cælo, & vide, & viſita vineam iſtam. Et ne pereat.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Spiritu principali confirma cor meum, Deus. *Pſal.* Miſerere mei. *euouae.* Feria V.

*Ant.* Domine, refugium factus es nobis. [*Pſal. idem.*] A generatione. *euouae.*

*Ant.* In matutinis, Domine, meditabor in te. *Pſ.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Cantemus Domino glorioſe. *Pſ.* Enim honorificatus, *euouae.*

*Ant.* Omnes ſtellæ & lumen laudate Deum. *Pſ.* Laudate. *euouae.*

℣. Repleti ſumus.

℟. Exultavimus.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* In ſanctitate ſerviamus Domino, & liberabit nos ab inimicis noſtris. *Pſ.* Benedictus. *euouae.*

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Et omnis manſuetudinis ejus. *Pſ.* Memento. *euouae.*

*Ant.* Habitare Fratres in unum. *Pſ.* Ecce quam bonum. *euouae.*

*Ant.* Omnia quæcumque voluit Dominus [c] *Pſ.* Laudate nomen. *euouae.*

*Ant.* Quoniam in ſæculum Miſericordia ejus. *Pſ.* Confitemini. *euouae.*

*Ant.* Hymnum cantate nobis de cauticis Sion. *Pſal.* Super flumina. *euouae.*

℣. Dirigatur, Domine, oratio mea.

℟. Sicut incenſum, in conſpectu tuo.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Depoſuit potentes de ſede, & [d] exaltans humiles. *Pſ.* Magnificat. *euouae.*

---

FERIA VI.

*Super* [ *Pſal.* ] Venite.

Adoremus Dominum, quoniam ipſe fecit nos. *Pſal.* Venite.



*a.* mea. *b.* tuam. *c.* fecit. *d.* exaltavit.

Feria VI.

[ *Ad Nocturnum* . ]

[ *Ant.* ] Exultate Deo adjutori noſtro . *Pſal.* [ *idem* . ] Jubilate . *Pſal.* Deus ſtetit .

*Ant.* Tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram . *Pſ.* Deus quis ſimilis . *Pſal.* Quam amabilia .

*Ant.* Benedixiſti Domine terram tuam . *Pſal.* Avertiſti captivitatem . *Pſal.* Inclina Domine .

*Ant.* Fundamenta ejus in montibus ſanctis . *Pſal.* Diligit . *Pſal.* Domine Deus ſalutis .

*Ant.* Benedictus Dominus in æternum . *Pſal.* Miſericordias tuas . *Pſal.* Deus ultionum .

*Ant.* Cantate Domino , & benedicite nomen ejus . *Pſal.* Bene nuntiate . [ *Pſal.* ] Dominus regnavit , exultet .

℣. Intret oratio mea in conſpectu tuo .

℟. Inclina aurem tuam ad precem meam , Domine .

℟. Confitebor tibi , Domine Deus , in toto corde meo , & honorificabo nomen tuum in æternum . Quia miſericordia tua , Domine , magna eſt ſuper me . ℣. Et eripuiſti animam meam ex inferno inferiori . Miſere .

℟. Miſericordia tua , Domine , magna eſt ſuper me . Et liberaſti animam meam ex inferno inferiori . ℣. Deus , injuſti inſurrexerunt in me , & fortes quæſierunt animam meam . Et liberaſti .

IN LAUDIBUS .

*Ant.* Spiritum tuum , Domine , innova in viſceribus meis . *Pſal.* Miſerere mei . *euouae* .

*Ant.* Ne intres in judicium cum ſervo tuo , Domine . *Pſalm.* Domine exaudi orationem meam , auribus .

*Ant.* Deus miſereatur , & benedicat nos . *Pſalm.* Deus Deus meus . *euouae* .

*Ant.* Auditum tuum , Domine , audivi , & timui . [ *Canticum* . ] Domine audivi .

*Ant.* Cæli cælorum , laudate Deum . *Pſal.* Laudate *euouae* .

[ ℣. ] Repleti [ *&c.* ]

*Ad* Benedictus .

*Ant.* Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri viſitavit nos Oriens , ex alto . *Pſal.* Benedictus .

*Ad Veſperum* .

[ *Ant.* ] In conſpectu Angelorum pſallam tibi , Deus meus . *Pſ.* Confitebor .

*Ant.* Domine probaſti me , & cognoviſti me . *Pſal.* Tu cognoviſti .

*Ant.* A viro iniquo libera me Domine . *Pſal.* Eripe me Domine .

*Ant.* Intende voci orationis meæ . *Pſalm.* Domine clamavi .

Voce mea ad Deum deprecatus ſum .

[ ℣. ] Dirigatur .

*Ad* Magnificat .

[ *Ant.* ] Suſcepit Iſrael puerum ſium , recordatus Dominus miſericordiæ ſuæ . *Pſal.* [a] Benedictus Dominus .

---

SABBATO .

*Super* [ *Pſal.* ] Venite .

In manu tua , Domine , omnes fines terræ . *Pſal.* Venite .

[ *Ad Nocturnum* . ]

*Ant.* Quia mirabilia fecit Dominus . *Pſ.* Cantate Domino canticum , quia . [ *Pſ.* Dominus regnavit , iraſcantur . ]

*Ant.* Jubilate Deo omnis terra . *Pſal.* Servite Domino . [ *Pſal.* Miſericordiam . ]

*Ant.*

[a] Magnificat .

*Ant.* Clamor meus ad te perveniat. [ *Pſal.* ] Domine exaudi. *Pſal.* Benedic anima. [ 1. ]

*Ant.* Quam magnificata ſunt opera tua, Domine. *Pſalm.* Benedic anima. II. [ *Pſal.* Confitemini. I. ]

*Ant.* Viſita nos, Domine, in Salutari tuo. *Pſalm.* Confitemini. II. *Pſal.* Confitemini. III.

*Ant.* Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. *Pſal.* Deus laudem.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te perveniat.

℟. Gregem tuum Domine ne deſeras, Paſtor bone, qui dormire neſcis, ſed ſemper vigilas. ℣. Vigilet ſuper nos miſericordia tua, Domine, ut non ille hoſtis callidus temptator adveniat. Qui dormire.

℟. Peccata mea, Domine, ſicut ſagittæ, infixa ſunt in me. Et antequam vulnera generent in me, ſana me Domine Medicamento pœnitentiæ, Deus. ℣. Sana me, Domine, & ſanabor; ſalvum me fac, & ſalvus ero. Medicamento.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Benigne fac in bona voluntate tua, Domine. *Pſ.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Bonum eſt, confiteri Domino. *Pſal.* Et pſallere.

*Ant.* Metuant Dominum omnes fines terræ. *Pſal.* Deus Deus meus ad.

*Ant.* Date magnitudinem Deo noſtro. *Pſal.* Adtende cælum.

*Ant.* Reges terræ & omnes populi laudate Deum. *Pſalm.* Laudate Dominum.

[ ℣. ] Repleti.

*Ad* Benedictus. Sabbati.

*Ant.* Illumina, Domine, ſedentes in tenebris & umbra mortis. *Pſal.* Benedictus Dominus.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Benedictus Dominus Deus meus. *Pſal.* Qui docet manus.

*Ant.* Per ſingulos dies benedicam te, Domine. *Pſal.* Exaltabo te.

*Ant.* Laudabo Deum meum in vita mea. *Pſal.* Lauda anima mea.

*Ant.* Deo noſtro jucunda ſit laudatio. *Pſal.* Laudate Dominum.

*Ant.* Lauda Hieruſalem Dominum. [ *Pſal. idem.* ] *euouae.*

[ *Ant.* ] Sicut locutus es ad patres noſtros, Domine, recordare miſericordiæ tuæ. [ *Cant.* ] Magnificat.

---

*In Feſto* SANCTI MARCELLI *Papæ & Martyris cantamus de Communi Pontificis & Martyris. Octavum Reſponſorium habet proprium.*

[ ℟. ] Vere (A) famulus Dei, in quo dolus non eſt inventus. Qui dum eſſet Summus Pontifex, terrena non metuit; ſed [a] ad cæleſtia deſideria. Ideoque in ſtabulo poſitus, Domini JESU Chriſti Confeſſor effectus eſt. ℣. Domine, audivi auditum tuum, & timui; conſideravi opera tua, & expavi. Ideoque.

---

*In Feſto* SANCTARUM AQUILÆ ET PRISCÆ.

℟. Beati Aquila & Priſca Filium Dei diligentes, ſecuti ſunt doctrinam ſancti Pauli Apoſtoli. Meruerunt percipere coronas & vitam æternam. [ ℣. ] Juſtorum [ *&c.* ] Meruerunt.



a. cæleſtia deſideravit.

(A) ℟. *Vere famulus &c.* In Antiphonario Romano antiquo incipiebat: *Hic eſt vere famulus Dei.* Amalar. cap. 28, quem vide.

Januarii. *Ant.* Beati Aquila & Priſca Filium Dei diligentes, ſecuti ſunt doctrinam ſancti Pauli Apoſtoli; meruerunt percipere coronas & vitam æternam.

---

*In Feſto ſanctorum Martyrum* MARII ET MARTHÆ *cantamus Antiph.* Novit Dominus, *cum ſuis Antiphonis, Pſalmis, Verſibus & Reſponſoriis. euouae.*

*Octavum Reſponſorium.*

Marius & Martha, Audiſax, & Abacum Sanguinem ſuum fuderunt pro Chriſto Domino. ℣. Juſtorum autem animæ. [*&c.*] Sanguinem.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Marius & Martha, Audiſax & Abacum ſanguinem ſuum fuderunt pro Chriſto Domino. *Pſal.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Nos famuli Chriſti ſervos & Apoſtolos [a] cujus venimus exorare. *Pſal.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Confortamini, nolite timere, Chriſtus enim pulſat oſtium noſtrum.

*Pſal.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Reſponderunt Marius & Martha, dicentes. Nos, ſervos, & Apoſtolos ejus venimus exorare. *Pſal.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Facultates noſtras dedimus ei, qui nobis adhuc paucum tempus dedit Dominus Jeſus Chriſtus. [*Pſal.*] Laudate. *euouae.*

℣. Sancti & juſti in Domino gaudete.

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi.

*Ad* Benedictus *&* *ad* Magnificat.

[*Ant.*] Beatiſſima Martha collegit ſanguinem mariti & filiorum; capud ſuum & faciem liniebat cum gaudio. *Pſal.* Benedictus.

[a] ejus.

*In Feſto ſanctorum* SEBASTIANI *&* FABIANI *Martyrum.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Chriſto cotidie ſedulum exhibebat officium, erat enim verus Dei cultor. *Pſ.* Beatus vir. *euouae.*

*Ant.* Erat enim in ſermone verax, in judicio juſtus, in commiſſo fidelis. *Pſal.* Quare fremuerunt. *euouae.*

*Ant.* Nolite timere, non ſeparabuntur a vobis, ſed vadunt in cælis, præparare vobis fidereas manſiones. [*Pſal.*] Domine quid. *euouae.*

℣. Gloria & honore coronaſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

℟. Sebaſtianus vir Chriſtianiſſimus, quem occultabat militaris habitus, Et chlamydis obumbrabat aſpectus. ℣. Erat enim in ſermone verax, in judicio juſtus, in commiſſo fidelis. Et chlamydis.

℟. Quos in parabolis, præmiiſque accepit palmam martyrii Sebaſtianus Dei famulus glorioſam poſſedit hæreditatem. ℣. Chriſto cotidie ſedulum exhibebat officium, erat enim verus Dei cultor. Sebaſtianus.

℟. In iſto loco promiſſio verax eſt, & peccatorum remiſſio, Splendor & lux æterna, & ſine fine lætitia, quæ meruit Chriſti Martyr Sebaſtianus. ℣. Juſtum deduxit [*&c.*] Splendor.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Polycarpus Presbyter dixit beato Sebaſtiano. Beatus es tu, qui audiſti vocem Domini Jeſu Chriſti. *Pſal.* Cum invocarem. *euouae.*

*Ant.* Xoe uxor Nicoſtrati dixit beato Sebaſtiano. Beatus es tu, & benedictus ſermo oris tui. *Pſal.* Domine Dominus noſter. *euouae.*

*Ant.* Multitudo languentium veniebant

bant ad eum, & ſanabantur omnes. [*Pſal.* In Domino confido.] *euouae*.

℣. Poſuiſti Domine ſuper caput ejus.

℟. Coronam de lapide pretioſo.

℟. Sebaſtianus Mediolanenſium partium civis (Quem perfuderat Deus gratia) ab omnibus amabatur. ℣. Erat enim in ſermone [*&c. ut ſupra.*] Quem perfuderat.

℟. Sebaſtianus Dei cultor, ſtudioſe curabat ſub abſconſo chlamydis, Sanctorum animas confortare; Spem promittens, & gloriam conſequi ſempiternam. ℣. Erat enim in ſermone [*&c. ut ſupra.*] Spem.

℟. Erat enim in ſermone verax, in judicio juſtus, in commiſſo fidelis. ℣. Chriſto cotidie ſedulum exhibebat officium; erat enim verus Dei cultor. [a] Judicio.

*Totum tertium Nocturnum facimus de ſancto Fabiano, ſcilicet* [1] *Antiphona cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.* ℣. Inveni David. *Reſponſoria*, Elegit te Dominus Sacerdotem. *&*, Iſte eſt, qui ante Deum.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Sebaſtianus Mediolanenſium partium civis (quem perfuderat Deus gratia) ab omnibus amabatur. *Pſal.* Dominus regnavit. *euouae*.

*Ant.* Sebaſtianus vir Chriſtianiſſimus, quem occultabat militaris habitus, & chlamydis obumbrabat aſpectus. *Pſalm.* Jubilate. *euouae*.

*Ant.* Sebaſtianus Dei cultor, ſtudioſe curabat ſub abſconſo chlamydis, Sanctorum animas [b] confortabat, ſpem promittens, & gloriam conſequi ſempiternam. *Pſalm.* Deus Deus meus. *euouae*. Januarii.

*Ant.* Sebaſtianus dixit Marcelliano & Marco. Non nos ſeducant blandimenta mulierum. *Pſal.* Benedicite. *euouae*.

*Ant.* Sebaſtianus dixit ad Nicoſtratum. Salvator noſter pro peccatoribus dignatus eſt nobis ſuam exhibere præſentiam. [*Pſ.*] Laudate. *euouae*.

℣. Gloria & honore coronaſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Beatus es, & bene tibi erit, egregie Martyr Sebaſtiane, quia cum Sanctis gaudebis, & cum Angelis exultabis in æternum, *Pſal.* Benedictus.

*De ſancto Fabiano.*

[*Ant.*] Dum eſſet Summus.

℣. Elegit eum Dominus Sacerdotem ſibi.

℟. Ad ſacrificandum [*&c.*]

---

[*In Feſto ſanctæ* AGNETIS *Virg. & Martyris.*]

[IN I NOCTURNO.]

*Ant.* Chriſti virgo. [*infra in Communi Virginum.*]

*Ant.* Dexteram meam.

*Ant.* Chriſtus circumdedit.

[℣.] Specie tua, & pulchritudine tua.

[℟.] Intende, proſpere procede, & regna.

℟. Diem feſtum ſacratiſſimæ Virginis celebremus, qualiter paſſa ſit beata Agnes, ad memoriam revocemus: tertio decimo ætatis ſuæ anno mortem

a. In. b. confortare.

(1) Antiphona cum ſuis Antiphonis, *ita in Miſſin quo non ſemel, licet minus apertus, occurrit ille loquendi modus, ut paullo ſuperius legitur*: In feſto SS. Martyrum Marii & Marthæ cantamus antiph. *Novit Dominus*, cum ſuis Antiphonis, Pſalmis &c. *Hoc eſt, primam Ant. cum aliis Antiph. quæ primam ſequuntur, Pſalmis &c.*

Januarii. mortem perdidit, & vitam invenit. Quia ſolum vitæ dilexit Authorem. ℣. Infantia quidem computabatur in annis, ſed erat ſenectus mentis immenſa. Quia ſolum.

℟. Amo Chriſtum, in cujus thalamum introibo; cujus mater, Virgo eſt; cujus Pater feminam neſcit; cujus michi organa modulatis vocibus cantant. Quem cum amavero, caſta ſum; cum tetigero, munda ſum; cum accepero, virgo ſum. ℣. Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli ſerviunt, cujus pulchritudinem ſol & luna mirantur. Quem.

℟. Omnipotens, adorande, colende, tremende, benedico te, quia per Filium tuum unigenitum evaſi minas hominum impiorum; Et ſpurcitias diaboli impolluto calle tranſivi. ℣. Ingreſſa Agnes turpitudinis locum, Angelum Domini præparatum invenit. Et ſpurcitias.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Induit me Dominus.

*Ant.* Mel & lac ex ejus.

*Ant.* Jam corpus ejus.

℟. Dexteram meam & collum meum cinxit lapidibus pretioſis; tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas. Et circumdedit me vernantibus atque coruſcantibus gemmis. ℣. Induit me Dominus cycladem auro textam, & immenſis monilibus ornavit me. Et circumdedit.

℟. Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli ſerviunt; cujus pulchritudinem ſol & luna mirantur. Ipſi ſoli ſervo fidem; ipſi me tota devotione committo. ℣. Mel & lac ex ejus ore [1] ſuſcepi, & ſanguis ejus ornavit genas meas. Ipſi ſoli.

℟. Induit me Dominus veſtimento ſalutis, & indumento lætitiæ circumdedit me. Tamquam ſponſam, decoravit me corona. ℣. Induit me Dominus cycladem auro textam, & immenſis monilibus ornavit me. Tanquam.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Mecum enim habeo.

*Ant.* Ego cognovi virtutem Domini mei Jeſu Chriſti, ſecura contempno minas tuas. *Pſal.* Conſerva me.

*Ant.* Stans a dextris ejus agnus nive candidior, Chriſtus ſibi ſponſam & Martyram [2] conſecravit. [*Pſal.*] Exaudiat.

℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℟. In tabernaculo ſuo [*&c.*]

℟. Jam corpus ejus corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis ejus ornavit genas meas. Cujus Mater, Virgo eſt, cujus Pater, feminam neſcit. ℣. Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli ſerviunt, cujus pulchritudinem ſol & luna mirantur. Cujus mater.

℟. Pulchra facie ſed.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Diſcede a me pabulum mortis, quia jam ab alio Amatore præventa ſum *Pſ.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Ingreſſa Agnes turpitudinis locum, Angelum Domini præparatum invenit. *Pſalm.* Jubilate Deo.

*Ant.* Poſuit ſignum in faciem meam, ut nullum (præter eum) alium amatorem admittam. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Miſit Dominus Angelum ſuum, & liberavit me de medio flammæ. alleluja. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Ipſi ſum deſponſata, cui Angeli

(1) *Mſſ. ibi*, ſuſcepit.

(2) *Ita in Mſſ.*

geli ſerviunt, cujus pulchritudinem ſol & luna mirantur. *Pſalm.* Laudate. *euouae.*

℣. Veni Sponſa Chriſti, accipe coronam.

℟. Quam tibi Dominus præparavit in æternum.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Congaudete mihi & congratulamini, quia cum his omnibus lucidam ſedem accepi. [*Cant.*] Benedictus. *euouae.*

---

[*In Feſto SS.* VINCENTII ET ANASTASII *Martyrum.*]

*VI Reſponſorium.*

Vincentius ſanctus ſtramentis molliоribus jam refectus, Pſalmum Domino canit, & hymnum lætus exultat.

℣. Juſtum [*&c.*] Pſalmum.

*Octavum Reſponſorium.*

Beatus autem Martyr Chriſti Anaſtaſius non metuebat tormenta; ſed fiducialiter reſpondebat, dicens. Quoniam qui perſeveraverat uſque in finem, hic ſalvus erit. ℣. Juſtum [*&c.*] Quoniam.

---

*In Feſto ſanctorum* CYRI ET JOHANNIS *cantamus de Communi Martyrum.*

*Octavum Reſponſorium.*

Cyrus & Johannes docti medici, nam omnes infirmos curabant In nomine Domini. ℣. Juſtorum autem [*&c.*] In nomine.

*Ant.* Cyrus & Johannes docti medici, nam omnes infirmos curabant in nomine Domini. *Pſalm.* Benedictus. *euouae.*

(1) *Quæ hic omittitur Statio ex Bened. Canon. ex Indice Mabill. atque ex Thomaſ. in Rationali celebrabatur in Baſilica Sanctæ Mariæ Majoris.*

IN PURIFICATIONE S. MARIÆ.[1] Februarii.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Benedicta. *Pſ.* Domine Dominus. [*Require in Aſſumptione S. Mariæ.*]

*Ant.* Tanquam ſponſus. [*Pſ.*] Cæli enarrant. [*Require ſupra pag.*40.]

*Ant.* Diffuſa. *Pſalm.* Eructavit. [*item pag.*40.]

℣. Reſponſum accepit Simeon.

℟. Non viſurum [*&c.*]

℟. Adorna thalamum tuum Sion, & ſuſcipe Regem Chriſtum. Quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo poſt partum, quem genuit, adoravit. ℣. Accipiens Simeon Puerum in manibus, gratias agens,[2] benedixit Domino. Quem.

℟. Senex Puerum portabat; Puer autem ſenem regebat; Quem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo poſt partum, quem genuit, adoravit. ℣. Accipiens. Quem.

℟. Reſponſum accepit Simeon a Spiritu Sancto, Non viſurum ſe mortem, niſi videret Chriſtum Domini. ℣. Nunc dimittis, Domine, ſervum tuum in pace, quia viderunt oculi mei Salutare tuum. Non viſurum.

IN III NOCTURNO.

[*Ant.*] Suſcepimus Deus. *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.* [*Require ſupra pag.*40.]

℣. Accipiens Simeon Puerum in manibus.

℟. Gratias agens benedixit Dom.

℟. Suſcipiens Jeſum in ulnas ſuas Simeon, exclamavit, & dixit. Tu es vere Lumen ad illuminationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Iſrael. ℣. Reſponſum accepit Simeon a Spiritu San-

(2) *Mſ. Compend. in nov. Operum S. Gregorii ed. Tom.*III, *col.*715 *illic habet*: benedixit Puerum Dominum.

Februarii. tu Sancto, non visurum se mortem nisi videret Christum Domini. Tu es.

℟. Tolle Puerum & Matrem ejus, & vade in terram Juda; defuncti sunt enim qui quærebant animam Pueri. ℣. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens. Defuncti.

℟. Nunc dimittis, Domine, servum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei Salutare tuum. ℣. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Quia.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. *Ps.* Fundamenta. *euouae.*

*Ant.* Accipiens Simeon Puerum in manibus, gratias agens benedixit Dominum. *Ps.* Cantate Domino. 1.

*Ant.* Viderunt omnes. [*Require supra pag.* 38.] *Ps.* Cantate Domino. 11.

℣. Lumen ad revelationem Gentium.

℟. Et gloriam plebis tuæ Israel.

℟. Sancta &. [*Require supra pag.* 40.]

℟. Congratulamini. [*Require supra pag.* 40.]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Obtulerunt pro eo Domino par turturum, aut duos pullos columbarum. *Ps.* Dominus regnavit. *euouae.*

*Ant.* Viderunt oculi mei Salutare tuum, Domine Deus. *Ps.* Jubilate. *euouae.*

*Ant.* Lumen ad revelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. *Ps.* Deus Deus meus. *euouae.*

*Ant.* Benedicimus te digne Senior juste, quia suscepisti (1) Christum Dominum, liberatorem animarum nostrarum. *Ps.* Benedicite. *euouae.*

*Ant.* Nunc dimittis, Domine, servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei Salutare tuum. *Psal.* Laudate. *euouae.*

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.

℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

*In Euangel.*

*Ant.* Puer Jesus proficiebat ætate & sapientia, coram Deo & hominibus. [*Cant.*] Benedictus. *euouae.*

---

*In Festo* S. AGATHÆ *Virginis & Martyris.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Christi Virgo. [*Require & alia quæ hic sequuntur, infra in Communi Virginum.*]

*Ant.* Dexteram.

*Ant.* Christus circumdedit.

[℣.] Specie tua, & pulchritudine tua.

[℟.] Intende, prospere [*&c.*]

℟. Dum torqueretur beata Agathe in mammilla acrius, dixit ad Judicem: Impie, crudelis & dire tyranne, non es confusus amputare in femina, quod ipse in matre suxisti? ℣. Ego autem habeo mammillas integras intus in anima mea, quas ab infantia mea Domino consecravi. Impie.

℟. Vidisti Domine, & expectasti agonem meum, quomodo pugnavi in stadio; & quia nolui obedire mandatis principum, Jussa sum in mammilla torqueri. ℣. Propter veritatem & mansuetudinem & justitiam. Jussa.

℟. Quis es tu qui venisti ad me, curare vulnera mea? Ego sum Apostolus Christi, nihil in me dubites filia. Ipse me misit ad te, quem dilexisti mente & puro corde. ℣. Nam & ego Apostolus

(1) *Mſ. ibi*, quia ſuſcepiſti Chriſtum Domini.

Digitized by Google

ſtolus ejus ſum, & novi medicinam. Ipſe me miſit.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Novit me Dominus.

*Ant.* Mel & lac.

*Ant.* Jam corpus ejus.

℣. Deus in medio ejus non commovebitur.

℟. Adjuvabit eam Deus vultu ſuo.

℟. Ipſe me curavit, qui per Apoſtolum Petrum in cuſtodia me [a] confortaſti, pro eo quod juſſa ſum ſuſpendi equuleo propter fidem caſtitatis. Adjuva me Domine Deus meus, in tortura mammillarum mearum. ℣. Vidiſti Domine, & expectaſti agonem meum, quomodo pugnavi in ſtadio, & quia nolui obedire mandatis Principum. Adjuva.

℟. Agathe lætiſſima & glorianter ibat ad carcerem. Et quaſi ad epulas invitata agonem ſuum Domino precibus commendabat. ℣. Agathe vero ingreſſa carcerem, benedicebat Dominum Jeſum Chriſtum. Et quaſi.

℟. Qui me dignatus eſt ab omni plaga curare, & mammillam meam meo pectori reſtituere, Ipſum invoco Deum vivum. ℣. Medicinam carnalem meo corpori nunquam exhibui: habeo Dominum Jeſum Chriſtum. Ipſum.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Mens mea ſolidata [b] eſſet in Chriſto fundata. *Pſal.* Domine quis. *enouae.*

*Ant.* Mentem ſanctam & ſpontaneam, honorem Deo, & Patriæ liberationem. *Pſal.* Conſerva.

*Ant.* Qui me dignatus eſt ab omni

RESPONS. ET ANTIPH.

plaga curare, & mammillam meam meo pectori reſtituere, ipſum invoco Deum vivum. *Pſ.* Exaudiat. *enouae.* Februarii.

℣. Elegit eam Deus, & prælegit eam.

℟. In tabernaculo [*&c.*]

℟. Ego autem adjuvata a Domino, perſeverabo in confeſſione mea. Qui me ſalvam fecit, & conſolatus eſt me. ℣. Medicinam carnalem [*&c.*] Qui me.

℟. Beata Agathe ingreſſa carcerem, expandit manus ſuas ad Deum, & dixit. Domine, qui me feciſti vincere tormenta carnificum, Jube [1] me ad tuam miſericordiam pervenire. ℣. Domine, qui me creaſti, & tuliſti [2] me amorem ſæculi, qui corpus meum a pollutione ſeparaſti. Jube.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Medicinam carnalem meo corpori nunquam exhibui; habeo Dominum Jeſum Chriſtum, qui ſermone ſolo reſtaurat univerſa. *Pſal.* Dominus regnavit. *enouae.*

*Ant.* Ingenua ſum, & expectabilis genere, ut omnis parentela mea teſtatur. Et ſi ingenua es, cur, te oſtendis ſervilem perſonam? Ancilla Chriſti ſum, ideo me oſtendo ſervilem perſonam. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Summa ingenuitas iſta eſt, in qua ſervitus Chriſti comprobatur. *Pſ.* Deus Deus.

*Ant.* Agathe lætiſſime & glorianter ibat ad carcerem, & quaſi ad epulas invitata, agonem ſuum Domino precibus commendabat. *Pſal.* Benedicite.

[*Ant.*] Si feras mihi promittas,

I audito

a. confortavit. b. eſt, &.

(1) *Mſ.* Jube me, Domine, ad tuam miſericordiam pervenire.

(2) *Idem Mſ.* & tuliſti amorem ſæculi, qui corpus &c.

Februarii. audito Chriſti nomine manſueſcunt. *Pſal.* Laudate.

*Ad* Benedictus.

[*Ant.*] Paganorum multitudo fugiens ad ſepulchrum Virginis, tulerunt velum ejus contra ignem, ut comprobaret Dominus, quod a periculis incendii, meritis Agathe Martyris, eos liberaret. [*Cant.*] Benedictus. *Pſal.* Magnificat.

*Ant.* Qui me dignatus eſt. *Pſal.* Magnificat.

---

*In Cathedra* [1] BEATI PETRI *cantamus ad Veſperas Antiphonas* Ecce Sacerdos.

*Verſus ad* Magnificat.

Exaltent eum in Eccleſia plebis.

℟. Et in Cathedra Seniorum laudent eum.

*Super Canticum.*

*Ant.* Dixit Jeſus Petro. [*Require ut alia quæ hic ſequuntur, infra in Feſtivitate ſancti Petri.*]

*Ad Matutinum.*

Regem Apoſtolorum.

IN I NOCTURNO.

[*Ant.*] In lege Domini, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.* [*Require infra in Communi Pontificum Confeſſ.*]

℣. Exaltent eum.

*Reſponſoria.* Ecce Sacerdos magnus. Juravit Dominus. Euge ſerve bone.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Petre, amas me? *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.*

℣. Solve jubente Deo.

℟. Simon Petre, Tu es Petrus. Tu es Paſtor.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Tu es Chriſtus. Dixit Angelus ad Petrum. Cui claves Regni. *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.*

℣. Tu es Paſtor ovium.

℟. Quem dicunt. Simon Johannis.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Ecce Sacerdos magnus.

℣. Elegit eum Dominus.

*Super Canticum.* Dixit Jeſus Petro.

---

*In Feſto* SS. XL MARTYRUM.

*Octavum Reſponſorium.*

℟. Beati quadraginta Martyres dixerunt. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus: adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. ℣. Juſtorum [*&c.*] Anima.

℟. Beati quadraginta Martyres dixerunt. Anima noſtra, ſicut paſſer, erepta eſt de laqueo venantium, laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus: adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. [*Canticum*] Benedictus.

---

IN ANNUNCIATIONE [2] B. MARIÆ *eſt Conſecratio majoris Altaris beati Petri, de qua Conſecratione Veſperas & Matutinum facimus. Tertium vero Nocturnum de beata Maria facimus.*

*Ant.* Miſſus. *Pſalm.* Cantate. I. [*Supra pag.* 17.]

*Ant.* Ave. *Pſal.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Ne timeas. *Pſal.* Cantate. II.

℣. Ave Maria.

℟. Miſ-

(1) *Vide ſupra qua diximus pag.* 3. *quibus adde & qua habet Angelus Rocca in Scholiis ad Librum Sacramentorum S. Gregorii Papæ ad præſentem locum.*

(2) *Vide hujuſce Feſtivitatis pleniorem ritum apud Bened. Canon. qui tamen nil prorſus habet de Conſecratione majoris Altaris beati Petri.*

℟. Miſſus eſt, & Ave Maria. [*ſup. pag.19.*]

*Poſt Orationem Conſecrationis, Ant.* Spiritus Sanctus.

℣. Ave Maria. *Oratio* Deus, qui de beatæ Mariæ.

*Omnia ſupradicta require in Capitulario.*

---

*Sabbato Septuageſimæ* (A) *ad Veſperum tacetur* Alleluja, *& dicitur*, Laus tibi Domine.[1]

*Ant.* Voca operarios, *& ſub ea ſola quinque Feriales Pſalmos.*

℣. Veſpertina oratio.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Tolle quod tuum eſt.

*Finitis* (B) *Veſperis*, *ſine* Jube Domine, *legimus*: In principio creavit Deus. *Poſt primam lectionem cantamus* ℟. Domine ſi tu es. [*Require infra in Feſtivitate ſancti Petri.*]

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

*Statio ad S. Laurentium for. mur.*

*Invitatorium.*

Quoniam Deus. *Pſ.* Venite.

℟. In principio fecit Deus cælum & terram, & creavit in ea hominem Ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam. ℣. Formavit igitur Dominus hominem de limo terræ, & inſpiravit in faciem ejus ſpiraculum vitæ. Ad imaginem. Septuageſimæ.

℟. In principio Deus creavit cælum & terram, & Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Et vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. ℣. Igitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Et vidit.

℟. Dixit Dominus Deus. Non eſt bonum eſſe hominem ſolum. Faciamus ei adjutorium ſimile ſibi. ℣. Adæ vero non inveniebatur adjutor ſimilis ei; dixit vero Deus. Faciamus.

℟. Immiſit Dominus ſoporem in Adam, & tulit unam de coſtis ejus, & ædificavit coſtam, quam tulerat Dominus de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam, ut videret quid vocaret eam. Et vocavit nomen ejus Virago, quia de viro ſumpta eſt. ℣. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Et vocavit.



(A) *Ad Veſperum tacetur Alleluja.* De dimiſſione *Alleluja*, deque Reſponſoriis de Geneſi inchoandis in Septuageſima, vide Micrologum cap.47. Inter varias variarum Eccleſiarum antiquas conſuetudines in dimiſſione *Alleluja* in hac Veſpera, expeditior hæc eſt, ut omnino taceatur ad Veſperum: id quod eodem modo fieri juſſerat Alexander II ſecundum Micrologum. Antiquitus omnia Officia nocturna & matutina Dominicæ in Septuageſima reſonabant *Alleluja*. Vide Amalarium, & in noſtra Appendice pag.403, col.r. —— *juxta primam editionem.*

(B) *Finitis Veſperis .... legimus, In principio &c.* In Cæremoniali Mſ. Benedicti Canonici hæc habentur: *Finitis Veſperis, apud S. Petrum legitur Pentateuchus in tribus Lect. uſque ad Matut. Ad Matut. ponitur Geneſis unde leguntur tres Lectiones, In principio creavit Dominus cælum & terram &c.* An nocte perpetua uſque ad Matutinum in Baſilica S. Petri legeretur totum Pentateuchum ducto exordio ab initio Geneſeos, affirmare non auſim, licet id indicare videantur verba Benedicti Canonici collata cum noſtro Antiphonario.

(1) *Antiphonarium nov. ed. S. Greg. col.757 in Antiphonis & Reſponſoriis Dominicæ Septuageſimæ ubique reſonat* Alleluja: *& qua hoc habemus Reſponſoria de Libro Geneſeos deſumpta, ibi ponuntur in Dom. Sexageſimæ. Vide & Edmund. Martene De Antiqua Eccleſ. Diſcipl. in Divin. celebr. Officiis c.XVI.*

Septuagesimæ.

[a] ℟. Dum deambularet Dominus in Paradiſo ad auram poſt meridiem, vocavit, & dixit: Adam, [1] ubi es? audivi Domine vocem tuam, & abſcondi me. [℣.] Domine audivi auditum tuum, & timui; conſideravi opera tua, & expavi. Et ab.

[b] ℟. In ſudore vultus tui veſceris panem tuum, dixit Dominus ad Adam: cum operatus fueris terram, Non dabit tibi fructus ſuos, ſed ſpinas & tribulos germinabit tibi. ℣. Pro eo quod obediſti voci uxoris tuæ pluſquam me, maledicta terra in opere tuo. Non dabit.

*Iſtæ Antiphonæ amodo cantantur in Dominicis diebus in tertio Nocturno uſque ad Paſcha.*

*Ant.* Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum. *Pſal.* Cæli enarrant.

*Ant.* Exaudiat te Dominus in die tribulationis. *Pſ.* Protegat te. *euouae.*

*Ant.* Domine in virtute tua lætabitur Rex. *Pſal.* Et ſuper Salutare.

℟. Ecce Adam quaſi unus ex nobis factus eſt, ſciens bonum & malum: Videte, ne forte ſumat de ligno vitæ, & vivat in æternum. ℣. Cherubin & flammeum gladium adque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ, & dixit. Videte.

℟. Petre amas me? [*Require infra in Feſtivitate S. Petri.*]

℟. Ubi eſt Abel frater tuus? dixit Dominus ad Cain. Neſcio Domine, numquid cuſtos fratris mei ſum ego? Et dixit ei: Quid feciſti? ecce vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. ℣. Maledicta terra in opere tuo, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Quid feciſti?

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Voca (A) operarios, & redde illis mercedem ſuam, dicit Dominus. *Pſ.* Miſerere mei.

*Ant.* Ite & vos in vineam meam, & quod juſtum fuerit dabo vobis. *Pſal.* Confitemini.

*Ant.* Dixit paterfamilias: Amice non facio tibi injuriam, nonne ex denario convenifti mecum? tolle quod tuum eſt, & vade. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Quid hic ſtatis tota die otioſi? ite & vos in vineam meam, dicit Dominus. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Non licet michi quod volo facere? an oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? *Pſ.* Laudate.

*Ant.* Tolle quod tuum eſt, & vade, quia ego bonus ſum, dicit Dominus. *Pſ.* Benedictus.

*Ad Veſperum cantamus*, [*Ant.*] Sede a dextris meis.

*Ad* Magnificat *de Euangelio.*

*Infra Hebdomadam ad* Benedictus, *&* Magnificat *de Euangelio.*

*Sabba-*

a. Amal. cap. 31. b. Amal. cap. 32.

(A) *Ant. Voca operarios &c.* In Antiquis Antiphonariis Romanis in Matutinis erant Allelujaticæ Antiphonæ; quare poſt Alexandrum II opus fuit ſuppleri Antiphonas Matutinas hujus diei: retentis itaque antiquis Antiphonis ad Matutinos ſequentium Dominicarum, in hac Dominica aliæ ſuffectæ ſunt ex Euangelio quod ea die legitur.

(1) *In prima editione hujuſce Antiphonarii legitur ibi*: Adam ubi es? [℣.] Domine, audivi: *quod monente veteri membrana B. 79 Archivii Baſil. Vatic. emendandum fuit.*

*Sabbato Sexageſimæ ad Veſperum Ant.* Benedictus.

*Ad* Magnificat *Ant.* Qui verbum Dei retinet.

*Poſt Orationem, Ant.* Tu es Paſtor ovium.

℣. Solve. [ *Require infra in Feſtivitate S. Petri.* ] *Oratio beati* [ *Petri.* ] *Sic fit per totam Hebdomadam.*

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

*Statio ad S. Paulum.*

*Invitatorium.*

Regem magnum Dominum, venite adoremus. [ *Pſ.* ] Venite exultemus.

℟. Quadraginta dies & noctes aperti ſunt cæli, & ex omni carne habente ſpiritum vitæ, Ingreſſa ſunt in arcam, & clauſit a foris oſtium Dominus. ℣. Noe vero & filii ejus, uxor illius, & uxores filiorum ejus cum eo. Ingreſſa.

℟. Ponam arcum meum in nubibus cæli, dixit Dominus ad Noe, Et recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum. ℣. Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit arcus meus. Et recordabor.

℟. Ædificavit Noe altare Domino, offerens ſuper illud holocauſtum; odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis, Et benedixit eos, dicens: Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. ℣. Ecce ego ſtatuam pactum meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos. Et benedixit.

℟. Domine ne in ira. [ *Hoc & ſequentia* ℟℟. *require ſupra in Hiſtoria de Pſalmiſta pag.* 51. ]

℟. Deus qui ſedes.

℟. Notas mihi Domine.

℟. Diligam te.

℟. Petre amas me. [ *Require infra in Feſtivitate S. Petri.* ]

IN LAUDIBUS. Sexageſimæ.

[a] *Ant.* Miſerere mei Deus, & a delicto meo munda me, quia tibi ſoli peccavi. *Pſal.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Confitebor tibi, Domine, quoniam exaudiſti me. *Pſ.* Confitemini.

*Ant.* Deus Deus meus ad te luce vigilo, quia factus es adjutor meus. *Pſ.* Deus Deus meus.

[b] *Ant.* Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis in ſæcula, Deus noſter. *Pſ.* Benedicite.

*Ant.* Laudate Dominum de cælis. *Pſ.* Laudate.

*In Evangel.*

*Ant.* Qui verbum Dei retinet corde perfecto & optimo, fructum affert in patientia. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Tu es Paſtor ovium.

℣. Solve jubente Deo terrarum Petre catenas.

℟. Qui facis ut pateant [ cæleſtia regna beatis. ]

[*Ant.*] Semen cecidit in terram bonam, & optulit fructum in patientia. *euouae.*

*Ant.* Jeſus hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. *euouae.*

*Ant.* Si vere, fratres, divites eſſe cupitis, veras divitias amate. *euouae.*

[*Ant.*] Si culmen veri honoris quæritis, ad illam cæleſtem patriam quantocyus properate. *euouae.*

*Ant.* Vobis datum eſt, noſſe myſterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, dixit Jeſus Diſcipulis ſuis. *Pſ.* Magnificat.

---

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

*Statio in Baſilica beati Petri Principis Apoſtolorum.*

*Super* [ *Pſal.* ] Venite.

Domi-

a. De his Antiphonis vide Amal. cap. 32. b. Amal. cap. 42.

Quinquageſimæ.

Dominum qui fecit nos, venite adoremus. [*Pſ.*] Venite.

[℟.] Locutus eſt Dominus ad Abraham, dicens: Egredere de terra & de cognatione tua, & veni in terram, quam monſtravero tibi, Et faciam te creſcere in gentem magnam. ℣. Benedicens benedicam tibi, & multiplicabo te. Et faciam.

℟. Temptavit Deus Abraham, & dixit ad eum: Tolle filium tuum, quem diligis, Iſaac, & offeres illum [a] ibi holocauſtum Super unum montium, quem dixero tibi. ℣. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua. Super.

℟. Deus domini mei Abraham, Dirige vias meas, ut cum ſalute revertar in domum domini mei. ℣. Deus, in cujus conſpectu ambulaverunt patres mei, Domine, qui paſcis me a juventute mea. Dirige.

℟. Veni hodie ad fontem aquæ, & oravi Dominum, dicens: Domine Deus Abraham, tu proſperum feciſti deſiderium meum. ℣. Igitur puella, cui dixero: Da michi aquam de hydria tua ut bibam, & illa dixerit: Bibe domine meus tu, & camelis tuis potum tribuam, ipſa eſt, quam præparavit Dominus filio domini mei. Domine.

℟. Deus qui ſedes. [ *Hoc & ſequens ℟. require ſupra in Hiſtoria de Pſalmiſta pag.* 51. ]

℟. Notas michi feciſti.

℟. Cæcus ſedebat ſecus viam, transeunte Domino, exclamavit [1] ad eum. Ait illi Dominus: Quid vis ut faciam tibi? Babboni, ut videam lumen. ℣. Et qui præibant, increpabant eum ut taceret; ille autem magis ac magis clamabat. Rabboni.

℟. Petre. [ *Require infra in Feſtivitate S. Petri.* ]

IN LAUDIBUS.

[b] *Ant.* Secundum multitudinem miſerationum tuarum, Domine, dele iniquitatem meam. *Pſal.* Miſerere mei Deus.

[c] Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. *Pſ.* Confitemini.

*Ant.* Ad te de luce vigilo, Deus, ut videam virtutem tuam. *Pſal.* Deus Deus meus.

[d] *Ant.* Hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. *Pſ.* Benedicite.

*Ant.* Omnes Angeli ejus, laudate Dominum de cælis. *Pſalm.* Laudate. *euouae.*

[℣.] Dominus regnavit. [ *Require ſupra in Hiſtoria de Pſalmiſta pag.* 52. ]

*Ant.* Tranſeunte Domino, clamabat cæcus ad eum: Miſerere mei Fili David. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Cæcus magis ac magis clamabat, ut eum Dominus illuminaret. *euouae.*

*Ant.* Miſerere mei, Fili David. Quid vis ut faciam tibi? Domine, ut videam. *euouae.*

*Ant.* Omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo. [ *Canticum* ] Magnificat.

---

FERIA III I.

*Cap. Jejunii.*

*Collecta* [2] *ad S. Anaſtaſiam.*

*Sta-*

*a.* in. *b.* Amal. cap. 34. *c.* Amal. cap. 34. *d.* Amal. cap. 34.

(1) *Legebatur in prima edit.* & clamavit ad eum, *quod ex Mſ. Cod. emendavimus.*

(2) Collecta *plerumque apud ſacrorum Rituum Scriptores idem ſignificat ac* Oratio, eo quod, *ait Micrologus de Obſervat. Eccleſiaſticis cap.* 3, Sacerdos, qui legatione fungitur pro populo, ad Dominum omnium

*Statio ad*[1] *S. Savinam.*

℟. Immutemur habitu in cinere & cilicio, jejunemus, & ploremus ante Dominum, Quia multum misericors est dimittere peccata nostra Deus noster. ℣. Convertamur ad Dominum Deum nostrum, quia mitis & benignus est ad ignoscendum, & dimittere peccata nostra in tempore tribulationis. Quia.

℟. Juxta vestibulum & altare plorabant Sacerdotes, & Levitæ ministri Domini, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo, & ne dispipes ora clamantium ad te, Domine. ℣. Adjuva nos, Deus, Salutaris noster, & propter honorem nominis tui libera nos Domine. Parce.

*In Euang.*

*Ant.* Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. *Pſ.* Benedictus.

[*Ant.*] Thesaurizate vobis thesauros in cælo, ubi neque ærugo neque tinea demolitur. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA V.

*Collecta*[2] *ad S. Nicolaum.*

*Statio ad S. Georgium.*

℟. Domine, puer meus jacet paralyticus in domo, & male torquetur. Amen dico tibi, ego veniam, & curabo eum. [℣.] Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Amen. Quadragesimæ.

℟. Juxta vestibulum. [*ut supra.*]

*In Euang.*

*Ant.* Domine, puer meus jacet paralyticus in domo, & male torquetur. Amen dico tibi; ego veniam, & curabo eum. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA VI.

*Collecta ad sanctam Luciam in* VII *Soliis.*

*Statio ad SS. Johannem & Paulum.*

*Ant.* Cum autem oraveris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. [*Cant.*] Magnificat.

SAB-

omnium petitiones ea oratione colligat atque concludat. *At in præsentia & in aliis Quadragesimæ diebus conventum denotat, atque* Σύναξιν. *qua convenientes Clerici & fideles præmissis primo precibus atque sacris ceremoniis, exinde in Processione procedebant ad locum Stationis. Claudebantur illæ preces oratione quadam, quam Cencius in suo Ordine vocat* Orationem de Collecta, *& in Indice Collectarum atque Stationum apud Mabillonium dicitur* Oratio ad Collectam, *quibus loquendi modis aperte etiam innuitur de Collecta agi, qua aliquid sit a simplici Oratione diversum: quod etiam denotare voluit Thomasius in suo Orationali pag.* 443, *Tom.* II *nostræ edit. dum hæc dicit:* Collecta populi ad S. Anastasiam. *In ea Ecclesia S. Anastasia Summus Pontifex ad Collectam hodie benedictos cineres recipiebat ab illo, qui inter Episcopos dignioremgradum occuparet, deinde ipsemet imponebat illos capitibus Episcoporum, Cardinalium, atque aliorum Ordinum: quo expleto Schola Cantorum antiphonam cantabat, quam excipiebat Oratio qua ipse Pontifex Collectam absolvebat: & deinde Processione instituta ad S. Sabinam progrediebatur. Vide Ordines Romanos, & præsertim Bened. Canon. Cencii, & Jacobi Cajetani. Preces vero pro singulis Collectis, antiphonas, Introitus, Orationes, ut & ea quæ canebantur per viam Processionis habes apud Thomasium nostrum in Antiquis Libris Missarum.*

(1) Ad S. Savinam, *idem ac* ad S. Sabinam. *Vide Front. Kalend. ad hanc diem, atque Georgium Liturg. Rom. Pontif. Tom.* III, *pag.* 246.

(2) *Collecta quibus diebus celebrari debuisset paucis aperit Benedictus Canonicus sui Ordinis num.* 35; *dicens:* Collecta fit secunda feria, quarta, & sexta, & Sabbato per totam Quadragesimam, & in quatuor temporibus totius anni, & in quinta feria ad sanctam Mariam trans Tiberim, & ad sanctum Apollinarem. *Hoc tamen in Antiphonario singulis Quadragesimæ diebus, Dominica excepta, fieri jubetur: unde colligi posset aliquam in hoc ritu mutationem contigisse, & per illud temporis, quod inter Benedicti Canonici Ordinem exaratum intercessit, & illud nostri Antiphonarii: qua de re tamen nihil affirmare præsumimus.*

Quadrage-simæ.

SABBATO

*Collecta ad S. Laurentium in Lucina.*
*Statio ad S. Typhonem.*
*In Evang.*

[*Ant.*] Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. [*Cant.*] Benedictus.

---

DOMINICA I IN QUADRAGESIMA.

*Statio ad sanctum Johannem Lateran.*

*Super* [*Psal.*] Venite.

Quoniam Deus. [*Require supra in Historia de Psalmista* pag. 50. *Ps.*] Venite.

℣. Ipse liberavit me de laqueo venantium.

℟. Et a verbo aspero.

*Versus istos cantamus usque ad Dominicam de Passione.*

℟. Tolle arma tua, faretram & arcum, & affer de venatione tua, Ut comedam, & benedicat tibi anima mea. ℣. Cumque venatu aliquid attuleris, fac michi inde pulmentum. Ut comedam.

℟. Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Crescere te faciat Deus meus, Et donet tibi de rore cæli benedictionem. ℣. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus; & qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Et donet.

℟. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam; serviant tibi tribus, populi. Esto Dominus fratrum tuorum. ℣. Et incurbentur ante [te] filii matris tuæ. Esto.

*In istis Responsoriis cantamus infra Hebdomadam, incipientes*, Emendemus in melius.

℣. Scapulis suis obumbrabit tibi.

℟. Et sub pennis ejus sperabis.

℟. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; commendemus nosmetipsos in multa patientia, in jejuniis multis per arma justitiæ virtutis Dei. ℣. In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia. In jejuniis.

[a] ℟. Emendemus in melius quod ignoranter peccavimus, ne subito præoccupati die mortis, quæramus spatium pœnitentiæ, & invenire non possimus. Adtende Domine, & miserere, quia peccavimus tibi. ℣. Peccavimus cum patribus nostris, injuste egimus, iniquitatem fecimus. Adtende.

[b] ℟. In jejunio & fletu orabunt Sacerdotes, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionem. ℣. Inter vestibulum & altare plorabunt Sacerdotes, dicentes. Parce.

℣. Scuto circumdabit [1] te veritas ejus.

℟. Non timebis a timore nocturno.

[c] ℟. Paradisi portas aperiet nobis jejunii tempus; suscipiamus illud, orantes & deprecantes, ut in die Resurrectionis cum [2] Domino gloriemur. ℣. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis; commendemus nosmetipsos in multa patientia. Ut in die.

℟. Petre amas me. [*Require infra in Festivitate B. Petri.*]

[d] ℟. Tribularer, si nescirem [e] misericordia tua Domine; tu dixisti: Nolo mortem peccatoris, sed convertatur, & vivat. Qui Chananæam & Publicanum vocasti ad pœnitentiam. ℣. Et Petrum

a. Amal. cap. 35. b. Amal. cap. 15. c. Amal. cap. 35. d. Innuit Amal. cap. 35. e. misericordias tuas.

(1) *Mf.* Scuto circumdabit veritas ejus.

(2) *Idem Mf.* cum Christo gloriemur.

Petrum lacrymantem ſuſcepiſti miſericors Domine. Qui Chananæam.

[a] ℟. Abſcondite eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſe orat pro vobis ad Dominum; Quia ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. ℣. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. Quia.

℟. In te, Domine, ſperant omnes animæ, dicentes. Cito Deus miſerebitur noſtri, quia tu Domine locutus es, dicens: Gaudeo ſuper uno pœnitente, quam ſupra nonaginta novem juſtos non indigentes pœnitentia. ℣. Invoca me in die tribulationis tuæ; eripiam te, & magnificabis me. Peccatori autem dixit Deus. Gaudeo.

IN LAUDIBUS.

[b] *Ant.* Cor mundum crea in me Deus; ſpiritum rectum, Domine, innova in viſceribus meis. *Pſ.* Miſerere mei Deus.

[c] *Ant.* O Domine ſalvum me fac, o Domine bene proſperare. *Pſ.* Confitemini.

[d] *Ant.* Sic benedicam te in vita mea, Domine; & in nomine tuo levabo manus meas. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* In ſpiritu humilitatis & in animo contrito ſuſcipiamur, Domine, a te; & ſic fiat ſacrificium noſtrum, ut a te ſuſcipiatur hodie, & placeat tibi, Domine Deus. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Laudate [e] Deum cæli cælorum, & aquæ omnes. *Pſ.* Laudate.

℣. Angelis Deus mandavit de te.

℟. Ut [1] cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Non ſolo pane vivit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Pſal.* Benedictus. Quadrageſimæ.

*Ant.* Reliquid eum temptator, & acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. *euouae*.

*Ant.* Jeſus autem cum jejunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA II.

*Collecta ad SS. Coſmam & Damianum.*

*Statio ad S. Petrum in Vincula.*

*Ant.* Quod uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, dicit Dominus. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine Mundi. *Pſalm.* Magnificat.

---

FERIA III.

*Collecta ad S. Nicolaum de Carcere.*

*Statio ad S. Anaſtaſiam.*

[*Ant.*] Domus mea domus orationis vocabitur. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Hoſanna Filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini. [*Cant.*] Magnificat.

---

FERIA IIII.

*Collecta ad S. Petrum ad Vincula.*

*Statio ad S. Mariam Majorem.*

*Ant.* Si quis fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. *Pſalm.* Benedictus.

[*Ant.*] Generatio hæc prava & perverſa ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, ni ſignum Jonæ Prophetæ. *Pſ.* Magnificat.



RESPONS. ET ANTIPH.

*a.* Innuit Amal. cap. 35. *b.* Amal. cap. 36. *c.* Amal. cap. 36. *d.* Amal. cap. 36. & cap. 42. *e.* Amal. cap. 36 habet *Dominum*.

(1) *Idem Mſ.* Ut cuſtodiam te.

Quadragesimæ.

FERIA V.

*Collecta ad* [ [a] *S. Agatham in Monaſterio.* ]

[ [1] *Statio ad S. Laurentium Paniſpernæ.* ]

[*Ant.*[ O mulier, magna eſt fides tua! fiat tibi, ſicut petiſti. *Pſ.* Benedictus.

[*Ant.*] Miſſus ſum ad oves quæ perierant domus Iſrael, dicit Dominus. [*Cant.*] Magnificat.

---

FERIA VI.

[ [a] *Collecta ad S. Marcum.* ]

[ [a] *Statio ad SS. Apoſtolos.* ]

[*Ant.*] Qui me ſalvum fecit, ipſe michi præcepit. Tolle grabatum tuum, & ambula in pace. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Angelus Domini [b] deſcendit de cælo, & movebatur aqua, & ſanabatur unus. *Pſal.* Magnificat.

---

SABBATO.

[ [a] *Collecta ad S. Mariam in* [c] *Tranſpadina.* ]

[ [a] *Statio ad B. Petrum Apoſtolorum Principem.* ]

[*Ant.*] Aſſumpſit Jeſus Diſcipulos ſuos, & aſcendit in montem, & transfiguratus eſt ante eos. *Pſalm.* Benedictus.

*Ant.* Deſcendentibus illis de monte præcepit eis, dicens, ut nemini dicerent viſionem. *Pſal.* Magnificat.

---

DOMINICA. [2] VACAT.

*Statio ad S. Mariam in Dopnicam.*

*Super* [*Pſalm.*] Venite.

Venite, adoremus Dominum, qui fecit nos. [*Pſal.*] Venite.

℟. Dum exiret Jacob de terra ſua vidit gloriam Dei, & dixit: Quam terribilis eſt locus iſte! Non eſt hic aliud, niſi Domus Dei, & Porta cæli. ℣. Vere Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Non eſt.

*Ant.* Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via iſta, qua ego ambulo, & cuſtodierit me, & dederit michi panem ad edendum, & veſtimentum quo operiar, & revocaberit me cum ſalute, Erit michi Dominus in refugium, & lapis iſte in ſignum. ℣. Et de univerſis quæ [3] dederis michi, decimas & hoſtias pacificas offeram tibi. Erit.

℟. Erit michi Dominus in Deum, & lapis iſte (quem erexi in Titulum) voca-

a. Ex alio Cod. Baſilicæ Vaticanæ. b. deſcendebat. c. Tranſpontina.

(1) *Apud Frcuton. & Georgium in Capitulare Evangel. Liturg. Rom. Pont. Tom.*III, *habetur*: ad S. Laurentium ad Formoſum, *de qua nominis uſurpatione vide eumdem Frontonem.*

(2) Dominica. Vacat. *Ita hac die legitur in multis veterum monimentis; in Antiphonariis Pamelii, & nova edit. Operum S. Gregorii; in Kalendario Frontonis, in Capitulare Evangeliorum a Georgio edito Liturg. Rom. Pontif. Tom.*III, *& non ſemel in antiquis Miſſarum Libris a Thomaſio noſtro vulgatis, qui aliquando (ut in Antiphonario Miſſæ S. Gregorii Papæ hac die) verbo* Vacat *ſubjunxit* [Statio], *innuens verbum illud* Vacat *ad* Stationem *referri, non ad vocem* Dominicam. *A Statione vacat hac Dominica & in Capitulare Evang. apud Martene Anecdot. Tom.*V, *pag.*70, *ubi nulla memoratur Statio. Nec officit huic, ut & alibi Stationem præcipi, & quo fiat indicari, quemadmodum in Lectionario Miſſæ, & in Capitulare Evangeliorum in Antiquis Miſſarum Libris, in Indice Stationum apud Mabillonium, & aliis veterum ad res Liturgicas ſpectantibus membranis apud Georgium loco nuper laudato: nodum enim difficultatis paucis evolvit Thomaſius in ſuo Orationali hac die ſcribens, edit. noſtra Tom.*II, *pag.*448: Antiquitus vacabat Statio: poſtea fuit ad S. Paulum. al. ad Sanctam Mariam in Domnica. *Unde illud* vacat Statio *ad antiquiora tempora referamus oportet: quum vero* Statio *indicitur, ſequiorem ſpectamus ætatem. Conſule & quæ de hac re diximus ſupra pag.*30, *not.*1.

(3) *Mſ. ibi*, qua dederit michi.

vocabitur Domus Dei ; & de univerſis quæ dederit michi, Decimas & hoſtias pacificas offeram ei. ℣. Si Dominus Deus meus fuerit mecum in via iſta, qua ego ambulo, & cuſtodierit me. Decimas.

℟. Dixit Angelus ad Jacob. Dimitte me, aurora eſt. Reſpondit ei, Non dimittam te, niſi benedixeris michi. Et benedixit eum in eodem loco. ℣. Benedicens benedicam tibi, & multiplicabo te. Et benedixit.

℟. Vidi Dominum facie ad faciem, & ſalva facta eſt anima mea. ℣. Nequaquam vocaberis ultra Jacob, ſed Iſrael erit nomen tuum. Et ſalva.

℟. Dum exirem de terra mea, oravi Dominum meum, Et perduxit me in portum voluntatis ſuæ ; gubernavit me advenam, & dedit michi gratiam in terra aliena. ℣. Deus in cujus. [ *Require ſupra in Quinquageſima pag.*70. ] In terra.

℟. Oravit Jacob, & dixit. Domine, qui dixiſti michi. Revertere in terram nativitatis tuæ, Erue me de manu fratris mei, quia valde eum timeo. ℣. Deus in cujus [*&c.*] Erue.

℟. Petre amas. [ *Require infra in Feſtivitate S. Petri.* ]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. *Pſal.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me. *Pſal.* Confitemini.

*Ant.* Factus es adjutor meus, Deus meus. *Pſal.* Deus Deus meus.

[a] *Ant.* Trium Puerorum cantemus hymnum, quem cantabant in camino ignis, benedicentes Dominum. *Pſ.* Benedicite.

[b] *Ant.* Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi ; præceptum poſuit, & non præteribit. *Pſal.* Laudate. Quadrageſ. Hebd. II.

*In Euangel.*

*Ant.* Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis a mortuis reſurgat. *Pſalm.* Benedictus.

*Ant.* Domine, bonum eſt nos hic eſſe ; ſi vis, faciamus hic tria tabernacula. *euouae.*

*Ant.* Viſionem, quam vidiſtis, nemini dixeritis, donec a mortuis reſurgat Filius hominis. *euouae.*

*Ant.* Aſſumpſit Jeſus Diſcipulos. [ *Require ſupra pag.*74. ] *Pſalm.* Magnificat.

---

FERIA II.

*Collecta ad SS. Coſmam & Damianum.*
*Statio ad S. Clementem.*

*Ant.* Ego principium qui & loquor vobis. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Qui me miſit mecum eſt, & non reliquit me ſolum, quia quæ placita ſunt ei, facio ſemper. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA III.

*Collecta caret.*
*Statio ad S. Balbinam.*

*Ant.* Unus eſt enim Magiſter veſter, qui in cælis eſt, Chriſtus Dominus. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Qui ſe exaltat. [ *Require ſupra pag.*72. ] *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA IIII.

*Collecta ad S. Georgium.*
*Statio ad S. Cæciliam in Trans Tiberim.*

*Ant.* Ecce aſcendimus Hieroſolymam,



a. De hac antiphona vide Amal. cap. 18, & cap. 42. b. Item Amal. cap. 38, & cap. 40.

Quadrages. Hebd. II.

mam, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Tradent enim Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA V.

*Collecta ad S. Georgium.*
*Statio ad S. Mariam in Trans Tiberim.*

*Ant.* Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intinguat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam. *Pſ.* Benedictus.

Fili recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala. [*Cant.*] Magnificat.

---

[FERIA VI.]

[[a] *Collecta ad S. Agathen in Monaſterio.*]

[[a] *Statio* [b] *ad S. Vitalem.*]

[*Ant.*] Malos male perdet, & vineam ſuam [b] locavit agricolis. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Quærentes eum tenere timuerunt turbas, quia ſicut Prophetam eum habebant. *Pſ.* Magnificat.

---

SABBATO.

*Collecta ad S. Clementem.*
*Statio ad SS. Marcellinum & Petrum.*

[c] ℟. Pater, peccavi in cælum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus. Fac me ſicut unum ex mercenariis tuis. ℣. Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo! ſurgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei. Fac me.

℟. Surge (A) pater, & comede de venatione filii tui. Quomodo tam cito invenire potuiſti fili mi? Voluntas Dei fuit, pater, ut tam cito occurreret mihi quod volebam. ℣. Vox quidem vox Jacob eſt, ſed manus, manus ſunt Exau. Voluntas.

*In Euang.*

*Ant.* Oportet te fili gaudere, quia frater tuus mortuus fuerat, & revixit; perierat, & inventus eſt, dicit Dominus. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Dixit autem pater ad ſervos ſuos. Cito proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manu ejus, & calceamenta in pedibus ejus. [*Cant.*] Magnificat.

---

DOMINICA III.

*Statio ad S. Laurentium for. mur.*
*Super* [*Pſal.*] Venite.

Venite, adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos. *Pſ.* Venite exultemus.

℟. Videntes Joſeph a longe loquebantur mutuo fratres, dicentes. Ecce ſomniator venit; venite, occidamus eum, & videamus ſi proſint illi ſomnia ſua. ℣. Cumque vidiſſent Joſeph

*a.* Ex alio Codice Baſilicæ Vaticanæ. *b.* locabit. *c.* Amal. cap. 15.

(A) ℟. *Surge pater &c.* Hoc ℟. aliis de Iſaac Reſponſoriis adjungendum eſt; puto autem huc translatum ob Lectionem, quæ ad Miſſas legitur eodem Sabbato.

(1) *Front. & Georg. Statio* ad Apoſtolos inter Veſtinæ, *quam Eccleſiam eamdem fuiſſe cum illa S. Vitalis docet Thomaſius tum in Orationali ſuo, tum in notis ad Capitulare Evangel. in Antiquis Libris Miſſarum.*

ſeph fratres ſui, quod a patre cunctis fratribus plus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui, unde & dicebant. Ecce.

℟. Dixit Judas fratribus ſuis. Ecce Iſmahelitæ tranſeunt; venite, venundetur, Et manus noſtræ non polluantur; caro enim, & frater noſter eſt. ℣. Quid nobis proderit, ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celaverimus ſanguinem ipſius? melius eſt ut venundetur Iſmahelitis. Et manus.

℟. Extrahentes Joſeph de lacu, vendiderunt Iſmahelitis viginti argenteis. Reverſuſque Ruben ad puteum, cum non inveniſſet illum, ſcidit veſtimenta ſua cum fletu, & dixit. Puer non comparet, & ego quo ibo? ℣. Dixit Judas fratribus ſuis. Ecce [a] Iſraelitæ tranſeunt, venite, venundetur. Reverſuſque.

℟. Videns Jacob veſtimenta Joſeph, ſcidit veſtimenta ſua cum fletu, & dixit. Fera peſſima devoravit filium meum Joſeph. ℣. Vide ſi tunica filii tui eſt, an non? Et cum vidiſſet pater, ait. Fera.

℟. Lamentabatur Jacob de duobus filiis ſuis. Heu me! dolens ſum de Joſeph innocente mortuo, triſtor nimis de Beniamin ducto pro alimoniis. Precor cæleſtem Regem, ut me dolentem nimis, faciat eum videre. ℣. Joſeph baculus ſenectutis meæ, Beniamin virga conſolationis. Precor.

℟. Joſeph, dum intraret in terra Ægypti, linguam quam non novit, audivit; manus ejus in laboribus ſervierunt, Et lingua ejus inter principes loquebatur ſapientiam. ℣. Divertit ab oneribus dorſum ejus, manus ejus in cophino ſervierunt. Et lingua.

℟. Memento mei (dum bene tibi fuerit) Ut ſuggeras Pharaoni, ut educat me de iſto carcere, quia furtim ſublatus ſum, & hic innocens in lacum miſſus ſum. ℣. Tres enim adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao magiſterii tui, & reſtituet te in gradum priſtinum; tantum memento mei. Ut ſuggeras. Quadrageſ. Hebd. III.

℟. Petre amas. [*Require infra in Feſtivitate S. Petri.*]

[℟.] Tollite vobiſcum munera, & ite ad dominum terræ; & dum veneritis adorate eum ſuper terram. Deus autem meus faciat vobis eum placabilem, & remittat & hunc fratrem veſtrum vobiſcum, & eum quem tenet in vinculis. ℣. Sumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera. Deus.

℟. Dixit Ruben fratribus ſuis. Nunquid non dixi vobis. Nolite peccare in puerum, & non audiſtis me? En ſanguis ejus exquiritur. ℣. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtias animæ ejus, dum deprecaretur nos, & non audivimus. En.

℟. Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtias animæ ejus dum deprecaretur nos, & non audivimus. Idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. ℣. Dixit Ruben fratribus ſuis. Nunquid non dixi vobis. Nolite peccare in puerum, & non audiſtis me? Idcirco.

℟. Iſte eſt frater veſter minimus, de quo dixeratis mihi? Deus miſereatur tibi, fili mi, feſtinavitque in domum, & ploravit; quia erumpebant lacrymæ, Et non poterat ſe continere. ℣. Attollens autem Joſeph oculos ſuos vidit

a. Iſmahelitæ.

Quadrages. Hebd. III. vidit Beniamin ſtantem: commota ſunt omnia viſcera ejus ſuper fratrem ſuum. Et non.

℟. Loquens Joſeph fratribus ſuis, & ait. Pax vobis, nolite timere; Pro ſalute enim veſtra miſit me Dominus ante vos. ℣. Nolite pavere vobis, nec durum eſſe videatur, quod vendidiſtis me in his regionibus. Pro ſalute.

℟. Dixit Joſeph undecim fratribus. Ego ſum Joſeph, quem vendidiſtis in Ægypto; adhuc vivit pater noſter ſenior, de quo dixeratis michi? Ite, adducite eum ad me, ut poſſit vivere. ℣. Biennium eſt, quod cœpit eſſe fames in terra, & adhuc reſtant alii quinque. Ite adducite.

℟. Nuntiaverunt Jacob, dicentes. Joſeph filius tuus vivit, & ipſe dominatur in tota terra Ægypti: quo audito revixit ſpiritus ejus, & dixit: Sufficit michi; vadam, & videbo eum antequam moriar. ℣. Cumque vidiſſet plauſtra, quæ mandaverat ei Pharao ad portandum Senem, quaſi de gravi ſompno evigilans, ait. Sufficit.

IN LAUDIBUS.

[a] [*Ant.*] Fac benigne in bona voluntate tua, ut ædificentur, Domine, muri Hieruſalem. *Pſ.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Dominus michi adjutor eſt, non timebo quid faciat michi homo. *Pſ.* Confitemini.

*Ant.* Deus miſereatur. [ *Require pag.* 58. ] *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Vim virtutis ſuæ oblitus eſt ignis, ut pueri tui, Domine, liberarentur inlæſi. *Pſ.* Benedicite.

*Ant.* Sol & luna laudate Deum, quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius. *Pſal.* Laudate.

*In Euangel.*

Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Si ego in digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. *euouae.*

*Ant.* Cum immundus ſpiritus exierit ab homine [b] ambulans per loca inaquoſa, quærens requiem, & non invenit. *euouae.*

*Ant.* Qui non colligit mecum, diſpergit; & qui non eſt mecum contra me eſt. *euouae.*

---

FERIA II.

*Collecta ad S. Adrianum.*

*Statio ad S. Marcum.*

*Ant.* Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Jeſus autem tranſiens per medium illorum, ibat. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA III.

*Collecta ad S. Sergium.*

*Statio ad S.* [1] *Potentianam.*

[*Ant.*] Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum, dicit Dominus. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Domine, quotiens peccaverit in me frater meus, [&] dimittam ei? uſque ſepties? Non dico tibi uſque ſepties, ſed uſque ſeptuagies ſepties. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA IIII.

*Collecta ad S. Balbinam.*

*Statio ad S. Sixtum.*

[*Ant.*] Audite & intelligite traditiones,

*a.* De his antiphonis videndus Amal. cap. 40. *b.* ambulat.

(1) *Index Mabillonii*, ad S. Pudentianam. *Vide quæ diximus ſupra pag.* 7, *not.* 2.

nes, quas Dominus dedit vobis. *Pſal.* Benedictus.

[*Ant.*] Non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA V.

*Collecta ad S. Marcum.*

*Statio ad SS. Coſmam & Damianum.*

[*Ant.*] Omnes qui habebant infirmos ducebant illos ad Jeſum, & ſanabantur. *Pſ.* Benedictus.

---

FERIA VI.

*Collecta ad S. Mariam Rotundam.*

*Statio ad S. Laurentium in Lucina.*

[*Ant.*] Aqua, quam ego dedero, qui biberit ex ea non ſitiet ultra. *Pſ.* Benedictus.

[*Ant.*] Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. *Pſ.* Magnificat.

---

SABBATO.

*Collecta ad S. Vitalem.*

*Statio ad S. Suſannam.*

[*Ant.*] Inclinavit ſe Jeſus, [&] ſcribebat in terra. Si quis ſine peccato eſt, mittat in eam lapidem. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Nemo te condemnavit, mulier? Nemo, Domine. Nec ego te condemnabo; jam amplius noli peccare. *Pſalm.* Magnificat.

---

DOMINICA III I.

*Statio*[1] *ad Hieruſalem.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Populus Domini, & oves paſcuæ ejus, venite adoremus Dominum. [*Pſalm.*] Venite. Quadrageſ. Hebd. IV.

℟. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Deſcende in Ægypto; dic Pharaoni, ut dimittat populum meum: induratum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populum, niſi in manu forti. ℣. Videns vidi afflictionem populi mei, qui eſt in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & deſcendi liberare eos. In manu.

℟. Cantemus Domino, glorioſe enim honorificatus eſt, equum & aſcenſorem projecit in mare. ℣. Adjutor & protector factus eſt mihi Dominus in ſalutem. ℣. Currus Pharaonis, & exercitum ejus projecit in mare. Adjutor.

℟. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis. Deduxiſti ſicut oves populum tuum in manu Moyſi, & Aaron. ℣. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ; vidit, & commota eſt terra. Deduxiſti.

℟. Ecce mitto Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat ſemper. Obſerva, & audi vocem meam, & inimicus ero[2] inimicis tuis, & affligentes te affligam, & præcedat te Angelus meus. ℣. Iſrael, [3] ſi me audieris, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Ego enim Dominus. Obſerva.

℟. Qui perſequebantur populum tuum, Domine, demerſiſti eos in profundum, Et in columna nubis ductor eorum fuiſti, Domine. ℣. Exclamaverunt filii Iſrael in anguſtiis ſuis ad Dominum, & miſit eis Salvatorem. Et in columna.

℟. Adtendite populus meus Legem meam; Inclinate aurem veſtram in verba oris mei. [℣] Aperiam in parabolis os meum,

(1) *Front. & Georg. Statio* in Suxurrio. *Vide quæ diximus ſupra pag.* 22, *not.* 1.

(2) *Mſ.* inimicis ſuis.

(3) *Mſ. idem*, ſi me audierit &c.

Quadrageſ. Hebd. IV.

os meum, loquar propoſitiones ab initio ſæculi. Inclinate.

℟. Vos qui tranſituri eſtis Jordanem, Ædificate altare Domino de lapidibus, quos ferrum non tetigit, & offerte ſuper illud holocauſta & hoſtias pacificas Deo veſtro. ℣. Cumque intraveritis terram, quam Dominus Deus veſter daturus eſt [a] nobis. Ædificate altare.

℟. Petre amas. [*Require infra in Feſtivitate S. Petri.*]

℟. Precatus eſt Moyſes in conſpectu [1] Domini Dei ſui, & dixit. Quare Domine iraſceris in populo tuo? parce iræ animi tui. Memento Abraham, Iſaac, & Jacob, quibus juraſti dare terram fluentem lac & mel. Et placatus factus eſt Dominus de malignitate, quam dixit facere populo ſuo. ℣. Quieſcat ira tua, Domine, & eſto placabilis ſuper nequitias populi tui. Et placatus.

℟. Populo meus, quid feci? aut quid moleſtus fui tibi? reſponde michi; quia ego eduxi vos de terra Ægypti, & de domo ſervitutis; quadraginta annis in Eremo manna plui vobis, Et obliti eſtis me, dicit Dominus. ℣. Adduxi vos per Deſertum quadraginta annis ego Dominus. Et obliti.

℟. Adduxi vos per Deſertum quadraginta annis ego Dominus, non ſunt attrita veſtimenta veſtra, Manna de cælo plui vobis, & obliti eſtis me, dicit Dominus. ℣. Populo meus quid feci? aut quid moleſtus fui tibi? reſponde michi, quia eduxi vos de terra Ægypti. Manna.

℟. Adduxit eos Dominus in fortitudine terræ, cibavit eos naſcentiis agrorum. Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra. [℣.] Butyrum boum, & lac ovium, cum adipe agnorum & arietum, filiorum taurorum, & hircorum. Suxerunt.

℟. Splendida facta eſt facies Moyſi, dum reſpiceret in eum Dominus. Et videntes Seniores claritatem vultus ejus, admirantes timuerunt valde. ℣. [b] Deſcendens Moyſes de monte, portans duas tabulas lapideas in manibus ſuis, ſcriptas utraſque digito Dei. Et videntes.

IN LAUDIBUS.

[c] *Ant.* Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, ſi averteris faciem tuam a peccatis meis. *Pſalm.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in principibus. *Pſ.* Confitemini.

*Ant.* Benedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Potens es Domine eripere nos de manu mortis, liberare nos Deus noſter. *Pſalm.* Benedicite.

*Ant.* Reges terræ & omnes populi laudate Deum. *Pſal.* Laudate.

*In Euang.*

[*Ant.*] De quinque panibus & duobus piſcibus ſatiavit Dominus quinque milia hominum. *Pſ.* Beuedictus.

*Ant.* Satiavit Dominus quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piſcibus. [*Cant.*] Magnificat.

---

FERIA II.

*Collecta ad S. Stephanum in Cellio Monte.*

*Statio ad SS.* [2] *Quatuor.*

[*Ant.*] Solvite templum hoc, dicit Domi-

a. vobis. b. Deſcendit. c. De his antiphonis agit Amal. cap. 42.

(1) *Mſ.* in conſpectu Domini Dei tui &c.

(2) *Index Mabillonii & Front. Kalend. atque Capitulare Euangeliorum Georgii*: ad SS. quatuor Coronatos.

Dominus, & in triduo reædificabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui. [*Cant.*] Benedictus.

---

FERIA III.

*Collecta ad Monaſterium Dompnæ Roſæ.*
*Statio ad S. Laurentium in Damaſo.*

[*Ant.*] Quid me quæritis interficere, hominem qui verax locutus ſum vobis? *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Unum opus feci, & omnes admiramini, Quia totum hominem ſanum feci in Sabbato. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA III.

*Collecta ad S. Meunen.*
*Statio ad S. Paulum.*

[*Ant.*] Neque hic peccavit, neque parentes ejus, ſed ut manifeſtentur opera Dei in illo. *Pſalm.* Benedictus.

*Ant.* A ſæculo non eſt auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati, niſi Chriſtus Deus noſter. *Pſ.* Magnificat.

---

FERIA V.

*Collecta ad S. Quiricum.*
*Statio ad* [1] *SS. Silveſtrum & Martinum.*

[*Ant.*] Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam. [*Cant.*] Benedictus.

RESPONS. ET ANTIPH.

FERIA VI. Quadrageſ. Hebd. IV.

*Collecta ad S. Vitum* [2] *in Macello.*
*Statio ad S. Euſebium.*

*Ant.* Lazarus amicus noſter dormit; eamus, & a ſomno excitemus eum. [*Cant.*] Benedictus.

[*Ant.*] Domine ſi hic fuiſſes, Lazarus non eſſet mortuus; ecce jam fœtet quatriduanus in monumento. [*Cant.*] Magnificat.

---

SABBATO.

*Collecta ad S.* [3] *Angelum.*
*Statio* [4] *ad S. Nicolaum de Carcere.*

*Ant.* Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ, dicit Dominus. *Pſal.* Benedictus.

[*Ad Veſperum.*]

℣. Erue a framea Deus.

[*Ant.*] Nemo in eum miſit manus, quia necdum venerat hora ejus. [*Cant.*] Magnificat.

*A Sabbato Paſſionis ad Veſperum, uſque ad Sabbatum Pentecoſten ad Veſperum, intermittimus Commemorationem Apoſtolorum Petri & Pauli in Veſperis & in Matutinis. In nullo* Venite, *aut* ℟.[10] *dicitur* Gloria Patri, *ab hac Dominica uſque ad Paſcha, exceptis Feſtivitatibus Sanctorum; ſed pro* Gloria Patri *reincipimus Reſponſorium.* [5]



(1) *Apud Mabillonium*: ad S. Martinum de Montibus. *Frontonianum & Georgii Evangeliorum Capitulare ſimpliciter ajunt*: ad S. Silveſtrum.

(2) *Mabill.* ad S. Vitum Magellum.

(3) *Apud Mabillon.* ad S. Angelum Piſcium venditorem, *quam legendi rationem emendat Thomaſius in ſuo Orationali pag.454, Tom.II noſtræ editionis, ſcribens*: ad S. Angelum [ad] Piſcium venditorem.

(4) *Ita & Mabillonius, ſed antiquiores membrana pro ſe ferunt*: Statio ad S. Laurentium martyrem, *quia uti obſervat loco nuper laudato Thomaſius antiquatus Statio hæc celebrabatur in Eccleſia S. Laurentii.*

(5) *Bened. Canon. ad hunc locum ait*: Dominica de Paſſione ponitur Jeremias Propheta. Tres Lectiones de eodem Propheta, tres de Sermone, ſeptima & octava de expoſitione epiſtolæ, (*ad Hebræos conjecit hoc loco Mabillon. ex cap.XI*, Chriſtus aſſiſtens Pontifex) nona de homilia, & aliud officium (*nimirum Laudes Matutinæ & aliæ Horæ diurnæ ſubjungit idem Mabill.*) totum ſicut ſcriptum eſt. Ab iſto die uſque in Sabbato Sancto in nullo Reſponſorio, & in nullo *Venite*, & Introitu cantatur *Gloria Patri*. *Hæc Bened. Canon. quibus fere ſimilia leges & in Ordine Romano I, pag.18.*

Quadrages. Hebd. V.

DOMINICA DE PASSIONE.

*Statio eſt in Baſilica beati Petri Apoſtoli.*

*Incitatorium.*

Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra. [*Pſ.*] Venite.

℣. Erue a framea Deus animam meam.

℟. Et de manu canis unicam [ meam. ]

[℟.] Iſti ſunt dies, quos obſervare debetis temporibus ſuis.[a] Quartadecima die ad veſperum, Paſcha Domini eſt, & in quintadecima Solemnitatem celebrabitis Altiſſimo Domino. ℣. Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens. Loquere filiis Iſrael, & dices ad eos. Quarta.

℟. Multiplicati ſunt qui tribulant me, & dicunt. Non eſt ſalus illi in Deo ejus. Exurge Domine, ſalvum me fac Deus meus. ℣. Nequando dicat inimicus meus. Prævalui adverſus eum. Exurge. *Ite.* [Multiplicati.]

℟. Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? Reſpice, & exaudi me Domine Deus meus. ℣. Nequando dicat inimicus meus. Prævalui adverſus eum. Reſpice.

℟. Uſquequo.

℣. De ore leonis libera me Domine.

℟. Et a cornibus unicornuorum humilitatem meam.

℟. De ore leonis libera me Domine, & a cornibus unicornuorum humilitatem meam. ℣. Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis unicam meam. Humilitatem.

℟. Deus meus es tu, ne diſcedas a me. Quoniam tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adjuvet. ℣. Deus Deus meus reſpice in me; quare me dereliquiſti longe a ſalute mea? Quoniam.

℟. Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam. Redime me, & miſerere mei Deus meus. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgentibus in me libera me. Redime.

*It.* Ne perdas.

℣. Ne perdas cum impiis Deus animam meam.

℟. Et cum viris ſanguinum vitam meam.

℟. Vide quia tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meæ, & libera eam. Propter inimicos meos eripe me Domine. ℣. Eripe me Domine ab homine malo, a viro iniquo libera me. Propter.

*Iſtud Reſponſorium in Dominicis diebus & Cœna Domini cantamus octavum; in II, IV, & VI Feria, ſecundum Reſponſorium.*

[℟.] Hoc Corpus, quod pro vobis tradetur, hic Calix Novi Teſtamenti eſt in meo ſanguine, dicit Dominus. Hoc facite (quotieſcunque ſumitis) in meam commemorationem. ℣. Cumque manducaveritis Panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniam. Hoc facite. Hoc corpus.

℟. Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in unum, dicentes. Deus dereliquit eum, Perſequimini, & comprehendite eum, quia non eſt qui liberet eum. Deus ne elonges a me, Deus meus in adjutorium meum intende. ℣. Omnes inimici mei adverſum me cogitabant mala michi, verbum iniquum mandaverunt adverſus me, dicentes. Perſequimini.

℟. Erue a framea Deus animam meam,

a. Vide Ordin. Rom. hac die.

meam, & de manu canis unicam meam, humilitatem meam. ℣. De ore leonis libera me Domine, & a cornibus unicornuorum. Humilitatem.

℟. Tota die contriſtatus ingrediebar, Domine, quoniam anima mea completa eſt illuſionibus, Et vim faciebant qui quærebant animam meam. ℣. Et qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitatem, & dolos tota die meditabantur. Et vim.

℟. Ne tradideris me Domine in animas perſequentium me; Quia inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab inſurgentibus in me libera me. Quia.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus eſt inimicus meus. *Pſal.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me. *Pſal.* Confitemini.

*Ant.* Judicaſti Domine cauſam animæ meæ, defenſor vitæ meæ, Domine Deus meus. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Populo meus, quid feci tibi? aut quid moleſtus fui? reſponde michi. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? *Pſal.* Laudate.

℣. Eripe me Domine ab homine malo.

℟. A viro iniquo libera me.

*In Evang.*

*Ant.* Ego gloriam meam non quæro; eſt qui quærat, & judicet. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Ego dæmonium non habeo, ſed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. *evovae.* Quadrageſ. Hebd. V.

*Ant.* Abraham exultavit ut videret diem meum; & vidit, & gaviſus eſt. *Pſal.* Magnificat.

---

FERIA II.

*Collecta ad S. Georgium.*

*Statio ad S. Griſogonum.*

*Iſtud Invitatorium cantatur per totam Hebdomadam.*

Hodie ſi vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda veſtra. *Pſ.* Venite exultemus.

*Ant.* Si quis ſitit veniat ad me, & dabo ei fontem æternum. *Pſalm.* Benedictus.

[*Ant.*] Qui ſitit veniat, & bibat; & de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *Pſalm.* Magnificat.

---

FERIA III.

*Collecta vacat.*

*Statio ad S.* [1] *Cyriacum in Thermis.*

[*Ant.*] Tempus meum nondum advenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum. *Pſ.* Benedictus.

[*Ant.*] Vos aſcendite ad Diem feſtum hunc; ego non aſcendo, quia tempus meum nondum advenit. *Pſal.* Magnificat.

---

FERIA IIII.

*Collecta ad S. Marcum.*

*Statio ad S. Marcellum.*

*Ant.* Si michi non creditis, vel operibus credite. Opera quæ ego facio in nomine Patris mei. *Pſ.* Benedictus.

[*Ant.*] Multa bona opera operatus



(1) *Front. & Georg. habent*, Quiriacum.

Quadrageſ. Hebd. V.

ſum vobis; propter quod opus vultis me occidere? *Pſ.* Magnificat.

FERIA V.

*Collecta ad S. Mariam in Via Lata.*

*Statio ad S. Apollinarem.*

*Ant.* Magiſter dicit. Tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cum Diſcipulis meis. *Pſ.* Benedictus.

[*Ant.*] Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar. *Pſ.* Magnificat.

FERIA VI.

*Collecta ad SS. Johannem & Paulum.*

*Statio ad S. Stephanum in Cœlio Monte.*

[*Ant.*] Appropinquabat autem Dies feſtus, & quærebant Principes Sacerdotum quomodo eum interficere, ſed timebant plebem. *Pſ.* Benedictus.

[*Ant.*] Principes Sacerdotum conſilium fecerunt, ut Jeſum dolo tenerent, & occiderent, dicebant autem: Non in Die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. *Pſ.* Magnificat.

SABBATO.

*Ad S. Petrum,* [1] *quando Eleemoſyna datur.*

*Collecta ad S. Sixtum.*

*Statio ad S. Johannem in Porta Latina.*

[*Ant.*] Clarifica me Pater apud temetipſum claritate, quam habui priuſquam Mundus fieret. *Pſalm.* Benedictus.

[a] *Ant.* Quid moleſti eſtis mulieri? opus enim bonum operata eſt in me. *Pſalm.* Magnificat.

[*Ant.*] Mittens hæc mulier hoc unguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. [*Cant.*] Magnificat.

DOMINICA IN PALMIS.

*Statio ad S. Johannem in Lat.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Ipſi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea. Si introibunt in Requiem meam. *Pſal.* Venite.

℟. In die qua invocavi te, Domine, dixiſti: Noli timere. Judicaſti cauſam meam, & liberaſti me Deus meus. ℣. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui. Judica.

℟. Fra-

a. Hanc & ſequentem antiphonam innuit Amal. cap. 43.

(1) *Celebris apud rerum liturgicarum Scriptores hæc Sabbati dies ob duplicem ritum, quem olim Romana Eccleſia ſervabat, nimirum elargitionis eleemoſynæ, & diſtributionis fermenti: de utroque ritu ſimul egit Thomaſius in ſuis ad Capitulare Evangeliorum notis: de fermento in peculiari Diſquiſitione apud Ciampinum de perpetuo Azymorum uſu pag. 113, & ſequentibus. Poſt Thomaſium plerique de hac re, & de fermento potiſſimum ſcripſere, Mabillonius non ſolum Muſ. Italici Tom. 1, pag. 132, ſed & in Commentario ad Ordinem Romanum pag. XXXVIII, & pag. LXIV, §. X. Martenius De antiquis Eccleſiæ Ritibus lib. 1, cap. IV, art. II, pag. 308, 311, & 352: De antiqua Eccleſiæ Diſciplina in Divinis Officiis celebrandis cap. XIX, pag. 188, & Anecdot. Theſauro Tom. V, pag. 72. Pagius in Critica ad an. CCCXIII, num. XIX. Petrus Conſtantius in notis ad Epiſtolas Rom. Pontif. col. 860, Georgius Liturg. Rom. Pontif. Tom. III, pag. 253 & 254 ubi multa collegit, multoſque de re præſenti, præter eos quos laudavimus, tractantes memorat. His omnes videri poterunt, ſi lubeat, nobis, ſi quid dicendum occurret, tunc certe occaſio aderit quum indicata Thomaſii loca hac in noſtra editione erunt recenſenda. Hoc tantum annotari poterit præſentem Antiphonarium ſcriptum fuiſſe poſtquam deſierat mos dandi fermentum, quem morem poſt annum Chriſti milleſimum deſiſſe optimis ductus argumentis vult Thomaſius.*

℟. Fratres mei elongaverunt a me, & noti mei, Quaſi alieni receſſerunt a me. ℣. Amici mei & proximi mei adverſum me appropinquaverunt, & ſteterunt; & proximi mei. Quaſi.

℟. Adtende Domine ad me, & audi voces adverſariorum meorum. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? ℣. Homo pacis meæ in quo ſperabam, qui edebat panes meos, ampliavit adverſum me ſupplantationem. Numquid. *It.* Adtende.

℟. Concluſit vias meas inimicus, inſidiator factus eſt michi, ſicut leo in abſcondito, replevit & inebriavit me amaritudine; deduxerunt in lacum mortis vitam meam, & poſuerunt lapidem contra me. Vide Domine iniquitates illorum, & judica cauſam animæ meæ defenſor vitæ meæ. ℣. Omnes inimici mei adverſum me cogitabant mala michi, verbum iniquum mandaverunt adverſus me. Vide.

℟. Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam; non avertas faciem tuam a me, quoniam tribulor; exaudi me Deus meus. ℣. Intende animæ meæ, & libera eam propter inimicos meos eripe me. Deus.

℟. Deus Iſrael propter te ſuſtinui improperium, operuit reverentia faciem meam, extraneus factus ſum fratribus meis, & hoſpes filiis matris meæ, Quoniam zelus domus tuæ comedit me. ℣. Et operui in jejunio animam meam, & factum eſt michi in opprobrium. Quoniam. Deus Iſrael.

℟. Dixerunt impii, apud ſe non recte cogitantes. Circumveniamus Juſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris: promittit, ſe ſcientiam Dei habere, Filium Dei ſe nominat, & gloriatur, patrem ſe habere Deum. Videamus, ſi ſermones illius [1] veri ſunt; & ſi eſt verus Filius Dei, liberet illum de manibus noſtris; morte turpiſſima condemnemus eum. ℣. Hæc cogitaverunt, & erraverunt; excæcavit enim illos malitia eorum, & neſcierunt ſacramenta Dei. Morte. Hebdomad. Majoris.

℟. Hoc corpus. [ *Require ſupra pag.* 82. ]

℟. Dominus mecum eſt tanquam bellator fortis; Propterea perſecuti ſunt me, & intelligere non potuerunt. Domine probans renes & corda tibi revelavi cauſam meam. ℣. Et vim faciebant qui quærebant animam meam; & qui inquirebant mala michi locuti ſunt vanitatem, & dolos tota die meditabantur. Propterea.

℟. Viri impii dixerunt. Opprimamus virum juſtum injuſte, & deglutiamus eum tanquam infernus [a] vivus; [2] deglutiamus memoriam illius de terra, & de ſpoliis ejus ſortem mittamus inter nos. Ipſi enim homicidæ theſaurizaverunt ſibi mala; inſipientes & maligni oderunt ſapientiam, Et rei facti ſunt in cogitationibus ſuis. ℣. Dixerunt impii, apud ſe non recte cogitantes. Circumveniamus Juſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris. Et rei.

℟. Ingrediente Domino in ſanctam Civitatem, Hebræorum pueri reſurrectionem vitæ [3] pronuntiantes, Cum ramis [b] procedentes, Hoſanna clamantes in

a. vivum. b. proceſſerunt.

(1) *Mſ. ibi*, veri ſint.

(2) *Mſ. ibi non* deglutiamus, *ſed habet* auferamus memoriam illius.

(3) *Nova Operum ſancti Gregorii editio illic habet*, prænuntiantes, *quod ipſe Thomaſius ſibi notaverat.*

Hebdomad. Majoris.

tes in excelsis. ℣. Ex ore infantium, Deus, & lactentium perfecisti laudem. Cum.

℟. Animæ impiorum fremebant adversum me, Et gravatum est cor meum super eos, eo quod appretiaverunt pretium meum triginta argenteis, quod appretiatus sum ab eis. ℣. Omnes inimici. [*ut infra.*] Et gravatum.

℟. Contumelias & terrores passus sum ab eis qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum, dicentes. Decipiamus eum, & prævaleamus illi. Sed tu Domine mecum es tanquam bellator fortis: cadant in opprobrium sempiternum, ut videam vindictam in eis, Quia tibi revelavi causam meam. ℣. Omnes inimici mei adversum me cogitabant mala michi, verbum [a] mandaverunt adversum me. Quia.

℟. Synagoga populorum circumdederunt me, & non reddidi retribuentibus michi mala. Consumetur, Domine, nequitia peccatorum, & dirige Justum. ℣. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans capud meum. Consumetur.

IN LAUDIBUS.

*Non dicitur* Deus in adjutorium meum intende, *sed absolute incipitur.*

*Ant.* Domine Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. *Ps.* Miserere mei Deus.

*Ant.* Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicabor in eis. *Psal.* Confitemini.

*Ant.* Judica causam meam, defende, quia potens es Domine. *Ps.* Deus Deus meus.

[b] *Ant.* Videns Dominus flentes sorores Lazari ad monumentum, lacrymatus est coram Judæis: exclamavit: Lazare, veni foras. Et prodiit ligatis manibus & pedibus qui fuerat quadriduanus mortuus. *Psalm.* Benedicite.

[c] *Ant.* Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego, Domine Deus meus. *Psal.* Laudate.

*In Euang.*

*Ant.* Turba multa quæ convenerant ad Diem festum, clamabant Domino. Benedictus, Qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis. *Ps.* Benedictus.

[*Ant.*] Hosanna Filio David. Benedictus, Qui venit in nomine Domini. Rex Israel, hosanna in excelsis. *Ps.* Magnificat.

*In Processione per* (A) *Paradisum.*

*Ant.* Pueri Hebræorum portantes ramos olivarum, obviaverunt Domino,

a. iniquum. b. Amal. cap. 43. c. Amal. cap. 43.

(A) *In Processione per Paradisum.* Paradisus Quadriporticus erat ante Basilicam Vaticanam a Constantino Magno ædificata, & a Simplicio & Symmacho Romanis Pontificibus exornata. Panvinus & Severanus de VII Urbis Ecclesiis, & Paulus de Angelis in notis ad Romanum Canonicum. Lubet & hoc loco proferre quod præscribitur in veteri Orationali Basilicæ S. Petri num. 8. *Dominica in Palmis dicimus Tertiam in Sancta Maria in Turre, ubi Palmæ benedicendæ sunt.* Erat istud Oratorium ante Quadriporticum Basilicæ, Paradisum dictam; unde ab eo Oratorio per Paradisum procedebant in processione Clerici. Retinebatur nimirum vetus mos Ecclesiæ Romanæ, ut in Processionibus uno in loco Collecta fieret, illincque procederet Clerus & populus ad aliam Ecclesiam, ubi Missa sive Statio celebraretur.

Digitized by Google

no, clamantes, & dicentes. Hoſanna in excelſis. *euouae.*

*Ant.* Pueri Hebræorum veſtimenta proſternebant in via, & clamabant, dicentes, Hoſanna Filio David. Benedictus, Qui venit in nomine Domini. *euouae.*

[*Ant.*] Occurrunt turbæ cum floribus & palmis Redemptori obviam, & Victori triumphanti digna dant obſequia. Filium Dei orientem prædicant, & in laude Chriſti voce tonant per nubila. Hoſanna. *euouae.*

---

FERIA II.

*Collecta ad S. Balbinam.*

*Statio ad SS. Nereum & Achilleum.*

*Iſtud Invitatorium cantatur uſque in Cœna Domini.*

Ipſi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea. Si introibunt in Requiem meam. *Pſ.* Venite.

*Iſtis Antiphonis cantamus ad omnes Horas.*

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. *Pſal.* [a] Magnificat.

*Ant.* Framea ſuſcitare adverſus eos qui diſpergunt Gregem meum. *Pſ.* Verba mea.

*Ant.* Appenderunt mercedem meam triginta argenteis, quod appretiatum eſt ab eis. *Pſ.* Deus Deus.

*Ant.* Inundaverunt aquæ ſuper caput meum, dixi. Perii. Invocavi nomen tuum Domine Deus. *Pſ.* Confitebor.

*Ant.* Labia inſurgentium & cogitationes eorum adverſum me, vide Domine. *Pſalm.* Laudate.

*In Euang.*

[*Ant.*] Appropinquabat. [ *Require ſupra pag.* 84.] [*Cant.*] Benedictus.

*Veſperum cantatur ſub prima Antiphona Laudum. Sicut fecimus in ſecunda Feria, ita facimus uſque in Cœna Domini in aliis Feriis.* Hebdomad. Majoris.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Non haberes in me poteſtatem, niſi deſuper datum tibi fuiſſet. *Pſal.* Magnificat.

---

[FERIA III.]

[b *Collecta ad S. Mariam de Porticu.*]

[b *Statio ad S. Priſcam.*]

[IN LAUDIBUS.]

[*Ant.*] Vide Domine & conſidera, quoniam tribulor; velociter exaudi me. *Pſ.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Diſcerne cauſam meam Domine, ab homine iniquo & doloſo eripe me. *Pſ.* Judica me.

*Ant.* Dum tribularer, clamavi ad Dominum de ventre inferi, & exaudivit me. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Domine vim patior, reſponde pro me, quia neſcio quid dicam de inimicis meis. *Pſ.* Ego dixi.

*Ant.* Dixerunt impii. Opprimamus virum juſtum, quoniam contrarius eſt operibus noſtris. *Pſal.* Laudate.

*In Euangel.*

*Ant.* Principes Sacerdotum. [ *Require ſup. pag.* 84.] [*Cant.*] Benedictus.

[*Ant.*] Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. *Pſal.* Magnificat.

---

FERIA IIII.

*Collecta ad S. Petrum in Vincula.*

*Statio ad S. Mariam Majorem.*

IN LAUDIBUS.

*Non dicitur* Deus in adjutorium meum intende, *ſed abſolute incipitur.*

[*Ant.*] Libera me de ſanguinibus Deus

a. Miſerere mei Deus. b. Ex alio Codice Baſilicæ Vaticanæ.

Feria V. in Cœna Domini.

Deus Deus meus ; & exaltavit lingua mea juſtitiam tuam . *Pſ.* Miſerere mei Deus .

[*Ant.*] Contumelias & terrores paſſus ſum ab eis , & Dominus mecum eſt tanquam bellator fortis . *Pſ.* Te decet hymnus .

*Ant.* Ipſi vero in vano quæſierunt animam meam , introibunt in inferiora terræ . *Pſ.* Deus Deus meus .

*Ant.* Omnes inimici mei audierunt malum meum ; Domine , lætati ſunt , quoniam tu feciſti . *Pſal.* Exultavit .

*Ant.* Alliga Domine in vinculis nationes Gentium , & reges eorum in compedibus . *Pſalm.* Laudate .

*Ant.* Pater , ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum , fiat voluntas tua . *Pſal.* Benedictus .

*Ant.* Ancilla dicit Petro . Vere tu ex illis es ; nam & loquela tua manifeſtum te fecit . *Pſal.* Magnificat .

*Ant.* Cotidie apud vos eram in Templo docens , & non me tenuiſtis , & ecce flagellatum ducitis ad crucifigendum . *cuouae* .

---

FERIA V IN COENA DOMINI .

[a *Statio ad S. Johannem in Laterano .*]

℣ Domine labia mea . Deus in adjutorium . Invitatorium . Jube Domne , & Tu autem *non dicitur uſque in Paſcha* . Gloria Patri *in Pſalmis non dicitur uſque in Sabbato Sancto ad Veſperum* .

IN I NOCTURNO .

*Ant.* Zelus domus tuæ comedit me , & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me . *Pſalm.* Salvum me .

*Ant.* Avertantur & erubeſcant , qui cogitant michi mala . *Pſal.* Domine Deus in adjutorium .

*Ant.* Deus meus eripe me de manu peccatoris . *Pſal.* Deus in te ſperavi .

℣. Homo pacis meæ , in quo ſperabam .

℟. Qui edebat panes [a], panes meos , ampliavit adverſum me ſupplantationem .

*Omnia Reſponſoria cum Verſibus per Choros cantantur , non procedentes in medium Chori uſque ad Paſcha , præter ad* [℟.] Hoc corpus , *tantum* .

℟. In monte Oliveti oravit ad Patrem . Pater , ſi fieri poteſt tranſeat a me calix iſte ; ſpiritus quidem promptus eſt , caro autem infirma . Fiat voluntas tua . ℣. Pater noſter , qui es in cælis , ſanctificetur nomen tuum , adveniat regnum [b] . Fiat .

℟. Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem ; ſuſtinete hic , & vigilate mecum .

a. Ex aliu Codice Baſilicæ Vaticanæ . b. tuum .

(1) *A verbis* Domine labia mea *uſque ad illud* In I Nocturno *omiſſa in prima Operis Editione reſtituimus . Illis conſonat Bened. Canon. hoc loco , cujus verba absque non erit hoc referre* : In Cœna Domini uſque in Sabbato Sancto , *Deus in adjutorium meum intende* non dicitur , nec Invitatorium , nec *Gloria Patri* in pſalmis : ſed incipit *Zelus Domus tuæ* , ſicut in Antiphonario continetur . Nec presbyter dicit *Oremus* ; lector non petit benedictionem , quando finit , non dicit *Tu autem Domine* , ſed ex verbis lectionis jubetur facere finem . Lectiones leguntur novem , trea de lamentatione Jeremiæ prophetæ ; aliæ de expoſitione Euangelii ; novem pſalmi , & VIII reſponſoria . *Hæc omnia ad amuſſim reſpondent præſenti Antiphonario , nec ab hodierno hujuſce diei ritu multum diſtant , excepto tamen Reſponſoriorum numero ; quem Reſponſoriorum numerum annotare prætermiſit Edmundus Martene dum De antiqua Eccleſiæ Diſciplina in Divinis celebrandis Officiis cap. XXIX , n. num. III , ea recenſet quæ in hocce noſtro Antiphonario obſervantur , atque in Romanis Ordinibus , & præſertim in illo Benedicti Canonici . Cetera aliquem ritum Baſilicæ Vaticanæ peculiarem ſæculo XII hæc fortaſſe lætet ; cujus nullum obſervatur veſtigium in aliis Antiphonariis aut Ordinibus hactenus vulgatis . Nam Ordo Romanus primus & antiquiſſimus præcipit IX lectiones eum IX RR.*

(2) *Ita legitur in Mſ.*

mecum. Nunc videbitis turbam quæ circumdabit me, & vos fugam capietis, & ego vadam immolari pro vobis. ℣. Vigilate & orate, dicit Dominus, ut non intretis in temptationem. Nunc.

℟. Unus ex Diſcipulis meis tradet me hodie. Væ illi, per quem trador ego. Melius illi erat, ſi natus non fuiſſet. ℣. Qui intingit mecum manum in paropſide, hic me traditurus eſt in manus peccatoris. Melius.

*It.* Unus ex Diſcipulis.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Liberavit Dominus pauperem a potente, & inopem, cui non erat adjutor. *Pſalm.* Deus judicium.

*Ant.* Cogitaverunt impii & locuti ſunt nequitias, iniquitatem in excelſo locuti ſunt. *Pſ.* Quam bonus.

*Ant.* Exurge Dñe, & judica cauſam tuam. *Pſ.* Ut quid repuliſti.

℟. Eripe me Domine ab homine malo.

℟. A viro iniquo libera me.

℟. Eram quaſi agnus innocens, ductus ſum ad immolandum, & neſciebam: conſilium fecerunt inimici mei adverſum me, dicentes. Venite, mittamus lignum in panem ejus, & conteramus eum de terra viventium. ℣. Omnes inimici. [*ut ſupra pag.* 86.] Venite.

℟. Una hora non potuiſtis vigilare mecum, qui exhortabamini mori pro me? Vel Judam non videtis, quomodo non dormit, ſed feſtinat, tradere me Judæis? ℣. Dormite jam, & requieſcite, ecce, appropinquabit qui me traditurus eſt. [Vel.]

℟. Facta eſt lingua iniquorum fraudulenta in ore ipſorum, & loquebantur mendacium. Omnes in ſanguine inſidiati ſunt, virum juſtum venati ſunt ad mortem; ipſe autem pacifica verba loquebatur ad eos. ℣. Omnes inimici. Omnes. Feriæ V in Cœna Domini.

*It.* Facta eſt.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Dixi iniquis. Nolite loqui adverſus Deum iniquitatem. *Pſal.* Confitebimur.

*Ant.* Terra tremuit & quievit, dum reſurgeret in judicio Deus. *Pſal.* Notus in Judæa.

*Ant.* In die tribulationis meæ Deum exquiſivi manibus meis. *Pſalm.* Voce mea ad.

℣. Acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpentes.

℟. Venenum aſpidum ſub labiis eorum.

℟. Lavi pedes tuos, feci te teſtem Sacramenti mei; Paravi convivium, manducaſti panem meum, & tu quare ſine cauſa ſitiſti ſanguinem meum? ℣. Homo pacis meæ in quo ſperabam, qui edebat panes meos, ampliavit adverſus me ſupplantationem. Paravi.

℟. Hoc corpus. [*Require ſupra pag.* 82.]

IN LAUDIBUS.

[*Ant.*] Juſtificeris Domine in ſermonibus tuis, & vincas, dum judicaris. *Pſal.* Miſerere mei Deus.

[*Ant.*] Dominus tamquam ovis ad victimam ductus eſt, & non aperuit os ſuum. *Pſ.* Domine refugium.

*Ant.* Contritum eſt cor meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Exhortatus es in virtute tua & in refectione ſancta tua, Domine. *Pſ.* Cantemus.

RESPONS. ET ANTIPH.



(t) *Bened. Canon. hoc loco ait*: ſequitur Matutinum cum ſuis antiphonis & pſalmis: quo completo non dicitur *Kyrie*, ſed cantatur, *Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem*, & tacendo recedunt.

Feria V in Cœna Domini.

*Ant.* Oblatus eſt, quia ipſe voluit, & peccata noſtra ipſe abſtulit. *Pſalm.* Laudate.

℣. Collocavit me in obſcuro.

℟. Sicut mortuos ſeculi.

*In Evang.*

*Ant.* Traditor autem dedit eis ſignum, dicens. Quem oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum. *Pſalm.* Benedictus.

[*Ant.*] Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem.

*Hanc Antiphonam cantamus ſiml. tantum & ſine organo.*

*Poſt* (A) *Poſtcommunionem* [*Miſſæ*] *abſolute incipiuntur Antiphonæ ad Veſperum, ſequitur Oratio*, & Ite, Miſſa eſt.

[a] *Primam, Tertiam, Sextam & Nonam, uſque ad Paſcha ſecreto* [b] *dicimus, ſimiliter Veſperum Paraſceven.*

*Ant.* Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. *Pſalm.* Credidi.

*Ant.* Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, dum loquebar illis, impugnabant me gratis. *Pſal.* Ad Dominum dum.

*Ant.* Ab hominibus iniquis libera me Domine. *Pſalm.* Eripe me Domine.

*Ant.* Conſiderabam a dextris, & videbam, & non erat qui agnoſceret me. *Pſal.* Voce mea.

*Ant.* De manu filiorum alienorum libera me Domine. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Accepto pane, Judas tradidit Dominum, ſicut promiſerat Principibus Sacerdotum. *Pſal.* Magnificat.

---

FERIA VI IN PARASCEVEN.

[b *Statio ad Hieruſalem.*]

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adverſus Dominum & adverſus Chriſtum ejus. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. *Pſ.* Deus Deus meus, reſpice.

*Ant.* Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. *Pſ.* Dominus illuminatio.

℣. Diviſerunt ſibi veſtimenta mea.

[℟.] Et ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

℟. O Juda, qui dereliquiſti conſilium pacis, & cum Judæis conſiliatus es, triginta argenteis vendiſti ſanguinem [c] noſtrum. Et pacis oſculum ferebas, quod in pectore non habebas. ℣. Verax datur fallacibus, Pium flagellat impius. Et pacis.

℟. Jeſum tradidit impius Summis Principibus Sacerdotum & Senioribus populi. Petrus autem ſequebatur a longe, Ut videret finem. ℣. Et ingreſſus

*a.* Vita S. Mauri ſcripta a Fauſto cap. v, num. 30, Tom. 1 Januarii Bollandiano. *b.* Ex alio Codice Baſilicæ Vaticanæ. *c.* juſtum.

(A) *Poſt Poſtcommunionem Miſſæ.* Antiquiſſimus Ordo Romanus M.S. relatus [2] pag. 388, ut etiam is qui editus eſt ab Hittorpio, Veſpertinum Officium in Cœna Domini completis Miſſarum ſolemniis præſcribunt; quem etiam ritum exhibent Benedictus Canonicus & Cencius Camerarius in M.SS. Ritualibus Romanorum Pontificum.

(1) *De Horis diurnis abſque cantu & ſubmiſſa voce olim recitatis videri poterit Martene De antiq. Eccl. Diſcipl. in Div. cel. Officiis cap. xxxii, num. iii, ubi inter alia & veteris Antiphonarii locum habet, ajentis:* Hac die (*adduritur locus inter ritus Feria VI Paraſceves*) poſt prædicationem, quæ hora nona finiri debet, recitantur horæ Prima, Tertia, Sexta, & Nona ſubmiſſa voce, non in ſtallis ſedendo, ſed prope tumulum marmoreum in medio Chori ſtando.

(2) *Intelige de prima Operis editione.*

greſſus Petrus in atrium Principis Sacerdotum, ſedens & expectans. Ut videret.

℟. Omnes amici mei dereliquerunt me, & prævaluerunt inſidiantes mihi: tradidit me, quem diligebam; Et terribilibus oculis, plaga crudeli [a] percutiens, aceto potabant me. ℣. Et dederunt in eſca mea fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto. Et terribilibus.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Vim faciebant qui quærebant animam meam. *Pſal.* Domine ne in ira. II.

*Ant.* Confundantur & revereantur qui quærunt animam meam, ut auferant eam. *Pſ.* Expectans.

*Ant.* Alieni inſurrexerunt in me, & fortes quæſierunt animam meam. *Pſ.* Deus in nomine.

[1] ℣. Dederunt in eſcam meam fel.

℟. Et in ſiti meâ potaverunt me aceto.

℟. Velum Templi ſciſſum eſt; & omnis terra tremuit, latro de cruce clamabat, dicens. Memento mei Domine, dum veneris in Regnum tuum. ℣. Ait latro ad latronem. Nos quidem digna factis recipimus, hic autem quid fecit? Memento.

℟. Inſurrexerunt [b] in me viri iniqui abſque miſericordia, quæſierunt me interfecere; & non pepercerunt, in faciem meam ſpuere, in lanceis ſuis vulneraverunt; & concuſſa ſunt omnia oſſa mea. Ego autem æſtimabam me tanquam [c] mortuus ſuper terram. ℣. Et dederunt in eſca mea fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto. Ego autem. Feria VI Paraſceves in Paſſione Domini.

℟. Vadis [d] propitiatus ad immolandum pro omnibus, non tibi occurrit Petrus, qui dicebat mori tecum: reliquit te Thomas, qui ajebat. Omnes cum eo moriamur. Et ne unus ex illis, ſed tu ſolus duceris, qui caſtam me confortaſti, Filius & Deus meus. ℣. Promittentes, tecum in carcerem & in mortem ire, relicto te, fugerunt. Et ne.

Vadis propitiat.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Ab inſurgentibus in me, libera me Domine, quia occupaverunt animam meam. *Pſalm.* Eripe me de inimicis.

*Ant.* Longe feciſti notos meos a me, traditus ſum, & non egrediebar. *Pſal.* Domine Deus ſalutis.

*Ant.* Captabunt in anima Juſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt. *Pſal.* Deus ultionum.

℣. Inſurrexerunt in me teſtes iniqui.

[℟.] Et mentita eſt iniquitas ſibi.

℟. Barrabas latro dimittitur, & innocens Chriſtus occiditur; nam & Judas armis [2] doctor ſceleris (qui per pacem didicit facere bellum) Oſculando tradidit Dominum Jeſum Chriſtum. ℣. Verax datur fallacibus; Pium flagellat impius. Oſculando.

℟. Tenebræ factæ ſunt ſuper uni-

M 2 verſam

a. percutientes. b. Job cap. 30 juxta LXX Interpretes. c. mortuum. d. Propitiator.

(1) *Ad marginem membrana in Mſ.* ℣. *ille habetur.*

(2) *In Mſ. habetur* armis d Gor *omiſſa ſecunda littera, unde plane conſtat &* armis ductor *interpretari poſſe: in nova Operum S. Gregorii edit. legitur unico vocabulo col.* 781 armiductus ſceleris: *apud Amal. cap.* 4 *de Ord. Antiph. occurrit vox* Armiductor, *quæ fortaſſe in præſenti eſt opportunior ad hujuſce noſtri Antiphonarii contextum, atque uſurpatam fuiſſe in quodam Tractatu de Paſſione Domini ad denotandum militum ducem & præfectum, ſive* Capitaneum, *teſtatur Du Cangius ad verbum* Armiductor. *Idem vir doctus nos etiam docet* Armiductorem *latine aliquando adhibitum fuiſſe ad denotandum quod Græci dicunt* ἀρχιλῃστὴς καὶ.

Feria VI Paraſceves in Paſſione Domini.

verſam terram, dum crucifixiſſent Jeſum Judæi, & circa horam nonam exclamavit Jeſus voce magna. Deus Deus meus, ut quid me dereliquiſti? & inclinato capite emiſit ſpiritum. Tunc unus ex militibus lancea latus ejus aperuit. ℣. Et cum guſtaſſet acetum, dixit. Conſummatum eſt. Tunc unus.

Tenebræ.[1]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Proprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. *Pſal.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Anxiatus eſt in me ſpiritus meus; in me turbatum eſt cor meum. *Pſal.* [CXLII.] Domine exaudi.

*Ant.* Ait latro ad latronem. Nos quidem digna factis recipimus; hic autem quid fecit? Memento mei Domine; dum veneris in Regnum tuum. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Dum conturbata fuerit anima mea, Domine; In ira, miſericordiæ memor eris. [*Cant.*] Domine audivi auditum.

*Ant.* Memento mei Domine Deus, dum veneris in Regnum tuum. *Pſal.* Laudate.

℣. Collocavit me [in obſcuro.]

℟. Sicut mortuos [ſæculi.]

*In Evang.*

[*Ant.*] Poſuerunt ſuper caput ejus Cauſam ipſius ſcriptam. Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum. *Pſalm.* Benedictus.

[*Ant.*] Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis.

SABBATO SANCTO

IN I NOCTURNO.[2]

*Ant.* In pace in idipſum obdormiam & requieſcam.[a] *Pſal.* Cum invocarem.

*Ant.* Habitabit in tabernaculo tuo; requieſcet in monte ſancto tuo. *Pſal.* Domine, quis habitabit.

*Ant.* Caro mea requieſcet in ſpe. *Pſal.* Conſerva me.

℣. In pace in idipſum.

℟. Obdormiam & requieſcam.

℟. Sepulto Domino, ſignatum eſt monumentum, volventes lapidem ad oſtium monumenti, Ponentes milites qui cuſtodirent eum. ℣. Ne forte veniant Diſcipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi. Surrexit a mortuis. Ponentes.

℟. Hieruſalem luge, & exue te veſtibus jocunditatis, indue cinere cum cilicio. Quia in te eſt occiſus Salvator Iſrael. ℣. Ululate Paſtores, & clamate, aſpergite vos cinere. Quia in te.

℟. Receſſit Pater noſter, fons aquæ vivæ, ad cujus tranſitum Sol obſcuratus eſt. Nam & ille captus eſt, qui captivum tenebat primum hominem: hodie portas mortis & ſeras pariter Salvator noſter dirupit. ℣. Ante cujus conſpectum mors fugit, ad cujus vocem mortui reſurgunt, videntes autem eum portæ mortis, confractæ ſunt. Nam & ille. *Ut.* Receſſit.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. *Pſal.* Domini eſt terra.

[*Ant.*]

a. Amal. cap. 7. *Pſalmus cum invocarem, exaudivit me Deus juſtitiæ meæ, cantatur in nocte Sabbati memoriale*, ſcilicet Sabbati Sancti.

(1) *Deeſt & hoc nonum Reſponſorium. Vide ſupra pag. 88. not. 1.*

(2) *Uncis notaverat in prima aperis editione typographus verba*: In I Nocturno, *quod emendandum fuit, quia eadem verba in noſtro Mſ. Codice obſervantur.*

[*Ant.*]Credo videre bona Domini in terra viventium. *Pſal.* Dominus illuminatio.

*Ant.* Domine abſtraxiſti ab inferis animam meam. *Pſalm.* Exaltabo.

℣. Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio.

℟. Inter mortuos liber.

℟. Ecce, quomodo moritur Juſtus, & nemo percipit corde! & viri juſti tollantur, & nemo conſiderat! a facie iniquitatis oblatus eſt Juſtus; Et erit in pace memoria ejus. ℣. In pace factus eſt locus ejus; & in Sion habitatio ejus. Et erit.

℟. Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum. Factus ſum, ſicut homo ſine adjutorio, inter mortuos liber. ℣. Et ſicut vulnerati dormientes, projecti in monumentis, quorum non meminiſti amplius. Factus.

℟. O vos omnes qui tranſitis per viam, adtendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. ℣. Adtendite univerſi populi, & videte dolorem meum. Si eſt.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Deus adjuva me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. *Pſalm.* Deus in nomine.

*Ant.* In pace factus eſt locus ejus; & in Sion habitatio ejus. *Pſ.* Notus in Judæa.

*Ant.* Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, inter mortuos liber. [*Pſal.*] Domine Deus ſalutis.

℣. In pace factus eſt locus iſte.

℟. Et in Sion habitatio ejus.

℟. Vinea mea electa, ego te plantavi; Quomodo converſa es in amaritudine, ut me crucifigeres, & Barabban dimitteres? ℣. Ego te plantavi, vinea mea electa, omne ſemen verum. Quomodo. Sabbati Sancti.

℟. Domine poſt paſſionem tuam & poſt Diſcipulorum fugam, Petrus plorabat, dicens. Latro te confeſſus eſt: & ego te negavi, mulieres te prædicaverunt, & ego timui. Putas, jam vocabis me diſcipulum tuum? aut, iterum conſtitues me piſcatione fungi? ſed repœnitentem ſuſcipe me Domine, & miſerere mei. ℣. Ego dixi in exceſſu meo. Omnis homo mendax. Putas.

Domine.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* O mors, ero mors tua, morſus tuus ero, Inferne. *Pſ.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Plangent eum quaſi unigenitum, quia innocens Dominus occiſus eſt. *Pſ.* Judica me.

*Ant.* Adtendite univerſi populi, & videte dolorem meum. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* A porta Inferi erue Domine animam meam. *Pſ.* Ego dixi.

*Ant.* O vos omnes qui tranſitis per viam, adtendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. *Pſal.* Laudate.

℣. Collocavit me in obſcuris.

℟. Sicut mortuos ſæculi.

[*Ant.*] Mulieres ſedentes ad monumentum, lamentabantur flentes Dominum. [*Cant.*] Benedictus.

Chriſtus factus eſt. *totum.*

*Loco Poſtcommunionis Miſſæ, abſolute incipitur Pſalmus ad Veſperum*, Laudate Dominum omnes, *cum* Gloria Patri.

[*Ant.*] Veſpere autem Sabbati, quæ luceſcit in prima Sabbati, venit Maria

a. adjuvat.

(a) *Deeſt & hoc loci nonum Reſponſorium. Vide ſupra pag. 88. not. 1.*

Sancti Paschatis. Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulchrum. [*Cant.*] Magnificat.

*Sequitur ultima Oratio Missæ*, & Ite Missa est.

---

DOMINICA SANCTUM PASCHA

*Statio ad S. Mariam Majorem.*

*Ad Matutinum tres vel quatuor de*[1] *Fratribus, induti pluvialibus cantant Invitatorium, similiter Lect. & ℟. cum pluvialibus.*

*Super* [*Psal.*] Venite.

Surrexit Dominus vere. alleluja. [*Ps.*] Venite.

*Ad Nocturnum.*

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja. *Psalm.* Beatus vir.

*Ant.* Alleluja, alleluja. *Ps.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Alleluja, alleluja. *Psal.* Domine, quid multiplicati.

Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

*Sacerdos pluviali indutus*, (A) *ministrat de incenso. Responsoria reincipiuntur.*

[℟.] Angelus[2] Domini descendit de cælo, & accedens, revolvit lapidem, & sedit super eum, & dixit mulieribus. Scio enim quia Crucifixum quæritis, venite, & videte ubi positus erat Dominus. alleluia. ℣. Angelus Domini locutus est mulieribus, dicens. Quem quæritis? an Jesum quæritis? Angelus.

℟. Angelus Domini locutus est mulieribus, dicens. Quem quæritis? an Jesum quæritis? jam surrexit, venite, & videte. alleluja, alleluja. ℣. Ecce præcedet vos in Galilæam. ibi eum videbitis, sicut dixi vobis. Angelus. Gloria. Angelus.

IN LAUDIBUS.

[*Ant.*] Noli flere Maria. alleluja, resurrexit Dominus. alleluja. [*Psal.* Dominus regnavit.]

*Ant.* Alleluja. Noli flere Maria. alleluja, resurrexit[3] Dominus. alleluja. *Ps.* Jubilate.

*Ant.*

(A) *Ministrat de incenso.* In quovis Officio IX Lectionum ad singula Nocturna thurificabatur olim Altare S. Petri, & in nocturnis Stationibus ad singulas Lectiones. Romanus Canonicus cap. 39.

(1) Fratres *appellatos fuisse Cardinales ex veteri consuetudine suaderi posset ex variis veterum monumentorum locis: Id animadvertit* Du Cangius *reperiri in Fragmento Vitæ S. Bernardi in sæculo IV Benedict. Part. 1, pag. 572 edit. Venet.: Petrus Amelius in suo Ordine num. CXIII Cardinales Fratres appellat, quum ait:* in crastinum debet esse Missa defunctorum pro Fratribus, & Romanis Pontificibus, *quod & Clarissimo Mabillonio ad hunc Amelii locum comperto est. Idem aliis adductis auctoritatis veterum documentis, pluribus demonstrat & Vir Clarissimus Petrus Moretti de* Ritu dandi Presbyterium *pag. 312, & 313. At eodem jure evincitur & cujusvis Ecclesiæ Canonicos, Presbyteros, Clericos, olim fratris nomine donatos fuisse, ut inter alios evincunt memorati nuper* Du Fresne & Morettus: *quare obscurum adhuc remanet an hoc in loco nostri Antiphonarii* Fratres *sint Cardinales intelligendi, an vero Canonici Basilicæ. Observat Edm. Martene* de antiqua Eccles. Disciplina Div. celeb. Officiis *cap. XXV, num. X, in die Sancto Paschæ, Lectiones a dignioribus cantari consuevisse, & ex Vita S. Henrici cap. 23 apud Surium 14 Julii, narrat quomodo circa annum 1020 in Rambergensi Ecclesia Benedictus Pontif. VIII, Dominica Resurrectionis quum matutinali intereffet Officio, Aquilejensis Patriarcha lectionem primam, secundam Archiepiscopus Ravennas, tertiam Apostolicus ipse, (scilicet ipse Benedictus) recitavit. Si mos iste, uti verisimile est, & in Romana Ecclesia obtinuit XII sæculo, dicendum esse, hoc in nostro loco Cardinales* Fratrum *nomine designari si Pontifex una cum illis Officio interesset; Canonicos vero si absente Pontifice & Cardinalibus, dignioribus ipsis remanserint.*

(2) *Verba illa* Angelus Domini *in Ms. nostro quadratis & majoribus litteris minio tinctis exarantur.*

(3) *Idem Ms.* resurrexit Dominus, alleluja, alleluja, alleluja; *hanc antiphonam absolvens cum triplici* alleluja.

*Ant.* Scio quia Jeſum quæritis crucifixum, ſurrexit. alleluja. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Hymnum dicamus, alleluja, Domino Deo noſtro. alleluja. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Venite, & videte locum, ubi poſitus erat Dominus. alleluja. *Pſalm.* Laudate.

Hæc dies.

*In Euang.*

[*Ant.*] Surrexit Dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in Ligno. alleluja. *Pſ.* Benedictus.

*Poſt Primam Prior Canonicorum dat pacem omnibus, dicens*, Surrexit Dominus vere. *Et ille reſpondet.* Et apparuit Petro. *Similiter ſecundus & tertius uſque ad ultimum.*

*Incipit Ordo Veſperarum Paſchalium.*

*Omnes induti ſericis indumentis ordinate ingrediuntur Eccleſiam, Cruce & thuribulo cum incenſo, & Facula Baptiſmi præcedente; & ſtantes in medio Chori Canonicorum, ſubmiſſa voce dicunt Nonam: & ſervato ordine vadunt ante* (A) CRUCES, *cantando novies*, Kyrie eleiſon, *uſque ad Altare beati Petri. Tunc Prior incipit Antiphonam.*

[*Ant.*] Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Dicit Dominus.

[*Ant.*] Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Confitebor.

* Alleluja.

℣. Dominus regnavit, decorem induit, induit Dominus fortitudine, & præcinxit ſe virtute. Sanct. Paſchatis.

*Primicerius.*

℣. Parata ſedes tua, Deus.

Ex tunc a ſæculo.

Ex tunc a ſæculo tu es.

*Primicerius.*

℣. Elevaverunt flumina, Domine.

*Schola.*

Elevaverunt. *Secunda.*

Elevaverunt flumina voces ſuas.

*Iter. Antiphona.*

[*Ant.*] Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſal.* Beatus vir.

*Iu Euang.*

[*Ant.*] Cito euntes, dicite Diſcipulis; Quia ſurrexit Dominus. alleluja, alleluja. *Pſal.* Magnificat.

*Oratio.* Concede, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui.

*Ant. per viam ad ſanctam Crucem.*

*Ant.* In die Reſurrectionis meæ, dicit Dominus, alleluja, Congregabo Gentes, & colligam Regna, & effundam ſuper vos aquam mundam. alleluja.

*Primicer. Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Laudate pueri.

*Ant.* Venite, & videte locum. [*ut ſupra in Laudibus. Cant.*] Magnificat.

*Oratio.* Præſta, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui gratiam.

*Ad Fontes.*

*Ant.* Vidi aquam egredientem de Tem-

a. Vide Amal. in Prologo.

(A) *Ante Cruces.* Erat in veteri Baſilica S. Petri Canonicorum Chorus prope Arcum majorem, quem Triumphalem appellabant; quo in Arcu Crux magna trabi hinc illincque ſubſtentatæ impoſita erat. Severamus de VII Urbis Eccleſiis. Hanc eſſe Crucem arbitror, cujus hic fit mentio; commemorat vetus Ordo Rom. *locum Crucifixi* in Baſil. Later. vide in Append. p. 388 c. 2. [*primæ editionis.*]

In Albis Paſchalibus.

Templo a latere dextro. allel ija. Et omnes, ad quos pervenit aqua, hi ſalvi facti ſunt, & dicent. Alleluia.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* In exitu.

*Ant.* Scio quia Jeſum quæritis. [*ut ſupra in Laudibus.*] *Pſal.* Magnificat.

*Oratio.* Concede, quæſumus, omnipotens Deus, ut qui peccatorum.

[*Ant.*] Crucifixum in carne laudemus; alleluja, alleluja, alleluja; Et ſepultum propter nos, glorificemus. alleluja, alleluja. Reſurgentem de morte, venite, adoremus. alleluja, alleluja.

*Sequitur Sequentia.*

Mane prima Sabbati.

*In Euang.*

*Ant.* Venit Maria, nuntians Diſcipulis; Quia ſurrexit Dominus. alleluja, alleluja. *Pſal.* Magnificat.

*Oratio.* Deus, qui per Unigenitum.

---

FERIA II.

*Statio eſt in Baſilica B. Petri Apoſtolorum Principis.*

*Invitatorium & omnia dicimus & facimus, ſicut in Paſcha, præter Pſalmos, Reſponſoria & Veſperum.*

[*Ad Nocturnum.*]

*Ant.* Alleluja. [*ut in nocte ſancta Paſchæ.*] *Pſ.* Cum invocarem.

*Ant.* Alleluja. *Pſal.* Verba mea.

*Ant.* Alleluja. *Pſal.* Domine ne in ira. [1.]

℟. Surrexit Dominus, & apparuit Petro. alleluja. ℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in Ligno. Surrexit.

℟. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, alleluja; itaque epulemur in azymis ſinceritatis & veritatis. alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ. Paſcha. Gloria.

*Super Cantic.*

[*Ant.*] Nonne ſic oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam? alleluja. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Alleluja. Cognoverunt Dominum, alleluja, in fractione panis. alleluja, alleluja. [*Cant.*] Magnificat.

*Ant.* Surrexit Dominus vere, & apparuit Petro. alleluja. *euouae.*

---

[FERIA III.]

[a *Statio ad S. Paulum.*]

[*Ad Nocturnum.*]

*Ant.* Alleluja. [*ut in nocte ſancta Paſchæ.*] *Pſal.* Domine Deus meus.

*Ant.* Alleluja. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Alleluja. *Pſalm.* In Domino confido.

℟. Surgens Jeſus Dominus noſter, ſtans in medio Diſcipulorum ſuorum; & dixit. Pax vobis. alleluja. Gaviſi ſunt Diſcipuli, viſo Domino. Alleluja. ℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in Ligno. Allel.

℟. Surrexit Paſtor bonus, qui animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis, & pro ſuo grege mori dignatus eſt. Alleluja. ℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in Ligno. Allel.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Noli flere. [*ut in Matutinis Paſchæ.*]

*In Euang.*

[*Ant.*] Stetit Jeſus in medio Diſcipulorum ſuorum, & dixit eis. Pax vobis.

a. Ex alio Codice Baſilicæ Vaticanæ.

vobis. alleluja, alleluja. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Videte manus meas & pedes meos, quia ipſe ego ſum. alleluja, alleluja. [*Cant.*] Magnificat.

---

FERIA III.

*Ad S. Laurentium for. mur.*

*Ad Nocturnum.*

*Ant.* Alleluja. [*ut in nocte ſancta Paſchæ.*] *Pſal.* Salvum.

*Ant.* Alleluja. [*Pſal.*] Uſquequo. [*Ant.*] Alleluja. *Pſal.* Dixit inſipiens.

℟. Maria Magdalena & altera Maria ibant diluculo ad monumentum. Jeſum quem quæritis, non eſt hic, ſurrexit, ſicut locutus eſt, præcedet vos in Galileam, ibi eum [1] videbitis. Alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Surrexit Dominus. [*ut ſupra.*] Allel.

℟. Expurgate vetus fermentum, ut ſitis nova conſperſio; Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: itaque epulemur in Domino. Alleluja. ℣. Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Allel.

*In Euang.*

*Ant.* Mittite in dexteram navigii, rete, & invenietis. alleluja, alleluja. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Hoc jam tertio manifeſtavit ſe Jeſus, poſtquam ſurrexit a mortuis. alleluja. [*Cantic.*] Magnificat.

---

FERIA V.

*Statio ad SS. Apoſtolos.*

[*Ad Nocturnum.*]

*Ant.* Alleluja. [*ut in nocte ſancta Paſchæ.*] *Pſal.* Domine quis.

RESPONS. ET ANTIPH.

*Ant.* Alleluja. *Pſal.* Conſerva. In Albis Paſchalibus.

*Ant.* Alleluja. *Pſalm.* Exaudi Domine.

℟. Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Ait ei Dominus. Noli flere Maria. Surrexit, ſicut dixit; præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. Alleluja, alleluja. ℣. Cito euntes, dicite Diſcipulis, quia ſurrexit Dominus. Allel.

℟. Congratulamini michi omnes qui diligitis Dominum, quia quem quærebam, apparuit michi, & dum flerem ad monumentum, vidi Dominum meum Alleluja. ℣. Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Si tu ſuſtuliſti eum, dicito michi. Allel.

*Super Cantic.*

*Ant.* Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi. alleluja, & ego eum tollam, allêluja, alleluja. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Venit Maria nuntians. [*ſupra* pag. 96.] *Pſal.* Magnificat.

---

FERIA VI.

*Statio ad S. Mariam ad Martyres.*

*Ad Nocturnum.*

*Ant.* Alleluja. [*ut in nocte ſancta Paſchæ.*] *Pſal.* Cæli enarrant.

*Ant.* Alleluja. *Pſal.* Exaudiat.

*Ant.* Alleluja. *Pſalm.* Domine in virtute.

℟. Virtutem magnam reddebant Apoſtoli teſtimonium Reſurrectionis Jeſu Chriſti Domini noſtri. Alleluja. ℣. In omnem terram [*&c.*] Allel.

[a] ℟. Data eſt michi omnis poteſtas in cælo & in terra. alleluja. Euntes, docе-

a. Amal. cap. 50.

(1) *Mſ.* ibi eum videbis.

In Albis Paſchalibus. docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Alleluja, alleluja. ℣. Ego autem vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi. Allel.

*Super Cantic.*

*Ant.* Undecim Diſcipuli in Galilæa videntes Dominum, adoraverunt. alleluja. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. alleluja, alleluja. *Pſal.* Magnificat.

---

SABBATO.

*Ad S. Johannem in Lat.*

*Ad Nocturnum.*

*Ant.* Alleluja. [*ut in nocte ſancta Paſchæ.*] *Pſal.* Dominus regit.

[*Ant.*] Alleluja. *Pſ.* Domini eſt terra.

*Ant.* Alleluja. *Pſal.* Judica me.

℟. Iſti ſunt Agni novelli, qui annuntiaverunt, alleluja, modo venerunt ad Fontem, repleti ſunt claritate. Alleluja, alleluja. ℣. In conſpectu Agni amicti [1] ſunt ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum. Allel.

℟. Chriſtus reſurgens ex mortuis, jam non moritur, alleluja. Mors illi ultra non dominabitur. Alleluja, alleluja. ℣. Mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtificationes noſtras. Allel.

*Ant.* Alleluja. Gaviſi ſunt Diſcipuli, alleluja, viſo Domino. alleluja, alleluja, alleluja. *Pſalm.* Benedictus.

[*Ad Veſperum.*]

℣. Surrexit Dominus de ſepulchro. alleluja, alleluja.

℟. Qui nobis pependit in Ligno. alleluja, alleluja.

*Hoc Sabbato non mutamus Veſperum, præter Verſus.*

*In Euangelio.*

*Ant.* Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. alleluja *Pſ.* Magnificat.

---

DOMINICA OCTAVA [a] PASCHÆ.

*Statio ad S. Pancratium.*

*Invitatorium.*

Alleluja, alleluja, alleluja. [*Pſ.*] Venite.

*Antiphonæ ad Noctur.* alleluja *de Paſcha. Pſal.* Beatus vir, *cum aliis Pſalmis* [*Dominicalibus.*]

℟. Ego, (A) ſicut vitis fructificavi ſuavitatem odoris, alleluja: tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus meis adimplemini. Alleluja, alleluja. ℣. Ego diligentes me diligo, & qui mane vigilaverint ad me, invenient me. Allel.

℟. Oſtendit mihi Angelus fontem aquæ vivæ, & dixit ad me. alleluja. Hic Deum adora. alleluja, alleluja, alleluja.

a. Octava Paſchæ. Amal. in Prologo.

(A) ℟. *Ego ſum vitis &c.* Hæc ℟℟. inſcripta olim erant *De Auctoritate*, inchoabanturque in Dominica Octavarum Paſchæ, cui etiam adſcribuntur in hoc Antiphonario. Amalarius in Prologo de ord. Antiphonarii, & cap. 53. [2]

(1) *Mſ.* amicti ſtolis albis, *omiſſo verbo* ſunt.

(2) *Antiphonarium nova edit. Operum S. Gregorii col.* 793, *Tom.* III, *habet*: Reſponſoria de authoritate, in Dominicam tertiam, ſive in quartam; *intelligitur poſt Octavam Paſchæ: ubi obſervari poterit ea Reſponſoria eſſe ab hiſce noſtris prorſus diverſa. Cetera ea Reſponſoria cantari* uſque in Dominicam de modicum *præcipit Ordo Bened. Canonici num.* 55.

alleluja. ℣. Vidi Angelum fortem, volantem per medium cælum, voce magna clamantem, & dicentem. Hic. allel.

℟. Audivi vocem de cælo, tanquam vocem tonitrui magni. allelluiá. Regnabit Deus noſter in æternum. alleluia. Quia facta eſt ſalus & virtus & poteſtas Chriſti ejus. alleluja, alleluja. ℣. Vidi Angelum fortem, volantem per medium cælum, voce magna clamantem, & dicentem. allel.

[IN II NOCTURNO.]

℣. Surrexit Dominus vere. alleluja, alleluja.

℟. [Et apparuit Petro. alleluja, alleluja.]

℟. Locutus eſt ad me unus [a]& ſeptem Angelis dicens. Veni oſtendam tibi novam nuptam ſponſam Agni. Et vidi Hieruſalem deſcendentem de cælo, ornatam monilibus ſuis. Allelu a, alleluja, alleluja. ℣. Et ſuſtulit me in ſpiritu in montem magnum & altum. Allel.

℟. Vidi portam Civitatis, ad Orientem poſitam; & Apoſtolorum nomina & Agni ſuper ea [1] ſcripta, & ſuper muros ejus Angelorum cuſtodiam. Alleluja. ℣. Hieruſalem, quæ ædificatur ut civitas, cujus participatio ejus, in idipſum. Allel.

℟. Audivi vocem [2] de cælo, Angelorum multorum dicentium. Timete Dominum, & date claritatem illi, & adorate eum, qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. Alleluja, alleluja. ℣. Vidi Angelum fortem, volantem per medium cælum, voce magna clamantem, & dicentem. Allel.

[IN III NOCTURNO.] Octava Paſchæ.

℣. Gaviſi ſunt Diſcipuli. alleluja, alleluja.

℟. Viſo Domino. alleluia, alleluja.

℟. Adoraverunt Viventem. [*Require ſupra in Feſto Innocentium*. pag. 45.]

℟. Qui vicerit. [*Require ſupra in Nat S. Johannis Evangel.* pag. 44.]

[b] ℟. Dignus es Domine, librum accipere, & aperire ſignacula ejus, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. Alleluja. ℣. Parce Domine, parce populo tuo, quem redemiſti. Allel.

℟. Ecce vicit Leo de tribu Juda, Radix David, aperire librum, & ſolvere ſeptem ſignacula ejus. Alleluja. ℣. Et unus de Senioribus dixit michi. Ne fleveris. Allel.

*In Laudibus uſque ad Aſcenſionem, exceptis Feſtivitatibus Sanctorum.* [a] *Infra Hebdomadam ad omnes Horas.*

[*Ant.*] Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit.

[*Ant.*] Alleluia, alleluja, alleluja, alleluja, alleluia, alleluja, alleluja, allelnia. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja alleluja. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Hymnum dicamus. [*Require in Matutinis Paſchæ.*] *Pſ.* Benedicite.

[*Ant.*] [a]Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Laudate.

℣. In reſurrectione tua Chriſte. alleluja, alleluja.

℟. Cæli & terra lætentur, alleluja, alleluja.



a. ex. b. Amal. cap. 50.

(1) *Mſ.* Audivi vocem in cælo &c.

(2) *Conferri in præſentia merentur, quæ hujuſce loci reſpectu habet Benedictus Canonicus ſui Ordinis num. 11.*

Octava Paſchæ.

*In Evang.*

[*Ant.*] Poſt dies octo, januis clauſis ingreſſus Dominus & dixit eis. Pax vobis. alleluja, alleluja. *Pſalm.* Benedictus.

*Ad Veſperum cantatur* alleluja *Paſchales*. [*Req. in Veſperis Paſchæ.*]

*Ad* Magnificat.

[*Ant.*] Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati, qui non viderunt, & crediderunt, allel. *Pſal.* Magnificat. [*De S. Cruce.*] *Req. in Paſcha ad Veſperum.*

[*Ant.*] Crucifixum in carne.

[℣.] Dicite in nationibus. alleluja.

[℟.] Dominus regnavit a Ligno. alleluja.

[*De S. Maria.*]

*Ant.* Regina cæli lætare, alleluja; Quia quem meruiſti portare, alleluja, reſurrexit, ſicut dixit, alleluja, ora pro [1] nobis Deum, alleluja.

℣. Ave Maria [*&c.*]

*Reliquæ Antiphonæ.*

*Ant.* Mitte manum tuam in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. alleluja. *euouae.*

*Ant.* Mitte manum tuam, & cognoſce loca clavorum. alleluja. Et noli eſſe incredulus, ſed fidelis. alleluja. *euouae.*

*Secunda Feria poſt Oct. Paſchæ, & uſque ad Vigiliam Aſcenſionis, infra Hebdomadam cantatur Invitatorium.*

Alleluja, alleluja. [*Pſ.*] Venite. [*De S. Cruce.*] [2]

[*Ant.*] Crucem ſanctam ſubiit qui infernum confregit, accinctus eſt potentia, ſurrexit die tertia. alleluja.

℣. Dicite in nationibus. alleluja.

℟. Dominus regnavit a Ligno. alleluja.

---

*Sabbato de* Paſtor bonus *cantantur ad Veſperum quinque Pſalmi Feſtivi cum quinque* Alleluja *de Paſcha* [*ut ſupra* pag. 95.] Laudate Dominum omnes gentes *eſt quintus Pſalmus.*

℣. Surrexit.

*Ad* Magnificat. Alleluja. Ego ſum Paſtor bonus.

DOMINICA I.

*Poſt Octava Paſchæ.*

*Statio eſt in Baſilica B. Petri.*

*Super* [*Pſalm.*] Venite.

*Ant.* Alleluja, alleluja. [3] *Pſal.* Venite.

℟. Ego ſum Paſtor bonus, alleluja, & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. Alleluja, alleluja. ℣. Et alias oves habeo quæ non ſunt ex hoc ovili; & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum Ovile, & unus Paſtor. Allel.

*In Evang.*

*Ant.* Alleluja. Ego ſum Paſtor bonus, alleluja, & cognoſco oves meas. alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* Sicut agnovit me Pater, alleluja, & ego agnoſco Patrem, & animam meam pono pro ovibus meis. alleluja. *Pſ.* Magnificat.

---

DOMINICA II.

*Poſt Octavæ Paſchæ.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Alle-

(1) *Mſ.* ora pro nobis ad Deum.

(2) *Bened. Canon. loco nuper citato, agens de tempore Paſchali, ait:* In omnibus matutinis Laudibus & veſpertinis Horis fit commemoratio Paſſionis Chriſti & Reſurrectionis: antiphona, *Crucem Sanctam ſubiit, & Noli flere Maria*, cum verſibus & orationibus ſuis.

(3) *Mſ.* Ant. Alleluja, alleluja, alleluja.

Alleluja, alleluja, alleluja. [*Pſal.*] Venite.

[IN I NOCTURNO.]

℣. Deus, canticum novum cantabo tibi. alleluja, alleluja.

℟. In pſalterio decem chordarum pſallam tibi. alleluja, alleluja.

℟. Si (A) oblitus fuero tui, alleluja, obliviſcatur me dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. Alleluja, alleluja. ℣. Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & flevimus, dum recordaremur tui Sion. Allel.

℟. Viderunt te aquæ, Deus; viderunt te aquæ, & timuerunt: multitudo ſonitus aquarum, vocem dederunt nubes. Alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Illuxerunt corruſcationes tuæ orbi terræ, vidit, & commota eſt terra. Allel.

℟. In toto corde meo, alleluja, exquiſivi te. alleluja. Ne repellas me a mandatis tuis. Alleluja, alleluja, alleluja. ℣. In corde meo abſcondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Allel.

[IN II NOCTURNO.]

℣. Hymnum cantate nobis, alleluja.

℟. De canticis Sion. alleluja. Quinquageſimæ Paſchæ.

℟. Narrabo nomen tuum fratribus meis. alleluja. In medio Eccleſiæ laudabo te. alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Qui timetis Dominum, laudate eum, univerſum ſemen Jacob, magnificate eum. Allel.

℟. In Eccleſiis benedicite Deum, alleluja, Dominum de fontibus Iſrael. Alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Cantate Dominum canticum novum; cantate Domino omnis terra. Allel.

℟. Hymnum cantate nobis. alleluja. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? alleluja, alleluja, alleluja. [℣.] Super flumina. Quomodo.

[IN III NOCTURNO.]

℣. Gaviſi ſunt Diſcipuli. alleluja, alleluja.

℟. Viſo Domino. alleluja, alleluja.

℟. Deus, canticum novum cantabo tibi, alleluja; In pſalterio decem cordarum pſallam tibi. Alleluja, alleluja. ℣. Qui das ſalutem regibus, qui liberaſti David ſervum tuum de gladio maligno, Allel,

*Iſtud*

(A) ℟. *Si oblitus &c.* Reſponſoria hæc de Pſalmis Amalarius cap. 54 aſſerit ratum principium non habere ante Dominicam III poſt Octavas Paſchæ.[1]

(1) *Hanc fuiſſe Dominicam, quam* de Modicum *appellat Ordo bened. Canon. patet ex* VIII *ejus Reſponſorio, ut & ex antiphonis ad Cantica* Benedictus, *atque* Magnificat. *De hac igitur die ait laudatus nuper Ordo Romanus num. 9.* Dominica *de Modicum* ponuntur epiſtolæ canonicæ uſque in tertiam Dominicam, *Pater, cum eſſem cum eis.* In hac Dominica ponitur Actus Apoſtolorum uſque in vigilia Aſcenſionis, & cantatur de prælibata hiſtoria, *Si oblitus*, & leguntur de hoc libro tres lectiones in Aſcenſione Domini, tres in Dominica de Roſis, & duæ in Penteceſten. *Dominica* de Roſa *in Ordine Rom. P. Amelii vocatur Dominica IV Quadrageſimæ, & quidem ob morem benedicendi Roſam auream, de qua videndus Du Cangius. Sed hoc in loco apud Bened. Canon. eſt Dominica infra Octavam Aſcenſionis, qua, in Statione ad S. Mariam Rotundam Summus Pontifex Miſſam cantare debebat, & Sermonem facere de Adventu Spiritus Sancti*, quia *ſubjungit ille Ordo*, de altitudine templi mittuntur Roſæ in figura ejuſdem Spiritus Sancti. *Sed ut ad rem noſtram redeamus, ex ſupra memoratis verbis Benedicti Canonici, quæ adamuſſim reſpondent iis, quæ in noſtro hoc Antiphonario habentur, patet ritum ab Amalario indicatum de* ℟℟. *hujus Dominicæ, & hoc loco a Thomaſio relatum, ſæculo* XII *obſervatum Romæ non fuiſſe. Illud etiam obſervari inſuper poteſt in nova Operum S. Greg. edit. col. 794, Tom. III,* ℟℟. Si oblitus &c. *vocari* Reſponſoria de Dominica quinta: *atque præcipi eadem canenda eſſe uſque ad Aſcenſionem Domini. Quæ ſane indicant antiquitus neque unam omnino, omnibus Eccleſiis fuiſſe Divinorum Officiorum rationem; neque perpetuam, ſed aliquali mutationi obnoxiam etiam unius ejuſdemque Eccleſiæ reſpectu.*

Quinquagesimæ Paschæ.

*Istud Responsorium cantatur in hac Dominica tantum.*

[℟.] Modicum, & non videbitis me. alleluja. Iterum modicum, & videbitis me; Quia vado ad Patrem. Alleluja, alleluja. ℣. Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Allel.

℟. Cantate Domino, alleluia, cantate Domino, & benedicite nomen ejus. Bene nuntiate de die in diem salutare ejus. Alleluja, alleluja. ℣. Annuntiate inter gentes opera ejus, in omnibus populis mirabilia ejus. Allel.

*In Euang.*

*Ant.* Modicum, & non videbitis me, Iterum modicum, & videbitis me. alleluia. *Psal.* Benedictus.

*Ant.* Tristitia vestra, alleluia, vertetur in gaudium. alleluia. *euouae.*

*Ant.* Alleluja. Iterum videbo vos, alleluja; Et gaudebit cor vestrum. alleluja, alleluja, alleluja. [*Cant.*] Magnificat.

---

DOMINICA III.
*Post Octava Paschæ.*

*Super* [*Psal.*] Venite.

Alleluja, alleluja, alleluja. *Psal.* Venite.

℟. Dum venerit Paraclitus, Spiritus veritatis, Ille arguet Mundum de peccato & de justitia & de judicio. Alleluia, alleluja. [℣.] Nisi ego abiero, Paraclitus non veniet; dum assumptus fuero, mittam vobis eum. Allel.

*In Euang.*

*Ant.* Nisi ego abiero, alleluja, Paraclitus non veniet. alleluja. *Ps.* Benedictus.

*Ant.* Exivi a Patre, & veni in Mundum. Iterum relinquo Mundum, & vado ad Patrem. alleluja. *Psal.* Magnificat.

---

DOMINICA IIII.
*Post Octava Paschæ.*

*Super* [*Psal.*] Venite.

Alleluja, alleluja, alleluja. [*Psal.* Venite.]

℟. Pater, cum essem cum eis, Ego servabam eos, quos dedisti michi, alleluja; Nunc autem ad te venio: non rogo ut tollas eos de Mundo, sed ut serves eos a malo. Alleluia, alleluja. ℣. Pater Sancte serva eos in nomine tuo, quos dedisti michi. Allel.

*In Euang.*

*Ant.* Quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. alleluja. *Psalm.* Benedictus.

---

*In* [*Festo*] S. GEORGII.

*Super* [*Psal.*] Venite.

Regem Martyrum Dominum, venite adoremus. alleluja, alleluja. [*Psal.*] Venite.

[IN I NOCTURNO.]

*Ant.* Alleluia, (A) alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Psalm.* Beatus vir qui.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alle-

(A) *Ant. Alleluja &c.* servabatur tum temporis, quo scriptus fuit noster hic Codex, antiquus ritus, ut per Quinquagesimam Paschæ consuetus Antiphonarum numerus more solito expleretur tum in Festis tum in Dominicis; subsequentibus postea temporibus mos ille obtinuit, quem adhuc retinemus, ut complures Antiphonæ per Paschales dies prætermittantur.

alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Domine quid.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini.

℟. Mors Sanctorum ejus.

℟. Beatus vir, qui metuit Dominum, alleluja, in mandatis ejus cupit nimis. Alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Potens in terra erit ſemen ejus: generatio rectorum benedicetur. Alleluja.

℟. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluja, mors Sanctorum ejus. Alleluja. ℣. Qui perdiderit animam ſuam propter me, inveniet eam in æternum. Allel.

℟. Filiæ Hieruſalem venite, & videte Martyres cum coronis, quibus coronavit eos Dominus in die ſolemnitatis & lætitiæ. Alleluja. ℣. Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. Allel.

IN II NOCTURNO.

[*Ant.*] Filii hominum *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis*. [*Require in Communi Martyr.*]

*Ad omnes Antiphonas & Verſus dicitur*. Alleluja.

℣. Exultabunt Sancti.

℟. Lætabuntur.

℟. Vidi civitatem Hieruſalem, ornatam & compoſitam de orationibus Sanctorum, & ibi [a] cant. Martyres ſancti canticum novum. Alleluja. ℣. Vidi ſanctam Hieruſalem deſcendentem de cælo, ornatam tanquam ſponſam viro ſuo. Allel.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Habitabit, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis*.

℣. Lætamini in Domino.

℟. Adoraverunt. ℣. Venientes. *Require in* [*Feſto*] *Innocentium*. Menſis Aprilis.

℟. Ecce vicit leo. ℣. Unus de Senioribus. [*Requ. pag. 99.*]

℟. Qui vicerit. ℣. Vincenti. *Require in* [*Feſto*] *S. Johannis Evangeliſtæ.*

℟. Ego ſum Vitis [1] vera, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum. Alleluja, alleluja. [℣.] Manete in dilectione mea, ſicut dilexi vos. Allel.

*Ad Laudes & Veſperas Ant.* Juſtorum animæ, *ſive* Juſtum deduxit Dominus, *ſicut convenit Feſtivitati* [*de Communi.*] ℣. Sancti & Juſti.

*Super Cantic.*

*Ant.* Alleluja. Ego ſum vitis vera, alleluja, & vos palmites mei. alleluja, alleluja. *Pſ.* Benedictus.

*Deinde ſequitur Ant.* Crucem ſanctam, & Regina cæli, *cum Verſibus & Orationibus ſuis*. [*Require ſupra pag.* 100.] *& per totam Reſurrectionem ſic facimus.*

---

*In Feſtivitatibus Apoſtolorum.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Apoſtolorum Dominum, venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Cæli enarrant.

[*Ant.*] Alleluia, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja. *Pſal.* Benedicam.

[*Ant.*] *ſicut prima*. *Pſ.* Eructavit.

℟. Beatus vir. [*Require ſupra hac pag.*]

℟. Pretioſa. [*Require ibidem.*]

℟. Alleluja.

℟. Fi-

a. cantant.

(1) *Aſſ. ibi*, Ego ſum vitis vera, alleluja, & vos palmites &c.

Mensis Aprilis.

℟. Filiæ Hierusalem. [*Require ibidem pag.* 103.]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Principes populorum, *cum suis Antiphonis & Psalmis.* [*Req. in Comm. Apostolorum.*]

℟. Vidi civitatem. [*Require p.* 103.]

℟. Vidi portam. [*Require p.* 99.]

℟. Virtutem magnam. [*Require pag.* 97.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Exaltabuntur, *cum suis Antiphonis & Psalmis* [*de Communi Apostolorum.*]

℟. Data est mihi. [*Require p.* 97.]

℟. Ego sum vitis. [*Require p.* 103.]

---

*In Festo* S. MARCI.

VIII. ℟. Famule Dei Maree, princeps propagatorum sanctissimorum, eece, nomen tuum in libro vitæ cælestis adscriptum est; & memoriale tuum non derelinquetur in sæculum. Alleluja. [℣.] Socius enim factus es supernæ virtutis, nam & in cælis spiritum tuum colligunt. Allel.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Beatus autem Marcus lætus effectus, ait. Dominus det tibi panem vitæ de cælo. alleluja. *Ps.* Dominus regnavit.

*Ant.* Ingressusque sanctus Marcus, ait. Benedictio Domini hic, oremus fratres. alleluja. *Ps.* Jubilate.

*Ant.* Beatus autem Marcus eum traheretur, dicebat. In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. alleluja. *Ps.* Deus Deus meus.

*Ant.* Erantque carnes ejus defluentes in terram, & saxa inficiebantur sanguine ejus. alleluja. *Ps.* Benedicite.

*Ant.* Famule Dei Marce princeps propagatorum, ecce, nomen tuum in libro vitæ cælestis ascriptum est. alleluja. *Ps.* Laudate.

℣. Nimis honorati sunt.

*Ant.* Socius enim factus es supernæ virtutis; nam & in cælis spiritum tuum colligunt. alleluja. *Ps.* Benedictus.

*Ant.* Miserunt funes in collo ejus, & trahebant dicentes. Trahamus bubalum ad loca Buculi. alleluja. [*Cant.*] Magnificat.

---

*In Letan.* [1] *Major.*

*Statio in Basilica beati Petri.*

*Ant. ad Collectam in Ecclesia S. Mariæ* [2] *intres.* (A)

*Ant.*

---

a. inter Turres.

(A) *Ecclesia S. Mariæ intres.* Oratorium erat a Paulo Papa I ædificatum, vocatum *S. Mariæ inter Turres*, sive *in Turribus*, sive *in Turri*, aut *in Atrio*; extabat in atrio S. Petri inter Turrim campanariam alteramque dictam *Turrim S. Justini* ob proximam ejusdem Sancti Ecclesiam. Torrigius de Cryptis Vaticanis, & Severanus de VII Urbis Ecclesiis. Eo in Oratorio Imperator mox coronandus jurato fidelitatem & obedientiam promittebat Apostolicæ Sedi.

(1) Litania major *passim vocantur in liturgicis veterum libris illæ supplicationes, quas die* 25 *Aprilis fieri instituit Gregorius Magnus, si tamen earum restitutor aut instaurator Pontifex ille habendus potius non sit quam institutor: in Registro enim initio Libri* II *dum de illis loquitur nonnulla inveniunt oculatiores, quæ rem ante Magnum Gregorium institutam indicare videantur: legitur siquidem:* Solemnitas annuæ devotionis nos filii dilectissimi admonet ut Litaniam quæ major ab omnibus appellatur, follicitis & devotis debeamus auxiliante Domino mentibus celebrare, per quam &c. *quibus in verbis habetur:* Solemnitas annuæ devotionis, *habetur* litania quæ major *jam* ab omnibus appellatur: *quæ fortasse recenti institutioni minus quadrare videntur. Qua autem de causa hujus diei Litania* major *dicatur, dum quærere aliquibus in mentem venit, dixerunt, ut Beleth cap.* CXXII, *Durandus Ration. cap.* 102, *num.* 4, majo-

sem

*Ant.* Populus Sion, convertimini ad Dominum Deum veſtrum, & dicite ei. Potens es Domine dimittere peccata noſtra, ut non inveniant Menſis Aprilis.

RESPONS. ET ANTIPH. O nos

rem *dici hujus diei Litaniam utpote a Magno Gregorio inſtitutam, & ut diſtinguatur a Litania Rogationum, quæ celebratur per triduum ante Dominicam Aſcenſionem, quæque ſane minorem nacta ſit inſtitutorem, non Romanum Pontificem, ſed Mamertum Viennæ Allobrogum Epiſcopum. Verum uti mox obſervavimus* major *& tempore Gregorii Magni dicebatur Romæ celebrata Litania, unde illud conſequi videtur* majoris *vocabulum eidem inditum non fuiſſe ob inſtitutoris ſummam dignitatem, nec ut diſtingueretur a Litaniis in Galliarum Eccleſiis per illud tempus frequentatis: & quidem ex illis neutrum affirmari poteſt ſi Gregorius Magnus illius inſtitutor non ſit, quum in eo caſu a vero alienum non videatur, Litaniam diei* VII *Kal. Maii, antiquiorem fortaſſe originem habere poſſe præ illas Mamerti, quæ circa dimidium quinti ſæculi primo ſancita ab eo fuerunt. Si vero Gregorius Magnus* Litaniæ majoris *inſtitutor habeatur, non ideo* major *ea Litania dici debuit, ut diſtingueretur a Litaniis Rogationum, quæ Romanis ignota erant, quæque ſolum intra Galliæ fines retinebantur. Quot ritus habuerunt olim Romani, quot etiam modo habent cum aliis Nationibus communes, neque tamen uſus invaluit, ut aliquo adjuncto vocabulo a ſe invicem diſtinguantur. Qua non ſolum refellunt rationem appellationis a dignitate inſtitutentis derivatam, ſed & eorum omnium (& fuit longe plures ſunt) qui appellationis originem tribuunt neceſſitati diſtinguendi inter Gregorii Magni Litaniam, & illam Rogationum. Adde & Rogationum triduo ante Aſcenſionem ritum ſæpe a veteribus* Litaniam majorem *dictum fuiſſe, ut in Concil. Moguntino an.* DCCCXIII, *can.*XXXIII, *ubi legitur.* Placuit nobis ut Litania major obſervanda ſit a ſanctis chriſtianis diebus tribus, ſicut legendo reperimus, & ſicut ſancti patres noſtri inſtituerunt, non equitando &c. *Idem obſervari poteſt & in Capitular. Caroli Magni lib.*V, *c.*CI, *apud Baluzium tom.*I, *col.*854, *ubi illius Concilii canon repetitur; quinimo obſervat Cellotius in Capitula Walteri Aurelianenſis Concil. Tom.*VIII, *p.*649, *edit. Pariſ. an.*1671, *Litaniam Mamerti ab antiquis Galliæ Scriptoribus ſemper majorem æque ac Litaniam Gregorii vocatam fuiſſe. Quod & Romanis uſitatum fuiſſe demonſtrat Sacramentorum Liber Gregorii Magni, qui Rogationes col.*91 *Tomi* III, *nov. ed. vocat Litaniam majorem,* In Litania majore, *ad quem locum Menardus not.*380, *ait:* Hæc Litania major eſt Rogationum, quæ in triduo ante Dominicam Aſcenſionem celebranda &c. *& Dionyſius a S. Martha ad eum Menardi locum teſtatur, & in ſuis Mſs. Codicibus Rogationes* Litaniam Majorem *vocari: demonſtrat & ejuſdem Gregorii Magni Antiphonarium Miſſa eodem Tom.*III *operum illius Patris col.*695, *ubi poſt ritum Litaniæ majoris ad diem S. Marci ſtatim ante Vigiliam Aſcenſionis habemus:* Ad Miſſam in Litania majore, & in Rogationibus: *demonſtrant & Antiqui Libri Miſſarum Thomaſii, quum in Libro Comitis Eccleſiæ Romanæ, & in Capitulare Evangeliorum Rogationes dicuntur* Litania majoe. *Ad hæc Mamerti Litania* Gallicana *olim dicebatur, ſicut & illa Gregorii* Romana, *quemadmodum apparet ex lib.*VI *Capitular. Caroli Magni cap.*LXXIV *apud Baluzium Tom.*I, *col.*934, *& in Sirmondi notis ad Lib.*I *Epiſtolarum Sidonii: quæ de re obſervari etiam poteſt aut Du Cangius verbo* Litania Romana, *qui bene multos memorat eam appellationem uſurpantes, aut Guillelmus du Peyrat in Oper. cui Gallicæ titulus,* L'Hiſtoire Eccleſiaſtique de la Cour &c. *Lib.*II, *cap.*XLVII, *pag.*748. *Hiſce omnibus animo perpenſis denominationis majoris Litaniæ aliunde repetamus oportet quam aut a ratione dignitatis inſtitutoris, aut a neceſſitate diſtinguendi Romanorum mores ab iis, qui in Gallia ſervabantur. Et fortaſſe, ſi tamen conjecturis indulgere hoc loco abſonum minime reputetur,* major *Gregorii Litania appellata fuit ob majorem aliquam ſolemnitatem qua frequentaretur in feſto S. Marci, quam alias fieri conſueviſſet per integrum anni curſum, puta in Collectis, aut in Stationibus, aut quavis de cauſſa, & quovis in ritu illa adhiberetur. Et re quidem vera ut illud aliquo modo ſuadeatur Gregorius Magnus Lib.*VII, *epiſt.*LXIV *ſcribens ad Joan. Syracuſ. narrat Romanos conſueviſſe formulam deprecandi a Græcis deſumptam* Κύριε ἐλέησον, Domine miſerere noſtri, *non ſemel proferre ut in Græcorum Eccleſiis moris erat, ſed totidem vicibus a populo repeti, quot a Clericis caneretur: en Gregorii verba:* Kyrie eleiſon autem nos nequit diximus, nequit dicimus, ſicut a Græcis dicitur; quia in Græcis ſimul omnes dicunt, apud nos autem a Clericis dicitur, & a populo reſpondetur: & totidem vicibus etiam Chriſte eleiſon dicitur, quot apud Græcos nullo modo dicitur: *Hunc Romanorum morem & in Gallis recipiendum eſſe decrevit Concil. Vaſenſ.*II, *can.*III. *Unde a vero fortaſſe alienum prorſus non erit conjicere eam dictam fuiſſe* Litaniam majorem, *cujus aliqua partes aut etiam omnes & a Clericis canebantur, & a populo repetebantur, quemadmodum in noſtris Eccleſiis Clericorum Regularium ſervatur modus Sabbato Sancto. Quod ſi probetur,* majoris *etiam Gregorii tempore, imo & ante ipſum Gregorium dicebantur Litaniæ, ut diſcrimen ritus eas canendi ſignificaretur, & ab illis diſtingueretur, quarum partes ſemel tantum vel a Clericis ſolis, vel a Clericis una cum populo proferebantur: ad quem ritum non attendentes deinde ſubſequentis ævi Scriptores* majoris *appellationem in varios ſignificatus diſtraxerunt. Ex quo fonte hanc conjecturam hauſerimus, aut ad illam proponendam excitati ſimus, vide inter hæterodoxos Joſeph Bingamum Originum Eccleſiaſt. lib.*XIII, *cap.*I, §.XI.

Menſis Maji. nos iniquitates noſtræ, Deus Iſrael. alleluja, alleluia. *Pſ.* Venite exultemus. *Pſalm.* Præoccupemus.

*Ant.* Domine Deus noſter, qui cum patribus noſtris mirabilia magna feciſti; & noſtris glorificare temporibus, qui miſiſti manum tuam de alto, & liberaſti nos. alleluja.

Ego ſum Alpha. [a]

Crucifixum. [ *Require pag. 96.* ]

Laudes Chriſti.

Mane prima.

---

*In Feſtivitate Apoſtolorum* PHILIPPI & JACOBI *cantamus ſicut ſuperius notatum eſt in Feſtivitate Apoſtolorum.*

℟. Tanto tempore vobiſcum ſum; & non cognoviſtis me? Philippe, alleluja, qui videt me, videt & Patrem meum. Non credis, quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Alleluja, alleluja. ℣. Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. Allel.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Angelus (A) Domini locutus eſt ad Philippum, dicens. Surge, vade contra meridianum ad viam, quæ deſcendit ad Hieruſalem in Gazam. alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* In craſtinum voluit Jeſus exire in Galileam, & invenit Philippum. alleluja. [ *Pſ.* ] Jubilate.

[ *Ant.* ] Invenit Jeſus Philippum, & dixit ei. Sequere me. alleluja. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Erat autem Philippus a Bethſaida civitate Galilææ, alleluja. [*Cant.*] Benedicite.

[ *Ant.* ] Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. alleluja. *Pſ.* Laudate.

*Ant.* Alleluja. Philippe, qui videt me, alleluja, videt & Patrem meum. alleluja, alleluja, alleluja. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognoviſtis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum. alleluja. [*Cant.*] Magnificat.

---

*In Feſto* SS. ALEXANDRI, EVENTII & THEODOLI, & JUVENALIS.

*Invitatorium ad Noct. Ant. & Verſ. ſicut ſuperius notatum eſt.*

℟. Quinto loco a beato Petro Apoſtolo Cathedram ſedit Alexander; Juvenior quidem ætate, mente autem ſenior. alleluja. ℣. Domine Jeſu Chriſte, qui me in Cathedra Apoſtoli tui Petri ſedere juſſiſti, præſta michi.

℟. Domine Jeſu Chriſte, qui me in Cathedra Apoſtoli tui Petri ſedere juſſiſti, præſta michi, ut mittas Angelum tuum, qui me hodie veſpertino tempore perducat ad famulum tuum Hermen. Alleluja. ℣. Et iterum matutinis

a. Ex Breviario Liciensi edito Venetiis an. 1526 in die Paſchæ ad Proceſſionem poſt Tertiam.

℟. *Ego ſum alpha & O: primus & noviſſimus, initium & finis: qui ante mundi principium, & in ſæculum ſæculi vivo in æternum: manus meæ quæ vos fecerunt, clavis confixæ ſunt: propter vos flagellis cæſus ſum; ſpinis coronatus ſum; aquam petii pendens & acetum potavi: in eſcam meam fel dederunt, & in latus lanceam: mortuus & ſepultus ſum: reſurrexi, vobiſcum ſum. Videte quia ego ipſe ſum, & non eſt Deus præter me. alleluja.* ℣. *Ego ſum veſtra redemptio. ego ſum rex veſter: ego vos reſuſcitabo in die noviſſimo. Videte.*

(A) *Ant. Angelus Domini &c.* Communis eſt ſententia, quæ eunuchi reginæ Candicis baptiſmum Philippo Diacono non Apoſtolo tribuit; verum S. Auguſtinus hac de re dubitaſſe videtur tract. VI in Joannem. Vide ejuſdem Prolegum lib. de Doctrina Chriſtiana.

tutinis horis huc me revoces, nemine ſentiente, uſquedum huc redeam. Allel.

℟. Filiæ Hieruſalem. [*Require pag.* 103.

℟. Vidi civitatem. [*Req. ibidem.*]

℟. Ecce vicit. [*Require pag.* 99.]

℟. Ego ſum vitis. [*Require p.* 103.]

*Eodem die.*

*Inventio S. Crucis.*

[IN III NOCTURNO.]

℣. Hoc ſignum Crucis.

℟. Dulce Lignum, dulces clavos, dulce pondus ſuſtinuit, quæ ſola digna fuit portare pretium hujus ſæculi. Alleluja. ℣. Hoc ſignum Crucis erit in cælo, cum Dominus ad judicandum venerit. Allel.

℟. Hoc ſignum Crucis erit in cælo, cum Dominus ad iudicandum venerit, tunc manifeſta erunt abſcondita cordis noſtri. Alleluja. ℣. Cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, & cœperit judicare ſæculum per ignem. Allel.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* O magnum pietatis opus! mors mortua tunc eſt; Quando hoc in Ligno mortua Vita fuit. alleluja. *Pſalm.* Dominus regnavit.

*Ant.* Salva nos Chriſte Salvator per virtutem Crucis, qui ſalvaſti Petrum in mari, miſerere nobis. alleluja. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Crucem tuam adoramus Domine, ſanctam Reſurrectionem tuam glorificamus; Qua venit ſalus in univerſo Mundo. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Orabat Judas. Deus Deus meus oſtende michi lignum ſanctæ Crucis. alleluja. *Pſal.* Laudate. Menſis Maji.

℣. Salva nos Chriſte Salvator.

*In Euang.*

*Ant.* Sicut exaltatus eſt ſerpens in eremo, Ita exaltari oportet Filium hominis. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Cum oraſſet Judas, commotus eſt locus ille in quo ſancta Crux jacebat alleluja. *Pſ.* Magnificat.

*It. de S. Alexandro.*

*Ant.* Alleluja. Ego ſum vitis [*Require pag.* 103.

---

*In Translatione S. Stephani cantamus Hiſtoriam* Beatus vir. [*Require p.* 103.]

*Ad Laud. & Veſperas.*

*Ant.* Lapidaverunt Stephanum. [*Require pag.* 43.

---

*In Feſto* S. JOHANNIS *ante Portam Latinam cantamus Hiſtoriam Apoſtolorum per totam Reſurrectionem notatam.* [*Require pag.* 103.]

*Ad Laudes & Veſperas.*

*Ant.* Valde honorandus eſt. [*Require pag.* 44.]

---

[*In Feſto* S. MICHAELIS *Archangeli.*]

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Archangelorum, venite.

[1]*IN I NOCTURNO.

**Ant.* Stetit Angelus *Pſal.* Verba.

**Ant.* Data ſunt ei. *Pſ.* [a]Deus auſ.

**Ant.* Aſcendit fumus. *Pſalm.* In Domino confido.

**℣.* Stetit Angelus.

℟. Factum eſt ſilentium in cælo, dum committeret bellum Draco cum Michaele Archangelo. Et audita eſt vox milia milium dicentium. Salus,



a. Domine Dominus noſter.

(1) *De hac Translatione S. Stephani vide quæ diximus ſupra pag.* 7. *not.* 1.

(2) *Quæ illic aſteriſcis notantur ad oram membrana a ſequioris ævi Scriptore addita deprehendit Thomaſ.*

Menſis Majî. honor, & virtus omnipotenti Deo. Alleluja. ℣. Milia milium miniſtrabant ei, & decies centena milia aſſiſtebant ei. Allel.

℟. Oſtendit mihi. [a] *Requiretur retro in* VIIII *folio*.

℟. Audivi vocem de. [*Require p.99.*]

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Angeli Domini. *Pſ.* Domine quis habitabit.

*Ant.* Angeli, Archangeli. *Pſalm.* Cæli enarrant.

*Ant.* Archangele Michael. *Pſalm.* Domini eſt terra.

℣. Data ſunt ei incenſa multa. alleluja, alleluja.

℟. Locutus eſt ad. [*Require p.99.*]

℟. Vidi portam. [*Require ibidem.*]

℟. Audivi vocem in cælo. [*Require ibidem.*]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Michael Archangele veni in adjutorium populo Dei. alleluja. *Pſ.* Cantate Domino. [1.]

*Ant.* Adorate Dominum, alleluja, omnes Angeli ejus. alleluja. *Pſ.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Michael Præpoſitus Paradiſi, Quem honorificant Angelorum cives. alleluja. *Pſ.* Benedic anima [mea] Dominum, & omnia.

℣. Aſcendit fumus de aromatibus.

[℟.] In conſpectu Domini de manu Angeli.

℟. Adoraverunt. [*Require p.45.*]

℟. Ecce vicit leo. [*Req. pag. 99.*]

IN LAUDIBUS.

[*Ant.*] Stetit Angelus juxta aram Templi, habens thuribulum aureum in manu ſua. alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Data ſunt ei incenſa multa, ut daret [a] orationibus Sanctorum. alleluja. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Aſcendit fumus de aromatibus in conſpectu Domini, de manu Angeli. alleluia. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Angeli Domini, Dominum benedicite, hymnum dicite fontes Deo noſtro. allelluja. *Pſalm.* Benedicite.

*Ant.* Angeli, Archangeli, Throni & Dominationes, Principatus & Poteſtates, Virtutes cælorum, laudate Dominum de cælis. alleluja. *Pſal.* Laudate.

℣. In conſpectu Angelorum pſallam tibi. alleluja, alleluja.

℟. Adorabo ad Templum ſanctum [tuum] alleluja, alleluja.

*In Euang.*

*Ant.* Archangele Michael, conſtitui te Principem ſuper omnes animas juſtas. alleluja. *Pſ.* Benedictus.

---

*In Feſto* S. PANCRATII.

℟. Octavilla Chriſto amabilis, tulit corpus beati Pancratii martyris, optimo loco cum aromatibus ſepelivit. Alleluia, alleluja. ℣. Juſtum deduxit. Allel.

*In Euangel.*

*Ant.* Octavilla Chriſto amabilis, tulit corpus beati Pancratii martyris; optimo loco cum aromatibus ſepelivit. alleluja. *euouae*.

[*In Feſto* S. PETRONILLÆ.]

℟. Surge Petronilla, & miniſtra nobis. Statim ſurrexit, & miniſtrabat eis. alleluja. ℣. Rogatus Petrus a Diſcipulis ut ſanaret eam, quia dixit. Surge Petronilla. Statim.

*Ant.* Surge Petronilla, & miniſtra nobis. Statim ſurrexit, & miniſtrabat eis. alleluja. *euouae*.

IN

[a] de.

[1][IN ASCENSIONE DOMINI.]

[*Ad Veſperum.*]

℣. Aſcendit Deus in jubilatione. alleluja, alleluja.

℟. Et Dominus in voce tubæ. alleluja, alleluja. Aſcenſion's Domini.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Vado parare vobis locum, & iterum

(1) *Nulla in noſtro Antiphonario Litaniæ Rogationum occurrit mentio. Qua de re animadvertimus, illarum nec leve quidem veſtigium deprehendi in Antiphonario Monaſterii S. Galli, nullum in illo Cod. Compendienſis novæ Operum S. Gregorii edit. De iiſdem ſilent Ordines Romani Benedicti Canonici, & Cencii; neque Collectæ aut Stationes, quæ illarum triduo celebrabantur, memorantur in earum Indice a Mabillonio vulgato. quem Indicem una cum iiſdem Romanis Ordinibus eamdem cum præſenti noſtro Antiphonario ætatem ſortiri novimus. Inſuper eadem Rogationes deſiderantur & in Antiphonario Mſ. Cardinalis Gentilis exarato anno* MLXXI, *atque edito a Clariſſ. Georgio ad calcem tom.* III *Liturg. Rom. Pontif., quem adusum aliquamdiu Eccleſiæ Urbis Romæ fuiſſe idem doctus editor, in hiſce rebus exiſtimandis exercitatiſſimus, teſtatur ejuſdem Liturg. Tom.* II, *Diſſert. de Libris Liturgicis S. R. E. cap.* IV, *pag.* CXCIII. *His prænotatis notum eſt omnibus Rogationes triduo Aſcenſionem Dominicam præcedente celebrari conſuetas primo in Galliis a Mamerto Viennæ Allobrogum circa an.* CCCCL *inſtitutas fuiſſe, quemadmodum nobis refert prater Avitum Viennenſem Antiſtitem, & Sidonium Apollinarem, Gregorius Turonenſis in Hiſtoria Francorum lib.* II, *cap.* 34. *Præterea & illud comperto eſt eaſdem Rogationes, licet in Galliarum Eccleſiis ſubſecutis deinde temporibus frequentatas univerſim fuiſſent, quemadmodum variæ Conciliorum Galliæ decreta, variique eorum Canones demonſtrant, a Romanis nonniſi ſub Leone* III, *qui Pontificatum tenuit an.* DCCXCV, *receptas fuiſſe, juxta narrationem Anaſtaſii in Leone* III, *ſect.* 386, *ubi de eo Pontif. ait:* Conſtituit ut ante tres dies Aſcenſionis Dominicæ litaniæ celebrarentur: *quod iiſdem omnino verbis habet & Luitprandus, cui Antonius Pagi an.* DCCCI, *num.* 2 *adjungit & Frodoardi ſuffragium. Unde illarum mentio & Officia fruſtra quærerentur in Libris liturgicis Rom. Eccleſiæ ante nonum ſæculum exaratis. Admiſſum ſub Leone* III *ritum ſubſequentes inde temporibus retinuiſſe Romanum Clerum ſpecie evincunt Antiphonaria Miſſæ inter Opera S. Gregorii nov. edit., & a Thomaſio in antiquis Miſſarum Libris edita: evincere inſuper videtur Lectionarius Miſſæ, & Capitulare Euangeliorum in iiſdem antiquis Libris Miſſarum repoſita: in illis enim Euangelia, Lectiones, ut verbo dicam, Miſſæ Officia pro triduo Rogationum diſtincta inveniuntur. Quare ad aſtruendum Rom. Eccleſiam in Rogationum tribus diebus Miſſæ Officia totidem diſtincta habuiſſe opus non eſt, ut illud cum Grancolas Comment. in Rom. Breviar. lib.* II, *cap.* LXXIV *circa finem, conjiciamus ex Orationali Thomaſii, in quo & Stationes & Collectæ ab Anaſtaſio in Leone* III *memoratæ, & Orationes pro ſingulis Rogationum diebus diſtincta leguntur. Sed quari hoc loco poſſet qua de cauſſa nulla Rogationum fiat mentio in liturgicis monumentis, xii potiſſimum ſæculi, in hoc noſtro Antiphonario, in Ordinibus Romanis Benedicti Canonici, & Cencii, qui poſtremus præcipue quum majori quam Benedictus, diligentia, ritum & morem canendi Presbyterium proſequatur, illius Vigiliæ Aſcenſionis ne verbum quidem habet: Inſuper ob eamdem rationem quari poteſt cur in Indice ſuperius laudato Collectarum atque Stationum, mentio Rogationum nulla prorſus occurrat? omittebatur ne a Romanis Clericis per illud temporis Rogationum ritus? Antequam id temere aſſeratur, animadvertatur velim ritum illum, uti ſupra monuimus, fruſtra quari in membranis ante Leonem* III *exaratis. Deinde quum poſterioris ævi Mſſ. Codices expenduntur, notetur eumdem præteriri in quibuſdam veterum Romanorum liturgicis Libris, dum in aliis, & quidem ejuſdem fortaſſe ætatis, ejuſdemque Romanæ Eccleſiæ, reperitur. Sic obſervari poteſt ex omnibus Mſſ. quibus uſus eſt Thomaſius noſter in adornandis antiquis Miſſarum Libris Romanæ Eccleſiæ, in duobus tantum pro Miſſa Antiphonario, Rogationum Officia, ut ipſemet Thomaſius annotare non prætermiſit, inveniri: in uno vel altero ea deprehendit quum Lectionarium & Euangeliorum Capitulare concinnavit. Et ut preſſius argumentum iſtud proſequamur, nulla eſt Rogationum mentio in Mſ. Compendienſi, quo uſi ſunt PP. Maurini in editione Antiphonarii inter Opera magni Gregorii adornata: qui Mſ. Codex ipſorum judicio ſcriptus fuit ſæculo nono ineluante: nec ratio deeſt qua ſtatuatur ipſum ad Romanæ Eccleſiæ ritum olim pertinuiſſe, ut ex eorumdem in illum præviis obſervationibus liquet: Nulla itidem Rogationum mentio habetur in Antiphonario Eccleſiæ Romanæ ex Mſ. Cardinalis Gentilis exarato ſæculo Chriſti* XI, *atque a Georgio uti diximus edito. Ex adverſo integrum Rogationum Miſſæ Officium reperitur in Miſſali membranaceo Biblioth. Vallicellanæ B. VIII ſcripto Thomaſii judicio ſæculo decimo, vel, ut ſerius, undecimo, & ad Romanam Eccleſiam ſpectante, quod poſtremum aperte patet quod inde Romanæ ejuſdem Eccleſiæ antiquos Libros ad Miſſam ſpectantes idem Thomaſius expreſſerit. Hæc, ſane (ne fuſius idem argumentum proſequamur varias S. Gregorii Operum editiones expendendo, aut alia ad hanc rem ſpectantia jam in publicum vulgata monumenta) evincunt, inferri tuto non poſſe prætermiſſum fuiſſe per aliquod temporis a Romanis Clericis Rogationum ritum, quod præciſe in*

Digitized by Google

Aſcenſionis Domini.

iterum veniam ad vos, alleluja, & gaudebit cor veſtrum. alleluja, alleluja, alleluja. *Pſ.* Magnificat.

IN DIE ASCENSIONIS.

*Statio in Baſilica beati Petri.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Elevata eſt magnificentia tua ſuper cælos Deus. alleluja, alleluja. *Pſ.* Domine Dominus.

*Ant.* Dominus in templo ſancto ſuo, Dñus in cælo: allel. *Pſ.* In Dño confido.

*Ant.* A ſummo cælo egreſſio ejus, & occurſus ejus. alleluja, alleluja. *Pſal.* Cæli enarrant.

℣. Aſcen-

*quibuſdam ejuſdem temporis liturgicis Libris illius mentio non occurrat. Quod in aliquibus veteris Romanæ Eccleſiæ liturgicis Libris Rogationum Officia reperiantur, certiſſimum ſignum videtur eorum ritum apud Romanos aliquando obtinuiſſe. Cur autem veterum Miſſ. pars major eum ritum recenſere omittat, quum ſufficiens ratio nos deſerit, ſtatuere omnino non poſſumus. Si Scriptores conſulamus Beletus cap.*122 *intra Gallia fines Rogationum ritum coercet, quum ait:* Alia litania nominatur minor, quia a minori inſtituta fuit, ſcilicet a B. Mamerto Epiſcopo; idque Viennæ. Atque hæc non celebratur niſi in Eccleſia Ciſalpina. *Hæc Beletus, quæ de eo tempore, quod fluxit inter Leonem* III *& ſæculi* XIII *initium, neque univerſim, neque abſolute dici potuiſſe hactenus dicta ſatis evincunt. Si vero ſubſequentis temporis ab Innocentio* III *decurſi ratio habeatur, in Regeſto Epiſtolarum hujus Pontificis, quod ſervatur in Archivo ſecreto Vaticano, legitur Lib.* VII, *num.*CL, *epiſtola circa an.*MCCV *data ad Archipresbyterum & Clericos Plevis Aretinæ, in qua hæc de Rogationibus occurrunt:* Cæterum cum litaniæ primo & tertio die ante feſtum Aſcenſionis Dominicæ apud Eccleſiam veſtram, ſecundo vero apud Eccleſiam Sancti Petri, conſueverint terminari. Nos volentes Eccleſiæ Cathedrali deferre, ordinem decernimus immutandum, ut videlicet primo die apud Eccleſiam ſancti Petri, ſequentibus vero apud Eccleſiam veſtram litaniæ Proceſſio fiat. Sicut & apud nos primo die hujuſmodi celebratur Proceſſio apud Eccleſiam primitivam: decernatque, ut Aretina Eccleſia Eccl. Rom. conſuetudinem imitetur, & ejus ſequatur exempla. *Roma igitur ſervabantur Rogationes Innocentii* III *ætate, cujus epiſtola in tam authentico loco a nobis obſervata, vulgata inſuper a Philippo Cappello in libello Italice edito Romæ an.*MDCXXII, *de veteri atque recenti ſtatu Eccleſiæ S. Anaſtaſiæ, atque a Creſcimbenio cap.*7 *Hiſtoriæ Collegiatæ ejuſdem S. Anaſtaſiæ, non patitur a vero alienum videri alicui poſſe, de Rogationibus proferri tam apertum teſtimonium ab eo Pontifice, cujus ætate earum ritum ignoraſſe videtur Cencius, vir minime ignobilis, nec de plebe indoctus, ſed qui tanti fieret, ut ipſi Innocentio* III *in Pontificatus Sedem ſub Honorii* III *nomine ſucceſſerit; quin potius dicamus neceſſe eſt argumentum veterum monumentorum, quod ſupra tetigimus, quam maxime ob eam labefactari. Ad rem eamdem, & ad aſtruendum Rogat. ritum eodem ſæculo jam inclinante aliud occurrit teſtimonium in Ordine* XIII, *in quo pag.*239 *hæc leguntur:* hoc tamen attende, quod die Lunæ, & die Martis non comedit Curia carnes, ſed caſeum & ova: die vero Mercurii Vigilia Aſcenſionis jejunat, & tempeſtive comedit, & parum quieſcit, & poſtea vadit Papa cum tota Curia ad S. Petrum, & ibi cum omni ſolemnitate cantat Veſperas. *Hæc Ordinis verba licet aperte de Rogationum Litaniis non agant, de illis tamen a Mabillonio merito interpretantur. Eodem ſæculo cadente, vel* XIV *ineunte Jacob. Gajetanus in ſuo Ordine qui eſt* XIV, *capitibus* XLIX *&* LII, *apertius de Rogationibus agit; loquens enim de ſacrarum veſtium coloribus, & de albo præcipue, ait:* Item a Sabbato Sancto in Officio Miſſæ uſque ad Octavum Aſcenſionis Domini inclusive, quandocumque Officium de tempore agitur, præter dies Rogationum, & præter Miſſam, quæ dicitur in die Sancti Marci de Officio Litaniæ: *Et de colore violaceo agens, ait:* Et in diebus Rogationum, & in Miſſa, quæ dicitur in die Sancti Marci de Officio Litaniæ. *Si Innocentii* III *teſtimonio, quod ſupra deſcripſimus, deſtitueremur, tam diſerta auctoritati officere poſſet, enim Ordinem ſcriptum fuiſſe, quum Romani Pontifices in Gallias verſabantur, unde & ſuffragio orireturin illo recenſeri potius ritus a Pontifice tunc albes ſervatos, quam illos, qui a Gallicis Romanis in Urbe celebrabantur, eo vel maxime quod Durandus cap.*102, *num.*4, *lib.*6 *in dubium relinquat, quod ab aliquibus vulgabatur, Rogationes ubique terrarum receptas eſſe, de illis enim ait:* & ſicut quidam referunt, fuit per Eccleſiam confirmatum, ut univerſaliter obſervetur. *Verum quum tam aperte auctoritati hæc & ejus generis alia refragari non valeant, ratum erit ab ineunte ſæculo* XIII *& ſubſecutis deinde temporibus Rogationum ritum a Leone* III *adoptatum in Eccleſia Romana, vel nuſquam intermiſſum in eadem perſeveraſſe, veſtigia rationes, quas attulimus, intermiſſus aliquando ille fuit, jam ab ea ætate reſumtum fuiſſe: quod & confirmare poſſumus ex Indiculo Stationum, quem Creſcimbenius publici juris fecit in ſua Hiſt. Eccleſiæ S. Joan. ante Portam Latinam lib.*II, *cap.*VII, *pag.*121, *in quo diebus Rogationum Stationes deſignantur & Collectæ: quod ſane ad rem noſtram maxime conducit, promittur enim Indiculus ille de membrana Archivii Baſil. Lateranenſ. quæ, quum in Octava Natalis Domini Stationem antiquitus celebratam in Eccleſia S. Mariæ Majoris, vel S. Mariæ ad Martyres juxta Themaſii Orationale (Tom.*II *noſtræ edit. pag.*440) *fieri jubeat ad S. Mariam Tranſtyberim, uti ſub Calixto* II *fieri cœptum eſt, hinc tutet ſæculo* XII *vetuſtiorem eam eſſe non poſſe: an vero multo recentior ſit, licet ita eſſe opinemur, aliorum tamen eſto judicium.*

℣. Aſcendit Deus in jubilatione. alleluia, alleluja.

℟. Et in voce tubæ. alleluja, alleluja.

*Omnia Reſponſoria hodie reincipiuntur.*

℟. Poſt paſſionem ſuam per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei, alleluja; & videntibus illis, elevatus eſt, alleluja; & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. Alleluja. ℣. Et conveſcens, præcepit eis, ab Jeroſolymis ne diſcederent; ſed expectarent promiſſionem Patris. Allel.

℟. Viri Galilæi (A) quid admiramini, aſpicientes in cælum? alleluja. Quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælum, ita veniet. Alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Ecce duo viri aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt. Allel.

℟. Omnis pulchritudo Domini exaltata eſt ſuper ſidera: ſpecies ejus in nubibus cæli, & nomen ejus in æternum permanet. Alleluja. ℣. Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet; dum aſſumptus fuero, mittam vobis eum. Allel.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Exaltare Domine in virtute tua, cantabimus & pſallemus. alleluja, alleluja. *Pſ.* Domine in virtute.

*Ant.* Exaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me. alleluja. *Pſ.* Nec delectaſti.

*Ant.* Aſcendit Deus in jubilatione, & Dominus in voce tubæ. alleluja. *Pſal.* Omnes gentes.

℣. Aſcendens Chriſtus in altum. alleluja, alleluja.

℟. Captivam duxit captivitatem. alleluja, alleluja. Aſcenſionis Domini.

℟. Non conturbetur cor veſtrum, ego vado ad Patrem, & mittam vobis Spiritum veritatis; Et ipſe vos docebit quæ ſunt præcepta vitæ. Alleluja: ℣. Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet, dum aſſumptus fuero, mittam vobis eum. Allel.

℟. Aſcendens in altum, alleluja, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Alleluja, alleluja. ℣. Aſcendit Deus in jubilatione, & Dominus in voce tubæ. Allel.

℟. Ponit nubem aſcenſum ſuum Dominus, qui ambulat ſuper pennas ventorum. Alleluja. ℣. Qui facit Angelos ſuos ſpiritus & Miniſtros ſuos flammam ignis. Allel.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Nimis exaltatus eſt, alleluja, ſuper cælos Deus. alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Dominus in Sion, alleluja, magnus & excelſus. alleluja. *Pſ.* Dominus regnavit, iraſcantur.

*Ant.* Dominus in cælo., alleluja, paravit ſedem ſuam. alleluja. *Pſalm.* Benedic anima.

℣. Nimis exaltatus eſt. alleluja, alleluja.

[℟.] Super cælos Deus. alleluja, alleluja.

℟. Pater cum eſſem. * *Require in* VIII *pagina.*

℟. Pſallite Domino, quia aſcendit ſuper cælos cælorum ad Orientem. Alleluja, alleluja. ℣. Ecce dabit vocem ſuam, vocem virtutis ſuæ: date honorem Deo. Allel.

IN

(A) ℟. *Viri Galilæi &c.* Citat Amal. c. 26 hoc ℟. ex Antiphonario Romano, illo ſcilicet quem Wala Abbas Corbejenſis ab Urbe ſecum duxit in Gallias tempore Gregorii Quarti.

Aſcenſionis Domini.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Viri Galilæi, quid aſpicitis in cælum? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis in cælum, ſic veniet. alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Cumque intuerentur, in cælum euntem illum, dixerunt. alleluja. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Elevatis manibus, ferebatur in cælum, & benedixit eis. alleluja, alleluja. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Exaltate Regem regum, & hymnum dicite Deo noſtro. alleluja. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Videntibus illis, elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum. alleluja, alleluja. *Pſ.* Laudate.

℣. Dominus in cælo. alleluja, alleluja.

℟. Paravit ſedem ſuam. alleluja, alleluja.

[*Ant.*] Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum. alleluja. *Pſal.* Benedictus.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Viri Galilæi, *cum ſuis Antiphonis.*

*Ant.* Non turbetur cor veſtrum. alleluja; quia ego vobiſcum ſum. alleluja. *euouae.*

*Ant.* Niſi ego abiero. [ *Require ſupra pag.* 102.]

*Ant.* Spiritus Sanctus docebit vos, alleluja, Quæcumque dixero vobis. alleluja, alleluja. *euouae.*

*Ant.* Rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis. alleluja. *euouae.*

*Ant.* Non vos relinquam orphanos, alleluja, veniam ad vos iterum. alleluja. *euouae.*

*Invitatorium uſque in Pentecoſten.*

Alleluja. Chriſtum Dominum aſcendentem in cælum, venite adoremus. alleluja. [*Pſ.*] Venite.

---

*Sabbato Pentecoſten ad Veſperum.*

*Ant.* Dum complerentur, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis Feſtivis.* Laudate Dominum omnes gentes, *eſt quintus Pſalmus.*

Dum complerentur.

℣. Spiritus Domini replevit orbem.

℟. Et hoc quod continet.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* Qui diligit me, ſermonem meum ſervabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem aput eum faciemus. alleluja. [*Cant.*] Magnificat.

---

PASCHA PENTECOSTEN.

*Statio eſt in Baſilica beati Petri Apoſtolorum Principis.*

*Ad Vigilias ante Matutinum, ſub* [1] *Confeſſione contatur Ant.* Factus eſt repente de cælo, *cum ſuis Ant. & Pſalmis.* [ *ut infra pag.* 114. ]

℣. Spiritus Dominus replevit.

℟. Et hoc quod continet.

℟. Dum complerentur. & [℟.] Repleti ſunt omnes.

[ *Ad Matutinum.* ]

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Alleluja, [2] alleluja. [*Pſ.*] Venite.

1 N

(1) *Quod ibi ſub* Confeſſione *legitur* ad corpus *vocat Benedictus Canonicus Ordin. num.* 63, *ubi ait de Summo Pontifice loquens*: Ad corpus vigilias trium lectionum facit: deinde ad altare majus Matutinum. *Matutinum hoc intellige Officium Nocturnum, atque confer ea quæ diximus ſupra pag.* 30, *not.* 1.

(2) *De hoc loco idem Ordo Bened. Canon. ibidem ait*: Invitatorium *Alleluja*, ſicut in die Reſurrectionis,

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Alleluja, (A) alleluja, alleluja. *Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* Alleluja, alleluja. *Pſ.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Alleluja, alleluja. *Pſal.* Domine quid.

℣. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. alleluja, alleluja.

℟. Et hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. alleluja, allel.[2]

℟. Dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter dicentes, alleluja; & ſubito factus eſt ſonus de cælo, alleluja, tanquam ſpiritus torrens, replevit totam domum. alleluja, alleluja. ℣. Loquebantur variis linguis Apoſtoli magnalia Dei. Dum complerentur.

RESPONS. ET ANTIPH.

℟. Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. Et convenit multitudo dicentium. alleluia. ℣. Loquebantur variis linguis Apoſtoli magnalia Dei. Repleti. Pentecoſtes.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Dum complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter, dicentes. alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Spiritus Domini replevit orbem terrarum. alleluja. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui. alleluja. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Fontes & omnia quæ moventur in aquis, hymnum dicite Deo. alleluia. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Loquebantur variis linguis Apoſtoli

P

(A) *Ant. Alleluja &c.* Sæculo IX conſuetus numerus XVIII Pſalmorum ac IX Reſponſoriorum, ut in cæteris Dominicis ita etiam in ipſa nocte Dominicæ Pentecoſtes tenebatur in Urbe. Amalarius in Prologo lib. de Ordine Antiphonarii & cap. 57.[3]

ctionis, cum ſuo *Venite*. Alii cantant *Alleluja, Spiritus Domini replevit orbem terrarum, venite adoremus, alleluja*. Antiph. *alleluja*, pſalmi, *Beatus vir, Quare fremuerunt gentes. Domine quid multiplicati ſunt*: alii dicunt, *Factus eſt repente de cælo ſonus. Confirma hoc Deus, Emitte Spiritum tuum* & *creabuntur*. cum ſuis pſalmis. *Unde fortaſſe apparet aliqua varietas inter Eccleſiaſ Urbis reſpectu unius ejuſdemque Officii*.

(1) *Unicum erat, peractis Vigiliis, uti ſupra jubetur, hujuſce noctis Nocturnum tribus pſalmis ac totidem conſtans lectionibus; quamobrem quod hoc legitur*: In primo Nocturno *Librariorum* σφάλμασι *tribuendum, legendum enim ſimpliciter eſſet*: In Nocturno.

(2) *Bened. Canon. loco cit.* Tres lectiones leguntur. Primam lectionem legunt Canonici Eccleſiæ, *Dum complerentur*, & cantant primum reſponſorium. Secundam lectionem legunt Cardinales de Sermonibus: reſponſorium cantant Cantores, & Baſilicarii: tertiam lectionem legit Pontifex. Ceterum officium facit Primicerius cum omnibus. Miſſam cantat Pontifex cum Laudibus. *Laudes hoc quæ alias Matutinum dicebantur. Vide quæ diximus pag.* 39, *not.* t; *& de lectionibus in nocturnis Vigiliis a Cardinalibus aliquando recitatis pag.* 94, *not.* t, *quibus adjungi poteſt præſens Bened. Canon. ſuffragium. Neque hoc nobis opponendum quod habetur pag.* 182, *not.* (d) *Tom.* I *Collectionis Bullarum Baſil. Vatic. typis Joan. Mariæ Salvioni Romæ editæ an.* MDCCXLVII, *ubi affirmatur olim moris fuiſſe ut in Vigiliis Pontificiarum Stationum, quæ in Baſilica Vaticana celebrabantur, Canonici illius Baſilicæ lectiones recitarent, & reſponſoria canerent, cujus officii cauſſa & ſtipendium illis erogabatur, uti ex teſtimonio Petri Maillii in antiqua charta Archivi Baſil. Vat. Capſ.* 2. *faſc.* 255 *reperto & ibidem relato, ſatis aperte patet*: *At id nobis nullum negotium faceſſit, nec aut illis quæ conjectando diximus pag.* 94, *aut quæ in præſentia aſtruimus fulti auctoritate Bened. Canon. illud adverſatur. Ultro admittimus illum morem olim obtinuiſſe, non ita tamen obtinuit, ut ſolis Canonicis daretur lectiones Nocturnorum recitare, nec aliis aliquando liceret*: *quinimo debebant alii a Canonicis illud muneris obire, debebant Cardinales in nocte Pentecoſtes, ut ex relato nuper Ordinis Romani loco apparet*: *debebant Epiſcopi in Officio Dominicæ* III *Adventus, ut ex eodem Ordine num.* 9 *conſtat, debebant & in aliis Sollemnitatibus præſente præſertim Pontifice ſive Epiſcopi ſive Cardinales, uti ex dictis a nobis hoc & alibi ſatis abunde liquet*.

(3) *Hinc patet ex quo fonte derivaverit noſter Thomaſius ea, quæ ſcripſit ſub initium Pſalterii juxta duplicem Editionem, in noſtra edit. Tom.* II, *pag.* XIX, *col.* 1 *de Vigiliis Pentecoſtes agens, quæ præſenti hujus Antiphonarii loco, & Amalarii in Prologo & cap.* 57 *dictis omnino reſpondent*.

Pentecoſtes.

poſtoli magnalia Dei. alleluja. *Pſal.* Laudate.

℣. Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto. alleluja, alleluja.

℟. Et cœperunt loqui. alleluja, allel.

*In Euang.*

*Ant.* Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. alleluja. *Pſ.* Benedictus.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Dum complerentur, *cum ſuis Antiph. & Pſalmis Feſtivis.* In exitu Iſrael, *eſt quintus Pſalmus.* [1] Sequitur lectio *Dum complerentur. Deinde cantatur Sequentia*, Sancti Spiritus adſit nobis gratia; *& Hymnus*, Veni Creator Spiritus. *Debinc* ℣. Spiritus Domini replevit.

*Ad* Magnificat *Ant.* Accipite Spiritum Sanctum.

---

FERIA II.

*Ad S. Petrum ad Vincula.*

*Invitatorium infra Hebdomadam.*

Alleluja. Spiritus Domini replevit orbem terrarum, venite adoremus. alleluja. *Pſal.* Venite exultemus.

*Ad Nocturnum:*

*Ant.* Factus eſt repente de cælo ſonus advenientis ſpiritus vehementis. alleluja, alleluja. *Pſ.* Magnus Dominus.

*Ant.* Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis, a Templo ſancto tuo quod eſt in Jeruſalem. alleluja, alleluja. *Pſal.* Exurgat.

*Ant.* Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ. alleluja, alleluja. *Pſalm.* Benedic anima mea Dominum, Domine.

*Iſti verſus cantantur ad omnes Horas per totam Hebdomadam.*

℣. Spiritus Domini replevit orbem.

℣. Repleti ſunt omnes.

℣. Loquebantur variis linguis Apoſtoli. alleluia, alleluja.

℟. Magnalia Dei. alleluja, alleluja.

℣. Spiritus Paraclitus. alleluja, allel.

℟. Ipſe vos docebit. alleluja, alleluja.

℟. Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos meos, quia omnia cognoviſtis, quæ operatus ſum in medio veſtri. alleluja. Accipite Spiritum Sanctum in vobis Paraclitum, ille, quem Pater mittet vobis. Alleluja. ℣. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Allel.

[a] ℟. Spiritu Sancto replevit eos Dominus, alleluja, & loquebantur magnalia Dei. Alleluja. ℟. Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui. Allel.

*Ad Laudes & Veſperas Antiphonæ ſicut in Paſcha* [*Pentecoſtes.*]

*Antiphonæ ad* Benedictus & Magnificat *per totam Hebdomadam.*

[*Ant.*] Accipite Spiritum.

*Ant.* Spiritus Paraclitus, alleluja, ipſe vos docebit. alleluja. *euouae.*

*Ant.* Verba, quæ locutus ſum vobis, alleluja, ſpiritus & vita ſunt. alleluja. *euouae.*

*Ant.* Pacem meam do vobis, alleluja, pacem relinquo vobis. alleluja. *euouae.*

*Ant.* Spiritus Sanctus docebit. [*Require pag.* 112.]

---

FERIA III.

*Ad S. Anaſtaſiam.*

[a] ℟. Spiritus Domini replevit orbem terrarum. alleluja. Et hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis. Alleluja. ℣. Repleti ſunt. Allel.

℟. Diſciplinam & ſapientiam docuit eos Dominus, alleluja, firmavit in illis

a. Amal. cap. 37.

(1) *Verba illa*: ſequitur lectio, Dum complerentur, *omiſſa erant in prima hujuſce libri editione, qua, uti muneris noſtri erat, ex ipſo Vaticana Baſilica Mſ. reſtituimus.*

in illis gratiam Spiritus ſui ; Et intellectu implevit corda eorum. Alleluja. ℣. Spiritus Domini replevit. Allel.

FERIA IIII.

*Statio ad S. Mariam Majorem.*

℟. Ite in univerſum Orbem prædicare, dicentes. alleluja. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Alleluja, alleluja. ℣. In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent. Allel.

℟. Factus eſt repente de cælo ſonus advenientis ſpiritus vehementis, ubi erant ſedentes. alleluja. Et repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, loquentes magnalia Dei. Alleluja, alleluja, alleluja. ℣. Loquebantur variis linguis. Allel.

FERIA V.

*Ad Sanctum Paulum.*

℟. Non vos relinquam orphanos, veniam ad vos iterum, alleluja, Et gaudebit cor veſtrum. Alleluja, alleluja. ℣. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis ; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Allel.

℟. Repleti ſunt omnes.

[FERIA VI.]

[a *Statio ad SS. Apoſtolos.*]

℟. Jam non dicam vos ſervos.

℟. Spiritu Sancto replevit eos.

[a SABBATO.]

[a *Statio ad S. Petrum.*]

℟. Spiritus Domini replevit.

℟. Ultimo Feſtivitatis die dicebat Jeſus. Qui in me credit, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Alleluja, alleluja. [℣.] Qui ſitit, veniat & bibat, & de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Allel. Hiſtoriæ Regum.

*Eodem Sabbato ad Veſperum* [*Ant.*] Benedictus *cum ſuis Antiph. & Pſalm.*

℣. Veſpertina.

*In Evang. Ant.* Loquere Domine, quia audit ſervus tuus. [*Cant.*] Magnificat.

*Ab hac die facimus Commemorationem Apoſtolorum Petri & Pauli, in Veſperis & Matutinis.*

*Hiſtoria* (A) *Regum cantatur uſque ad Kalendas Auguſti.*

*Super* Venite.

℟. Deus omnium exauditor eſt, ipſe miſit Angelum ſuum, & tulit me de ovibus patris mei ; Et unxit me unctione miſericordiæ ſuæ. ℣. Dominus qui eripuit me de ore leonis, & de manu beſtiæ liberavit me. Et unxit.

℟. Dominus, qui eripuit me de ore leonis, & de manu beſtiæ liberavit me, Ipſe me eripiet de manibus inimicorum meorum. ℣. Miſit Deus miſericordiam ſuam & veritatem ſuam ; animam meam eripuit de medio catulorum Leonum. Ipſe.

℟. Ego te tuli de domo patris tui, dicit Dominus, & poſui te, paſcere gregem populi mei, & fui tecum in omnibus ubicumque ambulaſti, Firmans regnum tuum in æternum. ℣. Fecique



a. Ex alio Codice Baſilicæ Vaticanæ.

(A) *Hiſtoria Regum.* Antiquitus in Eccleſia Romana in Dominica Octavarum Pentecoſtes & per totam conſequentem hebdomadam cantabantur Reſponſoria de Pſalmis, ſive Pſalmiſta, prout extant pag. 50 ; ſequentibus vero hebdomadibus uſque ad Auguſtum menſem Reſponſoria de libris Regum. Amalar. in Prologo, & cap. 71.

Hiſtoriæ Regum. cique tibi nomen grande, juxta nomen magnorum qui ſunt in terra. Et requiem dedi tibi ab omnibus inimicis tuis. Firmans.

℟. Præparate corda veſtra Domino, & ſervite illi ſoli. Et liberabit vos de manibus inimicorum veſtrorum. ℣. Auferte deos alienos de medio veſtri. Et liberabit.

℟. Montes Gelboe, nec ros nec pluvia veniat ſuper vos, Ubi ceciderunt fortes Iſrael. [℣.] Omnes montes qui in circuitu ejus ſunt, viſitet Dominus; a Gelboe autem tranſeat a longe. Ubi.

℟. Recordare Domine Teſtamenti tui, & dic Angelo percutienti. Ceſſet jam manus tua, Ut non deſoletur terra, & ne perdas omnem animam vivam. ℣. Quieſcat ira tua a populo tuo, & a Civitate ſancta tua. Ut non.

℟. Exaudiſti Domine orationem ſervi tui, ut ædificarem Templum nomini tuo. Benedic & ſanctifica Domum iſtam in ſempiternum, Deus Iſrael. ℣. Domine qui cuſtodiſti pactum & miſericordiam ſervis tuis, qui ambulabant coram te in toto corde ſuo. Benedic.

℟. Petre amas me? [ *Require in Feſtivitate S. Petri.*]

℟. Audi Domine hymnum & orationem, quam ſervus tuus orat coram te hodie, ut ſint oculi tui aperti, & aures tuæ intentæ Super Domum iſtam die ac nocte. ℣. Reſpice Domine de Sanctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo. Super.

℟. Domine, ſi converſus fuerit populus tuus, [a] oraverit ad Sanctuarium tuum, Tu exaudies in cælo Domine; & libera eos de manibus inimicorum ſuorum. ℣. Si peccaverit in te populus tuus, & converſus egerit pœnitentiam, venienſque oraverit in iſto loco. Tu exaudies.

℟. Peccavi ſuper numerum arenæ maris, & multiplicata ſunt peccata mea, & non ſum dignus videre altitudinem cæli præ multitudine iniquitatis meæ, quoniam irritavi iram tuam, Et malum coram te feci. ℣. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & delictum meum coram me eſt ſemper, quia tibi ſoli peccavi. Et malum.

[℟.] Factum eſt dum tolleret Dominus Eliam per turbinem in cælum, Eliſæus clamabat dicens, Pater [1] mi, currus Iſrael, & auriga ejus. [℣.] Cumque vidiſſet Eliſæus Eliam aſcendentem in cælum, ſcidit veſtimenta ſua cum fletu, & dixit. Pater mi.

*Iſtæ Antiphonæ cantantur in Cotidianis diebus tantum ad* Magnificat; *ad* Benedictus *vero de Pſalmiſta.*

*Ant.* Cognoverunt omnes a Dan uſque Berſabee, quod fidelis Samuel, Propheta eſſet Domini. *Pſal.* Magnificat.

*Ant.* Tu venis ad me cum gladio & clypeo; & ego ad te venio in nomine Domini Dei Exercituum. *Pſ.* Magnificat.

*Ant.* Prævaluit David in Philiſtæum in fundam & lapidem in nomine Domini. *Pſal.* Magnificat.

*Ant.* Quis in omnibus ſicut David fidelis in domo tua, ingrediens & egrediens, & pergens ad imperium regis? *Pſal.* Magnificat.

*Ant.* Nonne iſte eſt David, de quo canebant in choro dicentes. Saul percuſſit mille, & David decem milia in milibus ſuis. *Pſal.* Magnificat.

*Ant.*

a. &.

(1) *Mſ. ibi*, Pater mi, Pater mi, currus Iſrael &c.

*Ant.* Iratus rex Saul dixit. Michi mille dederunt, Et filio Syſſai decem milia. *Pſal.* Magnificat.

*Ant.* Quid hic agis Elia? At ille reſpondit. Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum. *Pſalm.* Magnificat.

*Ant.* Vade ad Jordanem, & lavare ſepties. Et recipiet caro tua priſtinam ſanitatem. [*Cant.*] Magnificat.

[*Ant.*] Bonus ſermo Domini, ſicut locutus eſt, fiat pax & veritas in diebus noſtris. [*Cant.*] Magnificat.

[*Ant.*] Doleo ſuper te, frater mi Jonatha, amabilis valde ſuper amorem mulierum; ſicut mater unicum amat filium, ita te diligebam. Sagitta Jonathæ nunquam abiit retrorſum; nec declinavit clypeus ejus in bello, & haſta ejus non eſt adverſa. [*Cant.*] Magnificat. Hiſtoriæ Regum.

[*Ant.*] Saul & Jonathas amabiles & decori in vita ſua, in morte quoque non ſunt diviſi; aquilis velociores, leonibus fortiores. Et quomodo ceciderunt fortes in bello, & perierunt arma bellica! Inclyti Iſrael flete. [*Cant.*] Magnificat.

[*Ant.*] Rex autem David cooperto capite incedens, lugebat filium, dicens. Abſalon fili mi! fili mi Abſalon! Quis michi det, ut ego moriar pro te, fili mi Abſalon? [*Cant.*] Magnificat.

---

## [*In Nativitate* S. JOHANNIS BAPTISTÆ.

[*Ant.*] Ingreſſo Zacharia Templum Domini, apparuit ei Gabriel Angelus,

(1) *Deſideratur hoc in loco noſtri Antiphonarii Officium Vigiliæ Nativit. S. Joannis Baptiſtæ, cujus tamen Vigiliæ ritum antiquiſſimum eſſe conſtat tum quod in monimentis vetuſtioribus ad liturgiam ſpectantibus reperiatur: tum quod ejuſdem meminerit Gregorius Turonenſis de geſtis Francorum Lib. x, cap. xxxi, & in omnibus fere libris reperiatur, exemplaribus itaque iisdem habeantur: eamdem repoſuit Thomaſius in ſuo Orationali pag. 500, Tom. II noſtræ edit. Cur vero hic nulla memoretur, duplex mihi ratio in mentem venit: vel quia Miſſarum Solemnia tantum a Canonicis Baſilicæ Vaticanæ celebrabatur juxta vetuſtiſſimum morem, qui non obſcure colligitur ex Sacramentario Gelaſiano a Thomaſio vulgato, in quo Miſſa* in Vigilia Sancti Johannis Baptiſtæ VIII *Kal. Julii conſignatur, nimirum, ut Georgius in Martyrol. Adonis hac die obſervat, in nocte, quæ diei* XXIV *Junii imminet: & confirmatur quod deinde idem Sacramentarium alteram eadem die* VIII *Kal. Julii Miſſam recenſeat* in Natali *ejuſdem Sancti Joan. Baptiſtæ. Et hæc fortaſſe etiam ratio eſt ob quam in Sacramentario Leonino a Joſepho Blanchino vulgato Anaſtaſii tom.* IV *nulla facta Vigiliæ & diei natalis diſtinctione ſimul uniantur pag.* XIX, *quæ ad Vigiliam, & ad ipſum diem feſtum attinent, ſub hac inſcriptione:* VIII Kalendas Julii, Natale Sancti Johannis Baptiſtæ: *Ubi in prima Miſſa in Præfat. legitur:* Exhibentes ſollemne jejunium, quo Beati Johannis Baptiſtæ natalitia prævenimus: *quod ſane Vigiliæ Miſſam denotat: & in ſecunda Miſſa Præfat. habetur:* In die feſtivitatis hodiernæ, quo Beatus ille Baptiſta Johannes exortus eſt. *qua procul dubio ipſam Natalis diem indicant. Si ergo ſolti Miſſarum ſolemnius (jejunii obſervantia non ideo ſecluſa) celebrabatur S. Joannis Baptiſtæ Vigilia, nulla illius mentio invenirí debet in præſenti Antiphonario, quippe qui ad Officia nocturna & diurna Horarum canonicarum attinet. Si autem hæc ratio utpote inſufficiens non probetur, ſecundam propono derivatam ab Ordine Benedicti Canonici, qui num.* 66 *præcipit, ut in Vigiliis Sancti Joannis Baptiſtæ tres ſumantur hiſtoriæ feſtivitatis ejuſdem, & tres ejuſdem itidem lectiones, ut non dicatur* Te Deum laudamus, *ſed Laudes ſub una antiphona cantentur: unde colligi poſſe videtur Officium Vigiliæ integrum contineri in Officio ipſius Feſtivitatis. Sed præſtat ipſa Ordinis memorati verba huic adducere; ſunt igitur:* In vigilia Sancti Johannis Baptiſtæ, ad Matutinum Invitatorium, *Regem Præcurſoris Dominum,* cum *Venite*. Tres autem hiſtoriæ feſtivitatis, & tres lectiones de Sancto. Non dicitur *Te Deum laudamus*, ſed incipit matutinas laudes, *Deus in adjutorium meum intende*. Nunciatur una antiphona Matutini, ſub qua omnes pſalmi cantantur. Ad Primam antiphona, & tres pſalmi, & lectio vigiliæ feſtivitatis, cum verſu & oratione. Veſperas facit, & vigilias noctis in Baſilica Sancti Johannis ad Fontes &c. *Hoc in loco Ordinis Romani duo averte indicantur, alterum inibi ſermonem eſſe non de Officio Solemnitatis diei Nativitatis ſancti Johannis Baptiſtæ, ſed ipſius Vigiliæ: alterum vero ea quæ ad ejuſdem Vigiliæ Officium peragendum in Anti-*

Menſis Junii.

lus, ſtans a dextris altaris incenſi. [*Cant.*] Magnificat.

[*Ad Matutinum.*]

Regem Præcurſoris Dominum venite.

[IN I NOCTURNO.]

[*Ant.*] Priuſquam te formarem in utero, novi te, & antequam progredereris, ſanctificavi te. *Pſal.* Beatus vir.

[*Ant.*] Ad omnia quæ mittam te, dicit Dominus, ibis; ne timeas, & quæ mandavero tibi, loqueris ad eos. [*Pſal.*] Quare fremuerunt.

[*Ant.*] Ne timeas a facie eorum, quia ego ſum tecum, dicit Dominus, ut eruam te. [*Pſal.*] Domine quid.

[℣.] Heliſabeth Zachariæ magnum virum genuit.

[℟.] Johannem Baptiſtam Præcurſorem Domini.

[℟.] Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen Johannes erat, hic venit, ut teſtimonium perhiberet de Lumine; Et parare Domino plebem perfectam. ℣. Erat Johannes in deſerto prædicans baptiſmum pœnitentiæ. Et parare.

℟. Heliſabeth Zachariæ magnum virum genuit Johannem Baptiſtam Præcurſorem Domini. Qui viam Domino præparavit in eremo. ℣. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Johannes. Qui viam.

℟. Priuſquam te formarem in utero, novi te, & antequam exires de ventre, ſanctificavi te. Et Prophetam in gentibus poſui te. ℣. Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & dixit michi. Et Prophetam.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & Prophetam in gentibus dedit me Dominus. *Pſ.* Cum invocarem.

*Ant.* Ecce, dedi verba mea in ore tuo, ecce, conſtitui te ſuper gentes & regna. *Pſalm.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meæ, recordatus eſt nominis mei. *Pſal.* In Domino confido.

℣. Fuit homo miſſus a Deo.

℟. Cui nomen Johannes erat.

℟. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, dicit Dominus, ut evellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes in nomine Domini. ℣. Plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri. Ut ædif.

℟. Hic Præcurſor dilectus, & lucerna lucens ante Dominum, ipſe eſt Johannes, qui viam Domino præparavit in eremo. Et agnum Dei demonſtrabat, & illuminabat mentes hominum. ℣. Erat Johannes in deſerto prædicans baptiſmum pœnitentiæ. Qui viam.

℟. In-

*Antiphonario & Reſponſoriali requiruntur, emenda in Officio diei Nativitatis reperiri, & adeo licet in præſenti Antiphonario aperte de hac Vigilia non agatur, non inde tamen concludendum eſt eam xii ſæculo celebratam non fuiſſe. At nulla eſt illius mentio in ſuperiori Kalendario pag. 9; fatemur quidem, & quum conſtet multa in eo præterire, quæ tamen ſervabantur, & Vigilias plerumque in eodem omitti, non eſt quod aliud in præſentia quemq; am morari debeat: reperitur illa Vigilia in aliis Miſſ. Kalendariis ejuſdem Baſilicæ Vatic. ut in Codd. B. 82, B. 87, & F. 29. Illud etiam non diſſimulandum neque a Bened. Canon. neque ab Antiph. noſtro indicari, qua nam hiſteria, ſive antiphona & reſponſoria, inter ea omnia quæ in feſtivitate habentur, in Nocturno Vigiliæ ſumi deberent; at omnimoda in rebus ejuſmodi, ſicut & in aliis quibuſcumque, circumſtantiarum & proprietatum omnium determinatio non ſapit genium & indolem illorum temporum quum & Antiphonarius noſter & Ordo Bened. Can. ſcribebatur. Obſervare poſſumus in Officio diei feſtivitatis Nativit. S. Ioannis Baptiſtæ haberi nonum reſponſorium, fortaſſe ob indictam Vigiliæ rationem, qua memoratus Bened. Canonicus præcipit Hymnum illum non eſſe cantandum.*

℟. Innuebant patri ejus quem vellet vocari eum, & poſtulans pugillarem, ſcripſit dicens. Johannes eſt nomen ejus. ℣. Apertum eſt os Zachariæ, & prophetavit dicens. Johannes.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Poſuit os meum Dominus quaſi gladium acutum, ſub umbra manus ſuæ protexit me. *Pſ.* Domine quis.

*Ant.* Formans me ex utero ſervum ſibi Dominus [a] in lucem gentium, ut ſis ſalus mea ab extremis terræ. *Pſ.* Conſerva me.

*Ant.* Reges videbunt, & conſurgent Principes, & adorabunt Dominum Deum tuum, qui elegit te. *Pſ.* Exaudiat.

[℣.] Johannes vocabitur nomen ejus.

[℟.] Et in nativitate ejus multi gaudebunt.

℟. Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios, parare Domino plebem perfectam [℣.] Fuit homo. Parare.

℟. Tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus. ℣. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus, in remiſſionem peccatorum [1] eorum. Præibis.

℟. Præcurſor Domini venit de quo ipſe teſtatur. Nullus major inter natos mulierum Johanne Baptiſta. ℣. Hic eſt enim Propheta & pluſquam Propheta, de quo Dominus ait. Nullus.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Innuebant patri ejus quem vellet vocari eum, & ſcripſit dicens. Johannes eſt nomen ejus. *Pſ.* Dominus regnavit. Menſis Junii.

*Ant.* Heliſabeth Zachariæ magnum virum genuit Johannem Baptiſtam, Præcurſorem Domini. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Johannes vocabitur nomen ejus, & in nativitate ejus multi gaudebunt. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Inter natos mulierum non ſurrexit major Johanne Baptiſta. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Tu puer, Propheta Altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini. *Pſal.* Laudate.

[℣.] Erat Johannes in deſerto prædicans.

[℟.] Baptiſinum pœnitentiæ.

*Ant.* Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ, parare Domino plebem perfectam. *Pſalm.* Benedictus.

*Ant.* Ne timeas Zachariâ, exaudita eſt deprecatio tua. *Pſalm.* Magnificat.

---

[*In Feſto* SS. JOHANNIS & PAULI *Martyrum*.]

℟. Vidi conjunctos viros habentes ſplendidas veſtes, & Angelus Domini locutus eſt ad me dicens. Iſti ſunt viri ſancti, facti amici Dei. ℣. Vidi Angelum fortem volantem per. Iſti ſunt.

℟. Iſti ſunt ſancti Martyres Chriſti Johannes & Paulus, quos dignitas terrena a via veritatis deviare non potuit. Nec minas ſævi principis timuerunt, quia ſanguinem ſuum Domino dedicaverunt. Ideo meruerunt coronas perpetuas poſſidere. ℣. Hii ſunt quos fides

a. dicit. Dedi te.

(1) *Mſ. ibi*, meorum. *Librarii oſcitantia repetente præcedentis verbi poſtremam litteram.*

Menſis Junii.

des Chriſti fecit æquales, & appellatio nominum decoravit. Ideo.

℟. Sancti Martyres Chriſti Johannes & Paulus dixerunt Juliano. Nobis autem alius non eſt niſi unus Deus, Pater & Filius & Spiritus Sanctus. ℣. Impie, crudelis, & dire tyranne. Nobis.

℟. Hii ſunt triumphatores & amici Dei. Qui contempnentes juſſa principum, meruerunt præmia æterna. Modo coronantur, & accipiunt palmam. ℣. Hii ſunt quos fides Chriſti. Modo.

℟. Iſti ſunt duo viri. [*Repuire in Feſtiv. S. Petri.*]

℟. Ii ſunt triumphatores in populo Dei, per quorum doctrinam curantur animarum vulnera; Et [1] intrium cæleſti lætantes amici Dei nuncupati ſunt. ℣. Hii ſunt quos fides. Et intri.

℟. Iſti viventes. [*Require in Feſtivitate S. Petri.*]

℟. Iſti ſunt duæ olivæ. [*Require ibidem.*]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Johannes & Paulus dixerunt ad Gallicanum. Fac votum Deo cæli, & eris victor, melius quam fuiſti. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Johannes & Paulus dixerunt ad Gallicanum. Tu crede unum eſſe Deum; & ſalva erit filia tua. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Paulus & Johannes dixerunt Juliano. Nos unum Deum colimus, qui fecit cælum & terram. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Nobis autem alius non eſt niſi unus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. [*Cantic.*] Benedicite omnia.

*Ant.* Laudemus viros glorioſos, qui vicerunt regna Mundi. alleluja. [*Pſ.*] Laudate.

*Ant.* Dico autem vobis, amici mei; Ne terreamini ab his qui vos perſequuntur. [*Cant.*] Benedictus.

---

*Si Vigilia Beati Petri in Dominica venerit, Sabbato præveuimus omnia Officia Vigiliæ celebrare. Dominica vero omnia de ſancto Leone Papa facimus.*

*Ad Matutinum Vigiliæ Apoſtolorum Petri & Pauli.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Apoſtolorum.

*Ad Nocturnum.*

*Ant.* [2] Si diligis me, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis*, [*ut infra.*]

℣. Tu es Paſtor.

℟. Beatus es.

℟. Petre.

IN LAUDIBUS.

[*Ant.*] Petrus & Johannes, *& ſub ea ſola Pſal.* Dominus regnavit, *cum ſuis Pſalmis.*

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Significavit Dominus.

*Sed ſi venerit in Dominica, Officium Vigiliæ Sabbato celebramus.*

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Petrus & Johannes, [3] *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis Feſtivis.*

*Super Cantic.*

*Ant.* Significavit.

*Sequitur de ſancto Leone.*

[*Ant.*] Dum eſſet ſummus Pontifex.

IN

(1) *Ita habet Mſ.*

(2) *Omittebatur in prima editione ibi vox*, Ant. *quæ tamen in Mſ. occurrit.*

(3) *Bened. Canon. aliquantulum hoc loco diſſentit num. 67 jubens ſub Antiphona* Juravit Dominus & non pœnitebit eum, *& aliis, quæ illam primam ſequuntur, antiphonis una cum ſuis pſalmis has Veſperas celebrari.*

IN FESTIVITATE BEATISSIMORUM APOSTOLORUM PETRI ET PAULI.

IN I NOCTURNO VIGILIÆ. (A)

*Ant.* In omnem terram, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis. Require in plurimorum Apoſtolorum.*

*Ad omnes Antiphonas Vigiliæ reſpondemus.*

℣. In omnem terram.

℟. Et in fines.

*Omnia Reſponſoria reincipiuntur.*

℟. Si diligis me Simon Petre, paſce oves meas. Domine, tu noſti quia amo te, & animam meam ponam pro te. ℣. Et ſi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Si diligis.

℟. Simon Petre antequam de navi vocarem te, novi te, & ſuper plebem meam Principem te conſtitui; Et claves Regni cælorum tradidi tibi. ℣. Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Et claves.

℟. Domine, ſi tu es, jube me venire ad te ſuper aquas. Et extendens manum apprehendit eum, & dixit Jeſus. Modicæ fidei, quare dubitaſti? ℣. Cumque vidiſſet ventum validum venientem, timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamabat dicens. Domine ſalvum me fac. Et extendens.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Principes populorum convenerunt cum Deo Abraham. *Pſ.* Omnes gentes plaudite. Menſis Junii.

*Ant.* Dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum Domine. *Pſ.* Exaudi Deus deprecationem.

*Ant.* Annuntiaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt. [*Pſalmus* Exaudi Deus orationem meam.]

℣. Conſtitues eos Principes ſuper omnem terram.

℟. Memores erunt nominis tui, Dñe.

℟. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ Inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves Regni cælorum. ℣. Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Et tibi.

℟. Surge Petre, & indue te veſtimenta tua. Accipe fortitudinem ad ſalvandas gentes, Quia ceciderunt catenæ de manibus tuis. ℣. Angelus autem Domini aſtitit, & lumen reſulſit in habitaculo carceris, percuſſoque latere Petri, excitavit eum, dicens. Surge velociter. Quia ceciderunt.

℟. Tu es Paſtor ovium Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus omnia regna Mundi. Et ideo traditæ ſunt tibi claves Regni cælorum. ℣. Quodcumque ligaveris. Et ideo.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Exaltabuntur cornua Juſti. alleluja. *Pſal.* Confitebimur.



(A) *In primo Nocturno Vigiliæ &c.* Duplex Officium nocturnum perſolvebatur antiquitus in Vigiliis noctis Natalis S. Petri. Amal. capp. 59 & 60. Radulphus propoſ. 21. Vetus Codex Vaticanus in noſtra Appendice pag. 399 & 400. [*primæ editionis*] Benedictus Canonicus, & Cencius Camerarius in ſuis Ritualibus M.SS. Porro ex Amalario cap. 59 deduci poſſe videtur ordine præpoſtero hic exhiberi hæc duo nocturnalia Officia; illud enim quod in III Nocturno non habebat *Alleluja* in Antiphonis, decantari conſueviſſe dicit in initio noctis; alterum vero cum *Alleluja* in III Nocturno circa mediam noctem ad diem uſque.

Menſis Junii.

*Ant.* Lux orta eſt juſto, alleluja, rectis corde lætitia. alleluja. *Pſ.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Cuſtodiebant teſtimonia ejus & præcepta ejus. alleluja, alleluja. *Pſalm.* Dominus regnavit, iraſcantur.

[℣.] Nimis honorati ſunt amici tui, Deus.

[℟.] Nimis confortatus eſt principatus eorum.

℟. Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? dixit Jeſus Diſcipulis ſuis. Reſpondens Petrus dixit. Tu es Chriſtus Filius Dei vivi. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. ℣. Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis. Et ego.

℟. Simon Johannis diligis me plus his? Domine, tu omnia noſti; tu ſcis quia amo te. Paſce oves meas. ℣. Et reſpondenti dilectionem, commendavit Gregem. Paſce.

*Hiſtoria ad Matutinum, & infra Octav.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Apoſtolorum Dominum, venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Si diligis me Simon Petre, paſce oves meas. alleluja, alleluja. *Pſal.* Beatus vir.

*Ant.* Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus, confirma Fratres tuos. *Pſ.* Quare fremuerunt.

[*Ant.*] Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis. *Pſalm.* Domine quid multiplicati.

℣. Tu es Paſtor ovium Princeps Apoſtolorum.

℟. Tibi tradidit Deus claves Regni cælorum.

℟. Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando converſus, confirma Fratres tuos. ℣. Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis. Et tu.

℟. Beatus es Simon Petre, Quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis. ℣. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. Quia caro.

℟. Petre, amas me? Tu ſcis Domine, quia amo te. Paſce oves meas. ℣. Simon Johannis, diligis me plus his? Tu ſcis Domine quia amo te. Paſce.

IN II NOCTURNO.

[*Ant.*] Petre amas me? paſce oves meas. Tu ſcis Domine, quia amo te. *Pſal.* Cum invocarem.

*Ant.* Simon Johannis, diligis me plus his? Tu ſcis Domine, quia amo te. *Pſalm.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Tu es Paſtor ovium, Princeps Apoſtolorum, tibi tradidit Deus claves Regni cælorum. *Pſ.* In Domino confido.

[℣.] Solve, jubente Deo, terrarum Petre catenas.

[℟.] Qui facis, ut pateant cæleſtia Regna Beatis.

℟. Solve, jubente Deo, terrarum Petre catenas, qui facis, ut pateant cæleſtia Regna Beatis. ℣. Quodcumque. Qui facis.

℟. [a] Cui Regni Claves, & curam tradit

a. Qui.

tradit (A) Ovilis, Qui cæli terræque Petro commiſit habenas. Ut reſeret clauſis, & ſolvat vincla ligatis. [℣.] Solve, jubente Deo, terrarum Petre catenas, Qui facis, ut pateant cæleſtia Regna Beatis. Ut reſeret.

℟. Iſti viventes in carne, plantaverunt Eccleſiam ſanguine ſuo. Non ſunt de terris corpora eorum ſeparata, Quorum merita ſunt in cælis animæ eorum coæquales. ℣. Iſti ſunt duæ olivæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum. Quorum.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Tu es Chriſtus Filius Dei vivi; Et tu beate Simon Barjona. *Pſal.* Domine quis habitabit.

*Ant.* Dixit Jeſus Petro. Tibi dabo claves Regni cælorum. *Pſalm.* Conſerva me.

*Ant.* Cui Claves Regni, ipſi commendat Ovile, Sic Dominus curam commendavit Petro. alleluja. *Pſal.* Exaudiat te.

℣. Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram.

℟. Ædificabo Eccleſiam meam.

℟. Iſti ſunt duo viri miſericordiæ, qui aſſiſtunt ante Dominum, Dominatorem univerſæ terræ. ℣. Iſti ſunt duæ olivæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum. Dominatorem.

℟. Iſti ſunt duæ olivæ, candelabra lucentia ante Dominum, habent poteſtatem claudere cælum nubibus, & aperire portas ejus, Quia linguæ eorum claves cæli factæ ſunt. ℣. In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Quia linguæ. Menſis Junii.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Petrus, & Johannes aſcendebant in Templum, ad horam orationis nonam, [a] alleluja. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Argentum & aurum non eſt mihi; quod autem habeo, hoc tibi dabo. alleluja. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Dixit Angelus ad Petrum, Circumda tibi veſtimentum tuum, & ſequere me. alleluja. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Miſit Dominus Angelum ſuum, & liberavit me de manu Herodis. alleluja, [*Cant.*] Benedicite.

*Ant.* Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. *Pſ.* Laudate.

℣. Annuntiaverunt opera Dei.

℟. Et facta ejus intellexerunt.

*In Euang.*

*Ant.* Significavit Dominus Petro, qua morte clarificaturus eſſet Deum. alleluja. *Pſ.* Benedictus.

*Ad Veſperum.*

[b] *Ant.* Juravit Dominus (& non pœnitebit eum) Tu es Sacerdos in æternum. *Pſalm.* Dicit Dominus.



a. *Alleluja.* Amal. cap. 59. b. Vide Amal. cap. 16 & 60.

(A) *Qui cæli claves &c.* Excerptum eſt hoc Reſponſorium ex his Verſibus vetuſtiſſimis, qui olim extabant in Atrio Baſilicæ Vaticanæ ſuper limine introitus ejuſdem Eccleſiæ, ibidem inſcriptis ſub S. Simplicio Papa.

*Qui Regni claves & curam tradit Ovilis,*
*Qui cæli terræque Petro commiſit avenas,*
*Ut reſeret clauſis, ut ſolvat vincla ligatis;*
*Simplicio nunc ipſe dedit ſacra jura tenere.*
*Præſule quo cultus venerandæ creſceret Aulæ.*

Menſis Junii.

*Ant.* Collocet eos Dominus cum Principibus populi ſui. *Pſalm.* Laudate.

*Ant.* Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. [*Pſal.*] Credidi.

*Ant.* Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua. *Pſal.* In Convertendo.

*Ant.* Confortatus eſt Principatus eorum, & honorificati ſunt amici tui, Deus. *Pſal.* Domine probaſti.

*Lectio deinde.*

Petrus & Johannes aſcendebant.

℟. Domine ſi tu.

℣. Petrus Apoſtolus, & Paulus Doctor Gentium.

℟. Ipſi nos docuerunt legem tuam, Domine.

*Ant.* Glorioſi Principes terræ, quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati. *Pſal.* Magnificat.

*Ant.* Petrus Apoſtolus & Paulus Doctor Gentium, ipſi nos docuerunt legem tuam, Domine. *Pſ.* Magnificat.

---

*In Commemoratione* B. PAULI APOSTOLI.

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Apoſtolorum.

IN I NOCTURNO. (A)

*Ant.* Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatum, operatus eſt & mihi inter gentes, & cognoverunt gratiam, quæ data eſt mihi a Chriſto Domino. *Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſervare in illum diem juſtus Judex. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Michi vivere, Chriſtus eſt, & mori, lucrum: gloriari me oportet in Cruce Domini mei Jeſu Chriſti. *Pſal.* Domine quid multiplicati.

℣. Tu es Vas Electionis, ſancte Paule Apoſtole.

℟. Prædicator veritatis in univerſo Mundo.

℟. Qui operatus eſt Petro in Apoſtolatu, operatus eſt & mihi inter Gentes. Et cognoverunt gratiam Dei, quæ data eſt mihi. ℣. Gratia Dei in me vacua non fuit, ſed gratia ejus ſemper in me manet. Et cognoverunt.

℟. Scio cui credidi, & certus ſum, Quia potens eſt, depoſitum meum ſervare in illum diem. ℣. De reliquo repoſita eſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet michi in illum diem juſtus Judex. Quia potens.

℟. Bonum certamen certavi; curſum conſummavi; fidem ſervavi. Ideoque repoſita eſt michi corona juſtitiæ. ℣. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt, depoſitum meum ſervare. Ideoque.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Tu es Vas electionis ſancte Paule Apoſtole, Prædicator veritatis in univerſo Mundo. *Pſal.* Cum invocarem.

*Ant.* Magnus ſanctus Paulus Vas electionis, vere digne eſt glorificandus,

(A) *In primo Nocturno &c.* In Commemoratione etiam S. Pauli duplex olim fuiſſe Nocturnum Officium, ac utrumque IX Lectionum indicat antiquiſſimus Vaticanus Codex pag. 401 noſtræ Appendicis. [*primæ editionis*] Hic unum extat; alterum fortaſſis deſumebatur de Communi Apoſtolorum, cantandum hora conſueta a galli cantu ad matutinum, id quod indicare videtur Amalar. cap. 17.

dus, qui & meruit Thronum duodecimum poſſidere. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi. [*Pſ.*] In Domino confido.

[℣.] * Magnus ſanctus Paulus Vas electionis.

[℟.] * Vere digne eſt gloriandus.

℟. Egregie Dei Paule Doctor gentium, & divinorum propagator præceptorum; Ecce, nomen tuum in libro vitæ cæleſtis aſcriptum eſt; Et memoriale tuum non derelinquetur in ſæculum. ℣. Beatus es, Vas electionis, qui meruiſti arcana verba audire. Et memoriale.

℟. Damaſci Præpoſitus gentis Aretæ Regis voluit me comprehendere; a fratribus per murum ſum miſſus in ſporta, & ſic evaſi manus ejus in nomine Domini. ℣. Deus & Pater Domini mei Jeſu Chriſti ſcit (qui eſt benedictus in ſæcula) quia non mentior. Sum.

℟. Iſti viventes. [*Require ſupra pag.* 123.]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Saulus qui eſt Paulus, magnus Prædicator, a Deo confortatus, convaleſcebat, & confundebat Judæos. *Pſal.* Domine quis habitabit.

*Ant.* Ne magnitudo revelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus, angelus ſatanæ qui me colaphizet; propter quod ter Dominum rogavi, ut auferretur a me, & dixit mihi Dominus. Sufficit tibi, Paule, gratia mea. *Pſal.* Conſerva.

*Ant.* Repoſita eſt michi corona juſtitiæ, quam reddet michi Dominus in illum diem juſtus Judex. *Pſ.* Exaudiat te.

℟. Gratia Dei in me vacua non fuit. Meuſis Junii.

℟. Sed gratia ejus ſemper in me manet.

℟. Iſti ſunt duo viri.

℟. Iſti ſunt duæ olivæ.

*Require in Feſto S. Petri.*

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chriſti. *Pſalm.* Dominus regnavit.

*Ant.* Ter virgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium pertuli pro Chriſto Domino. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Gratia Dei in me vacua non fuit; ſed gratia ejus ſemper in me manet. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Damaſci, Præpoſitus gentis Aretæ regis voluit me comprehendere; a fratribus per murum ſum miſſus in ſporta. Et ſic evaſi manus ejus in nomine Domini. *Pſalm.* Benedicite.

*Ant.* Ego plantavi, Apollo rigavit, Deus autem incrementum dedit. *Pſalm.* Laudate.

℣. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.

℟. Ut inhabitet in me virtus Chriſti.

*In Euang.*

*Ant.* Sancte Paule Apoſtole, Prædicator veritatis, & Doctor Gentium, intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit. *Pſ.* Benedictus:

---

*In Feſto ſanctorum* PROCESSI & MARTINIANI.

*Super Cantic.*

[*Ant.*] Iſti ſunt Sancti, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tradiderunt, & in

Menſis Julii. & in ſanguine Agni laverunt ſtolas ſuas. *Pſ.* Magnificat.

---

*In Feſto Sanctarum* RUFINÆ & SECUNDÆ.

℟. Rufina & Secunda, duæ ſorores virgines, cives Romanæ, ſecutæ ſunt Dominum, quæ pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum [1] fudit. ℣. Amavit eam. Quæ pro.

*Ant.* Rufina & Secunda, duæ ſorores virgines, cives Romanæ, ſecutæ ſunt Dominum. [*Cant.*] Benedictus.

---

*In Feſto* S. PRAXEDIS VIRG.

℟. Virgo Domini Praxedis, fervens in Spiritu Sancto, multos Chriſtianos occultabat in Domino. Et Dominus benedixit eam in æternum. ℣. Orationes ejus pervenerunt ad Dominum, & Dominus exaudivit eam. In æternum.

*Super Cantic.*

[*Ant.*] Virgo Domini Praxedis, fervens in Spiritu Sancto, multos Chriſtianos occultabat in Domino. *Pſal.* Benedictus.

---

*In Feſto* S. MARIÆ MAGDALENÆ.

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Virginum venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Quid moleſti eſtis mulieri? opus enim bonum operata eſt in me. *Pſ.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Mittens hæc mulier hoc unguentum in corpus meum, ad ſepeliendum me fecit. *Pſ.* Cæli enarrant.

*Ant.* Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. *Pſal.* Domini eſt terra.

℣. Specie tua & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

℟. Maria Magdalena. [*Require hoc* ℟. *cum ſequentibus, in Albis Paſchalibus.*

℟. Tulerunt Dominum meum.

℟. Congratulamini.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Specie tua & pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna. *Pſ.* Eructavit.

*Ant.* Adjuvavit eam Deus vultu ſuo, Deus in medio ejus non commovebitur. *Pſalm.* Deus noſter refugium.

*Ant.* Induit me Dominus cycladem. [*Require in Communi Virg.*] *Pſal.* Magnus.

℣. Adjuvavit eam Deus vultu ſuo.

℟. Deus in medio ejus non commovebitur.

℟. Diffuſa eſt gratia. [a]

℟. Veni electa mea. [a]

℟. Iſta ſpecioſa. [a]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Mecum enim habeo. [b] *Pſal.* Cantate Domino. 1.

*Ant.* Mens mea ſolidata. [b] *Pſalm.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Media nocte clamor factus eſt. Ecce, ſponſus venit; exite obviam ei. *Pſ.* Cantate Domino. 11.

℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam.

℟. In

a. Require in Aſſumptione S. Mariæ. b. Require in Communi Virginum.

(1) *Ita in Mſ.*

℟. In tabernaculo ſuo habitare f. eam.

℟. Induit me Dominus veſtimento. [a] [*Req. pag. 62.*]

℟. Pulchra facie, ſed pulchrior. * *Require in Hiſtoria S. Mariæ in Auguſto.*

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Revertere, revertere, [b] *Pſ.* Dominus regnavit.

*Ant.* Pulchra es & decora. [b] *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Optimam partem. [b] *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Nigra ſum, ſed formoſa. *Pſ.* Benedicite.

*Ant.* O quam pulchra eſt. [b] *Pſal.* Laudate.

℣. Induit me Dominus cycladem auro textam.

℟. Et immenſis monilibus [ornavit me.]

*In Euang.*

*Ant.* Venit Maria, nuntians Diſcipulis, quia vidi Dominum. *Pſal.* Benedictus.

---

*In Feſto* S. APOLENARIS MARTYRIS.

℟. Beatus Petrus Apoſtolus dixit diſcipulo ſuo beato Apolinario. Surge per Geranam; illic multitudo populi morantur; prædica eis baptiſmum pœnitentiæ in nomine Domini. ℣. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. In nomine.

℟. Beatus Apolinarius cum ingrederetur Ravennam civitatem, circumſignans ſe, dixit. Deus, qui operaris cum Petro Apoſtolo tuo, magiſtro meo, Operare & mecum, ut per te glorificetur nomen tuum. ℣. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit. Operare.

℟. Hic eſt Doctor Gentium, Prædicator omni populo. Hic miſſus eſt ab Apoſtolo Petro Ravennam, prædicare baptiſmum pœnitentiæ. ℣. Deus qui operaris cum Petro Apoſtolo tuo, magiſtro meo, operare & mecum. Hic miſſus. Menſis Julii.

℟. Beatus Apolinarius Rufo Patricio dixit. Tu crede unum eſſe Deum, & ſalva erit filia tua. ℣. Fiducialiter age Patrici, & jura michi per ſalutem Cæſaris, ut promittas puellam, ſequi Salvatorem ſuum. Et ſalva.

℟. Famulo meo. [*Req. in Communi.*]

℟. Elegit te Dominus.

℟. Juſtus germin.

℟. Iſte eſt, qui ante Deum.

*Ad Laudes & Veſperas.*

*Ant.* Ecce Sacerdos.

*Super Cantic.*

*Ant.* Qui vult venire.

---

*In Feſto* SS. ABDON & SENEN.

℟. Iſti ſunt viri ſancti Abdon & Sennes, quos de Perſida Decius Cæſar adduxerat propter nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. [℣.] Vinctos catenis, maceratos, atque dilaniatos, & verberatos. Propter.

---

*Feſtum beati Petri in Vincula etiamſi in Dominica venerit, non mutatur.*

*Ad Veſperum Vigiliæ cantatur Ant.* Petrus & Johannes, *cum ſuis Ant. & Pſalmis Feſtivis.*

Dixit Jeſus Petro, *eſt tertia Antiphona.*

℣. Solve jubente Deo.

*In Euang.*

*Ant.* Dixit Angelus ad Petrum.

*Ad*

*a.* Require in Communi Virginum. *b.* Require in Aſſumptione S. Mariæ.

Menſis Auguſti.

*Ad Matutinum.*

Regem Apoſtolorum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Si diligis me, *cum ſuis Ant. & Pſalmis.*

℟. Ego pro te rogavi.

℟. Beatus Simon.

℟. Petre.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Petre amas me? *cum ſuis Ant. & Pſalmis.*

[℣.] Tu es Petrus.

℟. Surge Petre; &.

℟. Solve, jubente.

℟. Tu es Paſtor.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Tu es Chriſtus, *cum ſuis Ant. & Pſalmis.*

[*De SS. Machabæis.*]

℣. Exultent juſti in conſpectu D.

℟. Et delectentur.

℟. Verbera carnificum.

[℟.] Iſti ſunt viri ſancti, quos.

IN LAUDIBUS.

[*Ant.*] Petrus & Johannes, *cum ſuis Ant. & Pſal.*

℣. Tu es Paſtor.

*In Evang.*

*Ant.* Dixit Angelus ad Petrum.

*Item de Machabæis.*

*Ant.* Gaudete & exultate.

℣. Sancti & juſti in Domino.

---

*Hiſtoria* (A) *de Sapientia cantatur a Kalendis Auguſti, uſque ad Kalendas Septembris.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem magnum Dominum. *Pſal.* Venite.

℟. Emitte Domine ſapientiam de ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret. Ut ſciam, quid acceptum ſit coram te omnipotens. ℣. Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam. Ut ſciam.

℟. Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam, & noli me reprobare a pueris tuis; Quoniam ſervus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ. ℣. Domine Pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno. Quoniam.

℟. Domine, Pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno, extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & deſiderium malignum averte a me Domine: aufer a me concupiſcentiam, Et animo irreverenti & infronito ne tradas me Domine. ℣. Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam. Et animo.

℟. Gyrum cæli circuivi ſola, & in fluctibus maris ambulavi; in omni gente & in omni populo primatum tenui; Superborum & ſublimium colla, propria virtute calcavi. ℣. Ego in altiſſimis inhabitabo, & thronus meus in columna nubis. Superborum.

℟. Initium ſapientiæ timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum, Laudatio ejus manet in ſæculum ſæculi. ℣. Dilectio illius, cuſtodia legum eſt; quia omnis ſapientia timor Domini. Laudatio.

℟. Quæ ſunt in corde hominum, oculi tui vident, Domine, & in libro tuo omnia ſcribentur. Homo videt in facie,

(A) *Hiſtoria de Sapientia.* In Romana olim Eccleſia prima hebdomada menſis Auguſti Reſponſoria cantabantur de Pſalmis ſive Pſalmiſta; ſequentibus vero ad uſque Septembrem hebdomadibus *de Salomone* ſive *de Sapientia*. Amalar. in Prologo de Ordine Antiphon.

facie, Deus autem in corde. ℣. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnia ſcribentur. Homo.

℟. Ne derelinquas me Domine, Pater & Dominator vitæ meæ, ut non corruam in conſpectu adverſariorum meorum, Ne gaudeat de me inimicus meus. ℣. Apprehende arma & ſcutum, & exurge in adjutorium michi. Ne gaudeat.

℟. Petre amas. [ *Require in Feſtivitate S. Petri.* ]

℟. Super ſalutem & omnem pulchritudinem dilexi ſapientiam, & propoſui, pro luce habere illam. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. ℣. Dixi ſapientiæ. Soror mea es, & prudentiam vocavi amicam meam. Venerunt.

℟. In principio Deus antequam terram faceret, priuſquam abyſſos conſtitueret, priuſquam produceret fontes aquarum, Antequam montes collocarentur, ante omnes colles generavit me Dominus. ℣. Quando præparabat cælos, aderam, quando certa lege & gyro vallabat abyſſos, quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum. Ante.

℟. Verbum iniquum & doloſum longe fac a me Domine. Divitias & paupertatem ne dederis michi; ſed tantum victui meo tribue neceſſaria. ℣. Ne forte ſatiatus evomam illud, & perjurem nomen Dei mei. Divitias.

℟. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut multiplicentur tibi anni vitæ tuæ. ℣. Honora Dominum de tua ſubſtantia; & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. Ut Multiplicentur.

℟. Magna enim ſunt judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua. Magnificaſti populum tuum & honoraſti. ℣. Et non deſtituiſti eos in omni tempore; ſed in omni loco aſſiſtens eis. Magnificaſti. Hiſtoriæ de Sapientia.

℟. Præbe fili mi cor tuum michi, Et oculi tui vias meas cuſtodiant, Ut addatur gratia capiti tuo. ℣. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Ut addatur.

℟. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. Ut impleantur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia redundabunt. ℣. Adtende fili mi ſapientiam meam, & ad eloquium meum inclina aurem tuam. Ut impleantur.

℟. Fili, noli deficere a diſciplina Domini, Et ne fatigeris, dum ab eo argueris, Quem enim diligit Dominus, corripit; & quaſi pater in filio, complacet ſibi. ℣. Adtende fili mi ſapientiam meam, & ad eloquium meum inclina aurem tuam. Quem enim.

*Iſtæ* [ *Antiphonæ* ] *cantantur ad* Magnificat *tantum*.

[*Ant.*] Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, ſubdidit ſibi gentes; ſuperborumque & ſublimium colla, propria virtute calcavit. *Pſ.* Magnificat.

*Ant.* Ego in altiſſimis inhabitabo, & thronus meus in columna nubis. *Pſ.* Magnificat.

*Ant.* Unxerunt regem Salomonem in Gyon Sadoc Sacerdos & Nathan Propheta: * dixerunt omnes. Vivat Rex in æternum. *Pſal.* Magnificat.

---

[ *In* ] *Inventione B. Stephani cantatur propria Hiſtoria: ad omnia Nocturna vero de Communi unius Martyris.*

Mensis Augusti.

*In Festivitatibus Sanctorum, quorum Passio vel Oratio communis est, cantatur de Historia Plurimorum. Sed si Responsoria vel Antiphonas habent speciales vel communes, cantantur; & quod deest de proprio, suppletur de Communi Plurimorum.*

---

*In Festo* S. SIXTI.

Regem Martyrum.

[*Psal.*] Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Quo progrederis, *cum suis Antiphonis & Psalmis.* [ *Require infra in Festo S. Laurentii.* ]

℟. Quo progrederis sine filio Pater? Quod Sacerdos sancte sine Diacone properas? Tu nunquam sine Ministro sacrificium offerre consueveras. ℣. Quid in me ergo displicuit, Pater? numquid degenerem probasti? experire certe, utrum idoneum Ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis [1] consecrationem. Tu nunquam.

℟. Noli me derelinquere, Pater sancte, quia jam thesauros expendi, quos tradidisti michi. Non ego te desero, fili, neque derelinquo; sed majora tibi debentur pro fide Christi certamina. ℣. Nos quidem quasi senes, levioris pugnæ cursum recipimus, te autem quasi juvenem, manet gloriosior de tyranno triumphus; post triduum sequeris Sacerdotem Levita. Non ego.

℟. Viri sancti.

*Responsoria, Antiphonas & Versus require in Historia plurimorum Martyrum.*

*Ad Laudes & Vesperas.*

*Ant.* Justorum [a] autem.

*In Evang.*

*Ant.* Noli me derelinquere.

---

*In Festo Sancti* CYPRIACI *cantatur Historia plurimorum Martyrum.*

*Super Cantic.*

*Ant.* Non exeo hinc, nisi Cyriacus advenerit in nomine Domini. *Psalm.* Magnificat.

*Ant.* Cyriacus, nomen est michi, & a cunabulis Christi sum servus. *Ps.* Benedictus.

---

*Si Vigilia beati Laurentii in Dominica venerit, Officium ejusdem Vigiliæ Sabbato prævenimus, propter jejunium, celebrare. Festum vero sancti Cyriaci tunc in Dominica compatamus.*

*In*

a. animæ.

(1) Cui commisisti Dominici Sanguinis consecrationem, *ita legitur & apud S. Ambrosium Lib.1 Offic. capite 41, atque in nova Operum S. Gregorii edit. tom.III, col.113, cujus loco correctionis caussa male irrepsit in vulgatis quibusdam libris, & in communi Breviario,* Dominici Sanguinis dispensationem. *Antiquitus* consecratio *in sacris peragendis & Diacono tribuebatur, quatenus ille, ut ex ejusdem Ambrosii loco manifestatur, habebat* consummandorum consortium Sacramentorum *hoc est, quatenus Diaconus consors erat atque minister consecrationis & consummationis Sacramentorum. De qua vocis apud veteres usurpatione videndi Clariss. Card. Bona Rerum Liturg. Lib.1, cap.XXV, num.IV, Du Cangius, Menardus in Sacramentarium S. Gregor. nota 742, & præcone Clariss. PP. Maurins in notis ad Lib. Offic. Laudation. S. Ambrosii tom.II, nova edit. col.55 & 56, ubi refellunt hæterodoxorum, Hospinianni præsertim lib.V Histor. Sacram. cap.6, accusationem exprobrantium Catholicis in vulgandis Patrum Operibus malam fidem, quod in edit. Romana S. Ambrosii Operum repositum legamus* dispensationem *non vero* consecrationem: *illud tamen Romanis editoribus primo non deberi eruditis viris compertum est*

*In Vigilia* (A) *beati Laurentii cantatur primum Nocturnum cum duobus Reſponſoriis ejuſdem Feſtivitatis. Laudes cantantur ſub prima Antiphona Laudum.*

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Si quis mihi miniſtraverit.

*Item de ſancto Romano.*

*Ant.* Dixit Romanus ad beatum Laurentium.

[℣.] Gloria & honore.

---

*In Feſtivitate* (B) *beati* LAURENTII.

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Martyrum Dominum, venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Quo progrederis ſine filio, Pater? quo Sacerdos? Sacerdos ſancte ſine Diacone properas? *Pſal.* Beatur vir.

*Ant.* Noli me derelinquere Pater ſancte; Quia jam theſauros expendi, quos tradidiſti michi. *Pſ.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Non ego te deſero fili, neque derelinquo; ſed majora tibi debentur pro fide Chriſti certamina. *Pſal.* Domine quid.

℣. Levita Laurentius bonum opus operatus eſt.

℟. Qui per ſignum Crucis cæcos illuminavit.

℟. Levita Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum Crucis cæcos illuminavit, Et theſauros Eccleſiæ dedit pauperibus. ℣. Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Et theſauros. Menſis Auguſti.

℟. Puer meus noli timere, quia ego tecum ſum, dicit Dominus. Dum tranſieris per ignem, flamma non nocebit tibi, Et odor ignis non erit in te. ℣. Protector tuus ſum, dicit Dominus; dum tranſieris per ignem, non combureris. Et odor.

℟. O Hyppolyte, ſi credas in Dominum Jeſum Chriſtum, Et theſauros tibi oſtendo, & vitam æternam promitto. ℣. Si dictis facta compenſes, faciam quæ hortaris. Et theſauros.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* O Lucille, ſi credas in Dominum, baptizare; & illuminabit te. *Pſal.* Cum invocarem.

[*Ant.*] O Hyppolyte, ſi credas in Dominum Jeſum Chriſtum; Et theſauros tibi oſtendo, & vitam æternam promitto. *Pſalm.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Beatus Laurentius dixit. Domine Jeſu Chriſte, Deus de Deo, miſerere michi ſervo tuo. *Pſ.* In Domino confido.

℣. In craticula te Deum non negavi.

℟. Et ad ignem applicatus, te, Chriſte, confeſſus [ſum.]

℟. Gaudeo plane, quia januas tuas ingredi merui, accuſatus, non negavi, in-



(A) *In Vigilia Beati Laurentii &c.* Antiquitus nullum erat Nocturnum trium Pſalmorum præterquam in Paſchate; quare poſteriori id adſcribendum eſt ætati. Quod ideo factum arbitramur, ut aliquo ſaltem modo altera Vigilia ſuppleretur, quæ olim ad noctis initium in hoc feſto celebrabatur, ut mox dicemus.

(B) *In Feſtivitate B. Laurentii.* Binæ olim Vigiliæ celebrabantur in nocte S. Laurentii, duoque Nocturnalia ejuſdem Officia habebantur in Antiphonario Romano, Amal. c. 61. dolemus eorum alterum jam deperditum.

(1) *Ita in Mſ.*

Menſis Auguſti.

vi, interrogatus, te Chriſte confeſſus ſum, aſſatus, gratias [a] agam. ℣. Probaſti Domine cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas. Gratias.

℟. In craticula te Deum non negavi; Et ad ignem applicatus, te Dominum Jeſum Chriſtum confeſſus ſum. ℟. Probaſti Domine cor meum, & viſitaſti nocte; igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas. Et ad ignem.

℟. Beatus Laurentius exclamavit, & dixit. Deum meum colo, & illi ſoli ſervio. Et ideo non timeo tormenta tua. ℣. Mea nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. Et ideo.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Dixit Romanus ab beatum Laurentium. Video [a] in te hominem pulcherrimum; feſtina, me baptizare. *Pſal.* Domine quis habitabit.

*Ant.* Eruditus vel nutritus Romanus; Et a cunabulis Chriſti ſum ſervus. *Pſal.* Conſerva me.

*Ant.* Beatus Laurentius dixit. Mea nox obſcurum non habet, ſed omnia in luce clareſcunt. *Pſ.* Exaudiat te.

℣. Diſperſit, dedit pauperibus.

℟. Juſtitia ejus manet in ſeculum ſæculi.

℟. Meruit eſſe hoſtia Levita Laurentius, qui dum aſſaretur, non negavit Dominum, & ideo inventus eſt Sacrificium laudis. ℣. Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua. Sacrificium.

℟. Stridebant corporis membra, poſita ſuper craticula. Subjicientibus prunas, inſultat Levita Chriſti. Beate Laurenti Martyr Chriſti, intercede pro nobis. ℣. Beatus Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum Crucis cæcos illuminavit. Beate.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Levita Laurentius bonum opus operatus eſt, qui per ſignum Crucis cæcos illuminavit. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Laurentius ingreſſus [b] Martyr, & confeſſus eſt nomen Domini Jeſu Chriſti. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Adhæſit anima mea poſt te, quia caro mea igne cremata eſt propter te, Deus meus. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* In craticula te Deum non negavi, & ad ignem applicatus, te Chriſte confeſſus ſum: probaſti cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas. *Pſ.* Benedicite.

*Ant.* Stridebant corporis membra poſita ſuper craticula; ſubjicientibus prunas, inſultat Levita Chriſti. *Pſal.* Laudate.

℣. Poſuiſti Domine ſuper capud ejus.

℟. Coronam de lapide pretioſo.

[*Ant.*] Si quis mihi miniſtraverit, honorificabit eum Pater meus qui eſt in cælis. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Interrogatus, te Chriſte confeſſus ſum; aſſatus, gratias ago. *euouae.*

---

*In Feſto Sanctorum* TIBURTII & SUSANNÆ.

[*Ant.*] Inclytus Martyr Tiburtius, cum nudatis plantis ſuper prunas ferventes incederet, Faviano Præfecto dixit. Videtur mihi, quia ſuper roſeos

*a.* ante. *b.* eſt.

(1) *Mſ.* gratias ago, *cui conſentit & Antiphonarius novæ edit. Operum S. Gregorii.*

ſeos flores incedam in nomine Domini mei Jeſu Chriſti. [*Cant.*] Benedictus.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

---

*In Feſto Sanctorum* EUPLI *&* [a] ELEUCI.

*Ant.* Beatus Euplus Præſidi Calviſiano dixit. Ego ſacrifico & immolo meipſum Patri & Filio & Spiritui Sancto.

---

*In Feſto Sanctorum* HYPPOLITI *& Sociorum ejus.*

℟. O Hyppolyte ſi. [*Require ſupra pag.* 131.]

*Ant.* O Hyppolyte. [*Require ibidem.*] *euouae.*

℣. Exultabunt Sancti in gloria.

℟. Lætabuntur.

---

*Si Vigilia Beatæ Mariæ in Dominica venerit, Sabbato prævenimus omnia Officia Vigiliæ celebrare. Dominica* (A) *vero omnia de ſancto Laurentio facimus, uſque ad Verſum tertii Nocturni, qui eſt de ſancto Euſebio, cum tribus ejus Lectionibus.*

*In Vigilia* (B) *Aſſumptionis Beatæ Mariæ cantatur ad Matutinum, totum primum Nocturnum cum duobus Reſponſoriis ejuſdem Feſtivitatis. Laudes vero cantantur ſub prima Antiphona Laudum.* Menſis Auguſti.

*Ad* Benedictus.

*Ant.* Maria Virgo aſſumpta eſt.

*Item de Sancto Euſebio.*

*Ant.* Beatus ſervus..

[℣.] Os juſti meditabitur.

---

IN ASSUMPTIONE (C) BEATÆ DEI GENITRICIS MARIÆ.

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Virginum. Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Exaltata eſt Sancta Dei Genitrix ſuper choros Angelorum ad cæleſtia Regna. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Paradiſi gaudia per te nobis aperta ſunt, quæ hodie glorioſa cum Angelis triumphas. *Pſ.* Cæli enarrant.

*Ant.* Specioſa facta es & ſuavis in deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix. [*Pſal.*] Domini eſt terra.

℣. Exaltata es Sancta Dei Genitrix.

℟. Super choros Angelorum ad cæleſtia Regna.

℟. Vidi Specioſam, ſicut columbam aſcendentem deſuper rivos aquarum, cujus inæſtimabilis odor erat magnus in veſtimentis ejus. Et ſicut dies verni circumdabant eam flores roſarum, & lilia convallium. ℣. Quæ eſt iſta, quæ

a. Leucii.

(A) *Dominica vero &c.* Tenacior olim erat obſervantia Officii diei Dominicæ, quod, niſi celeberrima in eum diem incidiſſet Feſtivitas, numquam dimittebatur. Micrologus cap. 62.

(B) *In Vigilia Aſſumptionis &c.* Radulphus Tungrenſis propoſ. 19 aſſerit ex Antiphonario Romano in ea Vigilia Officium Vigiliæ incipere a Matutinis. Vide quæ diximus in Vigilia S. Laurentii.

(C) *In Aſſumptione &c.* Et hoc Feſtum ex eorum erat numero, quæ duplicem nocturnam Vigiliam habebant; binaque in Antiphonariis Officia Nocturnalia. Amalar. cap. 62.

Menſis Auguſti.

quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? Et ſicut.

℟. Sicut cedrus (exaltata ſum) in Libano, & ſicut cypreſſus in monte Sion; quaſi myrrha electa, dedi ſuavitatem odoris. ℣. Et ſicut cynnamomum & balſamum aromatizans, odorem dedi. Suavitatem.

℟. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. ℣. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem. Propterea.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Sicut myrrha electa, odorem dediſti ſuavitatis Sancta Dei Genitrix. *Pſal.* Eructavit.

*Ant.* Benedicta tu inter mulieres, & benedictus, Fructus ventris tui. *Pſal.* Deus noſter refugium.

*Ant.* Super ſalutem & omnem pulchritudinem, electa eſt a Domino Sancta Dei Genitrix. *Pſalm.* Fundamenta.

℣. Speciosa facta es & ſuavis.

℟. In deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix.

℟. Te laudant Angeli, Sancta Dei Genitrix, quæ virum non cognoviſti; & Dominum in utero bajulaſti. Concepiſti Dominum noſtrum, Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres. ℣. Ipſum genuiſti, quem in præſepi poſuiſti, quem adorant multitudo Angelorum. Ut benedicta.

℟. Quæ eſt iſta quæ proceſſit ſicut Sol, & formoſa, tanquam Hieruſalem? Viderunt eam filiæ Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudaverunt eam. ℣. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris? Viderunt.

℟. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum. Quia concupivit Rex ſpeciem tuam. ℣. Specie tua, pulchritudine tua intende, proſpere procede, & regna. Quia.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Benedicta tu inter mulieres, per quam maledictio matris Evæ ſoluta eſt. *Pſal.* Cantate Domino. I.

*Ant.* Paradiſi porta per Evam cunctis clauſa eſt, & per Mariam Virginem patefacta eſt. *Pſal.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* In prole Mater, & in partum Virgo, Gaude & lætare Mater Domini mei Jeſu Chriſti. *Pſal.* Cantate Domino. II.

℣. Dignare me laudare te Virgo ſacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

℟. Iſta ſpecioſa inter filias Hieruſalem, ſicut vidiſtis eam plenam charitate dilectionis, In cubilibus & in hortis aromatum. [℣.] Specie tua. In cubilibus.

℟. Beatam me dicent omnes generationes, quia fecit michi Dominus magna qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus. ℣. Et miſericordia ejus a progenie in progenies, timentibus eum. Quia.

℟. Pulchra facie, ſed pulchrior fide, Beata es Virgo Maria. Reſpuens Mundum lætaberis cum Angelis; Intercede pro omnibus nobis. ℣. Sancta & Immaculata Virginitas, quibus te laudibus referam, neſcio. Intercede.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Maria Virgo ſemper lætare, quæ meruiſti Chriſtum portare cæli & terræ Conditorem, quia de tuo utero protuliſti Mundi Salvatorem. *Pſ.* Dominus regnavit.

*Ant.* Ante thorum hujus Virginis frequen-

frequentate nobis dulcia cantica dragmatis. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Optimam partem elegit ſibi Maria, quæ non auferetur ab ea in æternum. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Oculi tui, Sancta Dei Genitrix, ſicut piſcinæ in Eſebon, quæ ſunt in portis filiæ multitudinis. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate! *Pſal.* Laudate.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

*In Euang.*

*Ant.* Maria Virgo aſſumpta eſt ad æthereum thalamum, in quo Rex regum ſtellato ſedet ſolio. *Pſ.* Benedic.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Unguentum effuſum nomen tuum, Dei Genitrix, & recti diligunt te. *Pſ.* Dicit Dominus.

*Ant.* Pulchra es, & decora filia Hieruſalem, terribilis ut caſtrorum acies ordinata. *Pſal.* Laudate pueri.

*Ant.* Revertere, revertere Sunamitis, revertere, revertere, ut intucamur te. *Pſal.* Lætatus.

*Ant.* Hortus concluſus Dei Genitrix, hortus concluſus, & fons ſignatus. *Pſ.* Niſi Dominus.

*Ant.* Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius. *Pſ.* Lauda Jeruſalem.

*Ant.* O quam glorioſe migraſti ad Chriſtum, Beata[a] es venerabilis Virgo Maria! cui Abrahæ ſinus non ſufficit, ſed cæli palatia patent. *Pſalm.* Magnificat.

*Ant.* Nigra ſum ſed de formoſa filia Hieruſalem. Ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum ſuum. *euouae.*

*In Feſto* S. AGAPITI *Martyris.* Menſis Auguſti.

*Ant.* Sanctus Agapitus annorum quindecim, Chriſtum confeſſus eſt, coronam meruit. *euouae.*

---

*In Feſto* S. AUGUSTINI.

*Omnia de Communi Sacerdotum facimus uſque ad Verſum tertii Nocturni. Eodem die Feſtum ſancti Hermetis.*

℣. Poſuiſti Domine.

*VII. Reſponſorium.*

℟. Ego Præfecturam non perdidi, ſed mutavi; nam dignitas terrena a terris tollitur ac mutatur; Dignitas vero cæleſtis, æterna ſublimitate ſubſiſtit. ℣. Domine meus Hermen, recipe Præfecturam tuam, & recipe patrimonium tuum, tuæque domus ornatum. Dignitas.

*De ſancta Balbina.*

*VIII.* ℟. Conſtans eſto filia, & in virginitate permane. Et ego te faciam tuum Sponſum videre; Quia propter tuum amorem ſuum ſanguinem fudit. ℣. Audi filia, & vide; & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum. Et ego.

*In Laudibus & Veſperis.*

*Ant.* Ecce Sacerdos.

℣. Juſtus ut palma.

*In Euang.*

[*Ant.*] Fidelis ſervus.

*Item de ſancto Herm.*

[*Ant.*] Domine meus Hermen, recipe Præfecturam tuam, tuæque domus ornatum.

[℣.] Gloria & honore.

*Sequitur de ſancta Balbina.*

[*Ant.*] Expanſis manibus orabat ad Dominum, ut eam eriperet de inimicis ſuis.

℣. Veni ſponſa Chriſti.

*In*

a. &.

Hiſtoriæ de Job. *In Decollatione* B. JOHANNIS BAPTISTÆ.

*Omnia facimus de Communi unius Martyris uſque ad Verſum tertii Noct.*

*Eodem die Feſtum ſanctæ Savinæ.*

℣. Elegit eam Deus.

*Septimum Reſponſorium*,

Elegit eam Deus.

*VIII.* ℟. Ego Savina gratias ago Domino, qui me per famulam ſuam Seraphiam de poteſtate dæmonum liberare dignatus eſt. Ideo non ſacrifico dæmoniis; quia Chriſtiana ſum, & Chriſtum habeo Dominum [℣.] Si ipſo juvante munda permanſero, ipſius ſum templum. Ideo.

*Ad Laudes & & Veſperas.*

[*Ant.*] Juſtum deduxit Dominus.

℣. Magna eſt gloria.

*In Evang.*

*Ant.* Puellæ ſaltanti imperavit mater. Nihil aliud petas, niſi caput Johannis Baptiſtæ. *Pſal.* Benedictus.

*Ant.* Miſſo Herodes ſpiculatore, ut amputaret capud Johannis in carcere. Quo audito, Diſcipuli ejus tulerunt corpus ejus, & poſuerunt illud in monumento. *Pſal.* Magnificat.

*De S. Savina ſequitur.*

*Ant.* Adeſto Domine cum ancilla tua Savina, & corrobora eam in tua magnitudine.

℣. Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam.

℟. Quam tibi Dominus præparavit.

---

*Kalendis Septembris.*

*Cantatur Hiſtoria* (A) *de Job.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem magnum. *Pſal.* Venite.

℟. Antequam comedam, ſuſpiro, & tanquam inundantis aquæ, ſic rugitus meus. Quia timor quem timebam, evenit michi, & quod verebar, accidit. Nonne diſſimulavi? nonne ſiluiꝰ & jam quievi? & venit ſuper me miſericordia tua, Domine. ℣. Nolo, multa fortitudine contendat mecum, ne magnitudinis ſuæ mole me premat, æquitatem proponat contra me. Nonne.

℟. Adeſto dolori meo Deus, nimium fatigor, & cecidit in luctum cythara mea; Et cantatio mea in plorationem. ℣. Verſa eſt in luctum cythara mea, & organum meum in voce flentium. Et cantatio.

℟. Auditu auris audivi te, Domine, nunc autem oculus meus videt te. Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere. ℣. Unum locutus ſum (quod utinam non dixiſſem) & alterum, quibus ultra [a] michi addam, ſed ponam digitum ori meo. Idcirco.

℟. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt; a multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum. Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum favillæ & cineri. ℣. O cuſtos hominum, quare me poſuiſti contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi gravis? parce michi Domine, nihil enim ſunt dies mei. Comparatus.

℟. Qui conſolabatur me, receſſit a me. Quæro quod habui, & non invenio,

a. nihil.

(A) *Hiſtoria de Job.* Antiquior Romanæ Eccleſiæ ritus poſtulabat ut prima Septembris hebdomada Reſponſoria de Pſalmis uſurparentur, & duabus ſubſequentibus hebdomadibus Reſponſoria de Job dicerentur. Amalar. in Prologo de ordine Antiphonarii & cap. 73.

venio, fundunt oculi mei lacrymas, quia repletus ſum amaritudine. ℣. Fletum deduxerunt oculi mei, & palpebras meas operuit umbra mortis. Fundunt.

℟. Scio, Domine, quia morti me traditurus es, ubi conſtituta eſt omnis domus viventium. Spero in te, Domine, quia non ad conſumptionem meam emittis manum tuam. Et ſi in profundum Inferni demerſus fuero, inde me liberabis. ℣. Si aſcendero in cælum, tu illic es; & ſi deſcendero in infernum, ades. Et ſi in.

℟. Inclinans faciem meam, ingemiſco, commovebor omnibus membris meis; Scio enim, Domine, quia impunitum me non dimittis. Sed, ſi ſum impius, quare non ſum mortuus, ſed laboro? ℣. O Cuſtos hominum, quare me poſuiſti contrarium tibi, & factus ſum michimetipſi gravis? parce michi Domine, nichil enim ſunt dies mei. Sed ſi.

* Petre. [ *Require in Feſtivitate S. Petri.*

℟. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis? ad increpandum verba componitis, & ſubvertere nitimini amicum veſtrum. Verumtamen quæ cogitaſtis, explete. ℣. Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies Mercenarii, dies ejus. Verumtamen.

℟. Induta eſt caro mea putredine, & ſordibus pulveris cutis mea aruit, & contracta eſt. Memento Domine, quia ventus eſt vita mea. ℣. Dies mei, ſicut umbra declinaverunt, & ego, ſicut fœnum arui. Memento.

℟. Deſiderium meum Omnipotens audi, & tribue mihi adjutorem, qui æquitatem proponat contra me; Ut perveniat ad victoriam judicium meum. ℣. Nolo, multa fortitudine [1] contendat mecum, ne magnitudinis ſuæ mole me premat; æquitatem proponat contra me. Ut perveniat. Hiſtoriæ de Job.

℟. Paucitas dierum meorum finitur brevi, dimitte me Domine, ſine, plangam paululum dolorem meum; antequam vadam ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine. ℣. Terra miſeriæ & tenebrarum, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Dimitte.

℟. Numquid Dominus ſupplantat judicium? aut, Omnipotens ſubvertit quod juſtum eſt? Libera me Domine, & pone me juxta te, cujuſvis manus pugnet contra me. ℣. Apprehende arma. [ *Require ſupra pag.* 129. ] Libera.

℟. Si bona ſuſcepimus de manu Domini, mala autem quare non ſuſcipiamus? Dominus dedit, Dominus abſtulit; ſicut Domino placuit, ita factum eſt, Sit nomen Domini benedictum. ℣. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt. Sit nomen.

℟. Nonne cognoſcit Deus vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? Quod ſi ambulavi in vanitate, aut feſtinavit in dolo pes meus, appendat me in ſtatera juſta, Et probet Deus innocentiam meam. ℣. Quis det ut veniat petitio mea? & quod expecto, tribuat michi Deus? Et probet.

℟. Caligaverunt oculi mei a fletu meo; Quia elongaverunt, qui [2] conſolabatur me. Videte omnes populi, Si eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. ℣. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite, & videte. Si eſt.



(1) *Mſ.* contempnat mecum. (2) *Ita in Mſ.*

Menſis Septembris.

*In Nativitate Dei Genitricis* MARIÆ.

*Super* [*Pſal.*] Venite.
Regem Virginum.
*Pſal.* Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Benedicta. 1. [*Require una cum ſequentibus in Aſſumptione S. Mariæ.*] *Pſalm.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Sicut myrrha electa. *Pſalm.* Cæli enarrant.

*Ant.* Speciosa facta es. [*Pſal.*] Domini eſt terra.

℣. Nativitas eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat[1] Eccleſias.

℟. Sicut cedrus.

℟. Diffuſa eſt gratia.

℟. Te laudant Angeli.

IN II NOCTURNO.

* *Ant.* Specie tua & pulchritudine tua [*&c. Pſalm.* Eructavit.]

*Ant.* Adjuvabit eam Deus vultu ſuo. Deus in medio ejus non commovebitur. *Pſalm.* Deus noſter refugium.

*Ant.* Super ſalutem. *Pſalm.* Fundamenta.

℣. Dignare me, laudare te Virgo ſacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

℟. Quæ eſt iſta.

℟. Veni Electa.

℟. Iſta ſpecioſa.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Benedicta tu. 11. [*Pſ.*] Cantate Domino. 1.

*Ant.* Paradiſi porta. [*Pſ.*] Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* In prole. [*Pſalm.*] Cantate. 11.

[*De S. Adriano Martyre.*]

[℣.] Gloria & honore.

℟. Juſtus germinavit.

℟. Iſte eſt qui ante Deum.

*Ad Laudes & Veſperas.*

*Ant.* Nativitas eſt glorioſæ Virginis Mariæ, ex ſemine Abrahæ ortæ, de tribu Juda, clara ex ſtirpe David. *Pſ.* Dominus regnavit.

*Ant.* Nativitas eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis, cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Regali ex progenie Maria exorta[2] refulget, cujus precibus nos adjuvari, mente & ſpiritu devotiſſime poſcimus. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Corde & animo Chriſto canamus gloriam in hac ſacra ſolemnitate præcelſæ Genitricis Dei Mariæ. *Pſ.* Benedicite.

*Ant.* Cum jocunditate Nativitatem[3] beatæ Mariæ celebremus, ut ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Deum noſtrum. *Pſalm.* Laudate.

℣. Nativitas eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

*In Evang.*

*Ant.* Nativitatem hodiernam perpetuæ Virginis Genitricis Dei Mariæ ſollempniter celebremus, quam celſitudo throni præcellit. alleluja. *Pſ.* Benedictus.

*It. De S. Adriano.*

[*Ant.*] Qui vult venire poſt me, dicit Dominus, abneget ſemetipſum.

*Hiſto-*

(1) *Idem Mſ. ibi*, illuſtras. (2) *Idem Mſ.* refulſit. (3) *Mſ.* Sanctæ Mariæ.

Hiſtoriæ de Tobia.

*Hiſtoria Tobiæ.* (A)

℟. Benedicite Deum cæli, & coram omnibus yiventibus confitemini ei. Quia fecit vobiſcum miſericordiam ſuam. ℣. Tempus eſt ut revertar ad eum, qui me miſit, vos autem benedicite Deum. Quia.

℟. Omni tempore benedic Deum, & pete abeo, ut vias tuas dirigat. Et omni tempore conſilia tua in ipſo permaneant. ℣. Memor eſto fili, quoniam pauperem vitam gerimus; habebis multa bona, ſi timueris Dominum. Et omni.

℟. Memor eſto fili, quoniam pauperem vitam gerimus; Habebis multa bona, ſi timueris Dominum. ℣. Fiducia magna erit coram ſummo Deo, eleemoſyna, omnibus facientibus eam. Habebis.

℟. Sufficiebat nobis paupertas noſtra, ut divitias computaremus. Numquam fuiſſet pecunia ipſa, pro qua miſiſti filium noſtrum, baculum ſenectutis noſtræ. ℣. Heu me, fili! ut quid te miſimus peregrinari, lumen oculorum noſtrorum? Numquam.

℟. Peto, Domine, ut de vinculo improperii hujus abſolvas me, aut certe deſuper terram eripias me, ne reminiſcaris delicta mea vel parentum meorum, neque vindictam ſumas de peccatis meis; Quia eruis ſuſtinentes te Domine. ℣. Scio, Domine, quia poſt tempeſtatem, tranquillum facis, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Quia.

℟. Tempus eſt ut revertar ad eum qui miſit me, vos autem benedicite Deum, Et enarrate omnia mirabilia ejus. ℣. Benedicite Deum cæli, & & coram omnibus viventibus confitemini ei. Et enarrate.

℟. Sicut præceſſit Tobiam Raphael Angelus ad præparandam viam, ita comitetur vobiſcum, Et diſponat iter veſtrum in pace & gaudium. ℣. Euntibus vobis & redeuntibus, Angelus Domini bonus comitetur vobiſcum. Et diſponat.

℟. Magnus es Domine Deus noſter, Quoniam tu caſtigas, & ſalvas, deducis ad inferos, & reducis; & poſt lacrymationem & fletum, exultationem infundis. ℣. Magnus es Domine Deus noſter, & per omnia ſæcula nomen tuum. Quoniam.

---

*In Feſto Exaltationis Sanctæ* CRUCIS, *&* *SS.* CORNELII *&* CYPRIANI, *cantatur ad Matutinum de Hiſtoria plurimor. Mart. uſque ad Verſum tertii Nocturni, qui eſt de ſancta Cruce. Verſum, duo ultima Reſponſoria, Laudes & alium Verſum require in Inventione ſanctæ Crucis. Antiphonæ cum Verſibus, cantantur ſine* Alleluja. *Sequitur Antiphona de Sanctis. Aut.* Lætamini in Domino.

---

*Hiſtoria Judith.* (B)

*Super* [*Pſal.*] Venite.



(A) *Hiſtoria Tobiæ.* Antiquis temporibus in quarta Septembris hebdomada locum habebant in Eccleſiaſtico cantu Reſponſoria de Tobia. Amalar. in Prologo de ord. Antiph. & cap. 73, ubi aſſerit novenarium horum Reſponſoriorum numerum ſupplendum eſſe ex Reſponſoriis de Job.

(B) *Hiſtoria Judith.* Ex priſco Eccleſiæ Romanæ ritu Reſponſoria *de Judith, de Eſther & Eſdra* per primam ac ſecundam Octobris hebdomadam eſſent decantanda. Amal. in Prologo &c. Obiter hic animadvertimus ℟. de Eſdra quod incipit *Memento mei Rex &c.* locum olim habuiſſe poſt ℟℟. de Eſther, ut etiam in noſtro Antiphonario collocatur.

Hiſtoriæ de Judith, & de Heſter.

Quoniam Deus magnus.

℟. Adonai, Domine Deus magne & mirabilis, qui dediſti ſalutem in manu feminæ, Exaudi preces ſervorum tuorum. ℣. Benedictus es Domine, qui non derelinquis præſumentes de te, & de ſua virtute gloriantes, humilias. Exaudi.

℟. Domine Deus, qui conteres bella ab initio, eleva brachium tuum ſuper Gentes, quæ cogitant ſervis tuis mala. Et dextera tua glorificetur in nobis. ℣. Allide virtutem eorum in virtute tua; cadat robur eorum in iracundia tua. Et dextera.

℟. Nos alium Deum neſcimus, præter Dominum, in quo ſperamus. Qui non deſpiciet nos, nec ammovet ſalutem ſuam a genere noſtro. ℣. Indulgentiam ejus fuſis lacrymis poſtulemus, & humiliemus illi animas noſtras. Qui non.

℟. Vos qui in turribus eſtis, Aperite portas. (1) Dominus fecit virtutem, & victoriam dedit de inimicis noſtris. ℣. Cumque veniſſet Judith ad portam civitatis, dixit a longe cuſtodibus murorum. Aperite.

℟. Laudate Dominum Deum noſtrum, qui non deſeruit ſperantes in ſe; Et in me adimplevit miſericordiam ſuam, Quam promiſit domui Iſrael. ℣. Et interfecit hoſtem populi ſui in manu mea in hac nocte. Et in me.

℟. Benedixit te Dominus in virtute ſua, Qui per te ad nihilum redegit inimicos noſtros, Ut non deficiat laus tua de ore hominum. ℣. Benedictus Dominus qui creavit cælum & terram; quia hodie nomen tuum magnificatum eſt. Ut non.

℟. Magnus es Domine & præclarus, & laudabilis in virtute, & inviſibilis. Tibi ſerviet omnis creatura tua. ℣. Qui regis Iſrael, intende, qui deducis velud ovem, Joſeph. Tibi ſerviet.

℟. Petre amas me? [*Require in Feſtivitate ſancti Petri.*]

(1) *Mſ.* Dominus omnipotens fecit virtutem.

---

*Hiſtoria Heſter.*

℟. Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta ſunt poſita, & non eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ, libera nos propter nomen tuum. ℣. Exaudi orationem noſtram, & converte luctum noſtrum in gaudium. Propter.

℟. Conforta me Rex, Sanctorum principatum tenens, Da ſermonem rectum, & bene ſonantem in os meum. ℣. Da nobis Domine locum pœnitentiæ, & ne claudas ora laudantium te, Domine. Da ſermonem.

℟. Da nobis Domine locum pœnitentiæ, Et ne claudas ora laudantium te, Domine. ℣. Ne tradas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt, ne irrideant ad ruinam noſtram. Et ne claudas.

℟. Miſerere Domine populo tuo, quia volunt inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere de terra, ne deſpicias partem tuam, quam redemiſti ex Ægypto; ſed converte luctum noſtrum in gaudium, Ut viventes collaudemus te, Domine. ℣. Exaudi orationem noſtram, & propitius eſto populo tuo. Ut viventes.

℟. Spem in alium nunquam habui, præter in te, Deus Iſrael. Qui iraſceris, & propitius eris, & omnia peccata hominum in tribulatione dimittis. ℣. Domine Deus cæli & terræ, reſpice

pice ad humilitatem noſtram . Qui iraſceris .

℟. Memento mei Deus in bono , Et ne deleas miſerationes meas , quas feci in domo Dei mei , & in cerimoniis ejus . ℣. Memento verbi tui ſervo tuo Domine , in quo michi ſpem dediſti . Et ne .

---

*In Feſto Sanctorum Martyrum* COSMÆ & DAMIANI .

VIII. ℟. Coſmas & Damianus , Antimus , Leontius & Euprepius , Hii quinque fratres a Deo coronati ſunt . ℣. Juſtorum . Hii .

*Ant.* Coſmas & Damianus , Antimus , Leontius & Euprepius , hii quinque fratres a Deo coronati ſunt . [*Cant.*] Benedictus .

---

*In Feſto Dedicationis Sancti* MICHAELIS ARCHANGELI , *omnia cantantur ſicut in altero Feſto Maii , tamen abſque* Alleluja .

---

*Hiſtoria* (A) *Machabæorum cantatur uſque ad Kalendas Novembris* .

℟. Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis , & faciat pacem in diebus noſtris . Concedat nobis ſalutem , & redimat nos a malis . ℣. Exaudiat Dominus orationes veſtras , & reconcilietur vobis , nec vos deſerat . Concedat .

℟. Exaudiat Dominus orationes veſtras , Et reconcilietur vobis , ne vos deſerat in tempore malo . ℣. Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis , & faciat pacem . Et reconcilietur . Hiſtorie de Machabæis

℟. Tua eſt potentia , tuum regnum , Domine , tu es ſuper omnes Gentes . Da pacem Domine in diebus noſtris . ℣. Creator omnium , Deus terribilis & fortis , juſtus & miſericors . Da pacem .

℟. Refulſit ſol in clypeis aureis , & reſplenduerunt montes ab eis . Et fortitudo Gentium diſſipata eſt . ℣. Erat enim exercitus magnus valde & fortis , & appropiavit Judas & exercitus ejus ad pugnam . Et fortitudo .

℟. Impetum inimicorum ne timueritis , memores eſtote , quomodo ſalvi facti ſunt Patres noſtri . Et nunc clamemus in cælum , & miſerebitur noſtri Deus noſter . ℣. Mementote mirabilium ejus , quæ fecit Pharaoni & exercitui ejus in mari Rubro . Et nunc .

℟. Ornaverunt faciem Templi coronis aureis , & dedicaverunt altare Domino ; Et facta eſt lætitia magna in populo . ℣. In hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum . Et facta .

℟. In Hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum , Qui magna fecit in Iſrael , & victoriam dedit illis Dominus omnipotens . ℣. Ornaverunt faciem Templi coronis aureis , & dedicaverunt altare Domino . Qui magna .

℟. Congregati ſunt inimici noſtri , & gloriantur in virtute ſua ; conteres fortitudinem illorum Domine , & diſperge illos . Ut cognoſcant , quia non eſt alius qui pugnet pro nobis , niſi tu Deus noſter . ℣. Diſperge illos in virtute tua , & deſtrue eos protector noſter Domine . Ut cognoſcant .

℟. Di-

(A) *Hiſtoria Machabæorum* . ℟℟. de Machabæis a tertia tantum Octobris hebdomada ad Novembrem uſque olim dicebantur in Urbe . Amalar. loco citato .

Hiſtoriæ de Machabæis

℟. Dixit Judas Simoni fratri ſuo. Elige tibi viros, & vade, libera fratres tuos in Galilæam; ego autem & Jonathas frater meus ibimus in Galaadithin. Sicut fuerit voluntas in cælo, ſic fiat. ℣. Et nunc clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri. Sicut.

℟. Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael. Hic eſt qui multum orat pro populo & univerſa ſancta civitate Jeruſalem. ℣. Vir iſte in populo ſuo mitiſſimus apparuit. Hic.

℟. Congregatæ ſunt Gentes in multitudine, ut dimicent contra nos, & ignoramus, quid agere debeamus. Domine Deus, ad te ſunt oculi noſtri, ne pereamus. ℣. Tu ſcis quæ cogitant in nos, quomodo poterimus reſiſtere ante faciem illorum, niſi tu adjuves nos? Domine.

℟. Tu Domine univerſorum, qui nullam habes indigentiam, voluiſti Templum tuum fieri in nobis; Conſerva Domum iſtam immaculatam in æternum, Domine. ℣. Tu elegiſti Domine Domum iſtam ad invocandum nomen tuum in ea, ut eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo. Conſerva.

℟. Aperi cælos tuos Domine, & vide afflictionem noſtram, circumdederunt nos Gentes ad puniendum nos; ſed tu Domine extende brachium tuũ, Et libera animas noſtras. ℣. Domine Deus Iſrael exaudi preces noſtras, auribus percipe dolorem cordis noſtri. Et libera.

℟. Dirumpam vincula populi mei, dicit Dominus, & diſpergam omnia mala, quæ induxi ſuper eum; Et auferam univerſum dolorem a facie terræ, & a Civitate iſta. ℣. Ego enim ſum Dominus Deus veſter, qui habitare vos feci in loco iſto. Et auferam.

---

*Iſtæ* (A) *Antiphonæ cantantur in Dominicis diebus ad* Benedicite omnia, *a medio Octubris uſque ad Adventum Domini, niſi fuerit Feſtum.*

*Ant.* Tres [1] video viros ambulantes per medium ignis, & aſpectus quarti ſimilis eſt Filio Dei. alleluja. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Tres in fornace ignis deambulabant, & collaudabant Dominum Regem, canentes; ex uno ore hymnum dicebant, Benedictus es Deus. alleluja. *Pſ.* Benedicite omnia.

*Ant.* Non cellabant miniſtri Regis ſuccendentes flammas, ut ſanctos Dei pueros comburerent: de cælo venit tanquam ſpiritus roris flantis, refrigerium [a] præſtabant Sancti. alleluja. *Pſ.* Benedicite omnia opera.

*Ant.* Caminus ardebat ſepties quam ſolebat, & Sancti tui, Domine, in medio pſallebant. Annanias dicebat, Sanctus Deus. Azarias pſallebat, Sanctus Fortis. Miſael una voce clamabat;

a. præſtabat Sanctis.

(A) *Iſtæ Antiphonæ &c.* Vide Radulphum Tungrenſem lib. de obſervantia Canonum propoſ. 15.

(1) *Bened. Canon. num. 75 ait*: Mediante Octubrio, in ſuperis Dominicis ad matutinas Laudes, quando dicitur, *Benedicite omnia opera Domini Domino*, cantantur hæ antiphonæ, *Dum perdurant*, *Tres video viros*, & aliæ quæ in Antiphonario inveniuntur: *Ubi fortaſſe Mabillonius, aut qui apographum eidem excepiſſe minus bene diſtinxit voces* Dum perdurant, *quaſi eſſent unius Antiphonæ initium*: *arbitror enim eas voces ad antecedentia referri, atque ſignificare* dum perdurant Dominicæ: *ſive etiam ad frequentia referuntur, perinde ac ſi indicare vellens*, cantantur hæ antiphonæ omnes.

bat ; Sanctus & Immortalis, miſerere nobis. *Pſ.* Benedicite omnia opera.

*Ant.* Ambulabant in camino ignis pueri tres (& in medio eorum [a] Filium Dei.) Et hymnum Deo dicebant. alleluia. *Pſal.* Benedicite omnia opera.

*Ant.* Benedictus Deus Sydrac, Miſac, Abdenago, qui eruit ſervos ſuos de camino ignis ardentis. alleluja. *Pſal.* Benedicite omnia opera.

---

*In Feſto Sancti* CALIXTI *Papæ & Martyris.*

*VIII.* ℟. Beatus Caliſtus Epiſcopus dedit orationem dicens, Deus qui diſperſa congregas, & congregata conſervas, auge fidem & fiduciam ſervis tuis, per Chriſtum Dominum noſtrum. ℣. Congreget Dominus triticum in horreum ſuum, paleas autem comburet igni. Per Chriſtum.

℟. Beatus Calixtus dedit orationem, dicens, Deus qui diſperſa congregas, & congregata conſervas, auge fidem & fiduciam ſervis tuis, per Chriſtum Dominum noſtrum. *Pſalm.* Benedictus.

---

*In Feſto Omnium* SANCTORUM.

*Ad Matutinum.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Regum Dominum venite adoremus, quia ipſe eſt corona Sanctorum omnium. *Pſalm.* Venite.

IN I NOCTURNO.

Novit Dominus, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.* [*de Communi plurimorum Martyrum.*]

℟. In dedicatione Templi. [*Req. in Dedicat. Eccleſ.*]

℟. Aſpice Domine. [*Req. pag.* 144.] Menſis Novembris.

℟. Oſtendit michi Angelus. [*Req. pag.* 98.]

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Filii hominum, *cum ſuis Ant. & Pſalmis.*

℟. Hic Præcurſor dilectus. [*Req. pag.* 118.]

℟. Benedicti mei. [*Req. in Comm. plurim. Apoſtol.*]

℟. Viri Sancti. [*Req. in Comm. plurim. Mart.*]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Habitabit in, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.*

[℟.] Te laudant Angeli. [*Require pag.* 134.

*Eodem die Feſtum S. Cæſarii Martyris.* [1]

℟. *VIII.* Beatus Cæſarius Diaconus in medio militum dixit. Gratias tibi ago Domine Jeſu Chriſte, qui me dignatus es facere ſocium ſervorum tuorum. ℣. Dum duceretur, & præcipitio mergeretur beatus Cæſarius, dicebat. Gratias.

*Ad Laudes.*

*Ant.* Vidi turbam magnam (quam dinumerare nemo poterat) ex omnibus gentibus, ſtantem ante thronum. *Pſ.* Dominus regnavit.

*Ant.* Et omnes Angeli ſtabant in circuitu throni, & ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas, & adoraverunt Deum. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Redemiſti nos Domine Deus in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnum. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Benedicite Dominum omnes Ele-

*a.* Filius.

(1) *Omittebantur in prima editione voces, ſive inſcriptio* : Eodem die Feſtum S. Cæſarii martyris, *quam inſcriptionem, quum reperiatur in noſtro Mſ. reſtituimus.*

Hiſtoriæ de Prophetis. Electi ejus ; agite diem lætitiæ , & confitemini illi . *Pſalm.* Benedicite omnia .

*Ant.* Hymnus omnibus Sanctis ejus, filiis Iſrael , populo appropinquanti ſibi ; gloria hæc omnibus Sanctis ejus . *Pſalm.* Laudate .

*In Euang.*

*Ant.* O quam glorioſum eſt regnum , in quo cum Chriſto gaudent omnes Sancti ! amicti ſtolis albis , ſequuntur Agnum quocumque jerit . *Pſ.* Benedictus .

*Sequitur de S. Cæſario .*

[ *Ant.* ] Poſuiſti Domine .

℣. Gloria & honore .

*Ad* Magnificat .

*Ant.* Te glorioſus Apoſtolorum chorus , te Prophetarum laudabilis numerus , te Martyrum candidatus laudat exercitus , te omnes Electi voce confitentur unanimes , Beata Trinitas, Unus Deus . *Pſal.* Magnificat .

---

*Hiſtoria* (A) *Prophetarum cantatur a Kalendis Novembris uſque ad Adventum Domini .*

℟. Aſpice Domine de ſede ſancta tua , & cogita de nobis : inclina Deus meus aurem tuam , & audi ; aperi oculos tuos , Et vide tribulationem noſtram . ℣. Reſpice Domine de ſanctuario tuo , & de excelſo cælorum [a] habitatio . Et vide .

℟. Aſpice Domine , quia facta eſt deſolata , Civitas plena divitiis , ſedet in triſtitia domina Gentium . Non eſt qui conſoletur eam , niſi tu Deus . ℣. Qui dicunt : Exinanite , exinanite quouſque ad fundamentum in ea , filia Babylonis miſera . Non eſt qui .

℟. Super muros tuos , Hieruſalem, conſtitui cuſtodes . Tota die & nocte non tacebunt laudare nomen Domini . ℣. Qui reminiſcimini Domini , ne taceatis , & ne detis ſilentium ei . Tota.

℟. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine , & armis tuæ potentiæ protege nos ſemper . Libera Deus Iſrael , clamantes ad te . ℣. Erue nos in mirabilibus tuis , & da gloriam nomini tuo . Libera .

℟. Suſtinuimus pacem , & non venit , quæſivimus bona , & ecce turbatio ; cognovimus , Domine , peccata noſtra ; Non in perpetuum obliviſcaris nos . ℣. Peccavimus cum patribus noſtris , injuſte egimus , iniquitatem fecimus . Non in .

℟. Redemit Dominus populum ſuũ, & liberavit eos , & venient , & exultabunt in montem Sion ; Et gaudebunt de bonis Domini ſuper frumento vino & oleo , & ultra non eſurient . ℣. Laudabunt Dominum habitatores Hieruſalem , & in illa die clamabunt , & dabunt Domino Deo laudem . Et gaudebunt .

℟. Oravi Deum meum ego Daniel , dicens . Exaudi Domine preces ſervi tui , Illumina faciem tuam ſuper Sanctuarium tuum , & propitius intende populum iſtum , ſuper quem invocatum eſt nomen tuum , Deus . ℣. Domine Deus virtutum converte nos , & oſten-

a. habitaculo .

(A) *Hiſtoria Prophetarum* . Juxta veterem Romanum morem hebdomada prima Novembris Reſponſoria de Pſalmis ; ſubſequentibus autem hebdomadibus uſque ad Adventum Domini Reſponſoria de Prophetis dici deberent . Amalar. in Prologo & cap. 76.

oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. Et propitius.

℟. Petre [*Req. in Feſtivitate Sancti Petri.*]

℟. Miſit Dominus Angelum ſuum, & concluſit ora leonum; Et non me contaminaverunt, Quia coram eo juſtitia inventa eſt in me. ℣. Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam; animam meam eripuit de medio catulorum leonum. Et non.

℟. Laudabilis populus, quem Dominus Exercituum benedixit, dicens. Opus manuum mearum tu es; Hereditas mea, Iſrael. ℣. Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum, [a] Aſſyrios. Hereditas.

℟. Indicabo tibi homo, quid ſit bonum, aut Dominus requirat ad te; facere judicium & juſtitiam, Et ſollicitus, ambulare cum Deo tuo. ℣. Spera in Domino, & fac bonitatem; inhabita terram, & paſceris in divitiis ejus. Et ſollicit.

℟. Fluctus tui ſuper me tranſierunt, & ego dixi. Expulſus ſum ab oculis tuis, putas, videbo Templum ſanctum tuum? ℣. Abyſſus vallavit me, pelagus cooperuit caput meum. Et ego.

℟. Qui cælorum continens thronum, & abyſſos intueris, Domine Rex regum, montes ponderas, terram palmo concludis, Exaudi nos Deus in gemitibus noſtris. ℣. Non enim in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi.

℟. Genti peccatrici, populo pleno peccato, miſerere Domine Deus. ℣. Miſerere nobis Domine, miſerere nobis, quia multum repleti ſumus contemptione. Miſerere. Hiſtoriæ de Prophetis.

℟. Præcipita Domine omnes adverſarios iniquitatis, & divide linguas eorum, Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem adverſus ſanctam civitatem tuam Jeruſalem. Muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine Deus noſter. ℣. Circumdabit eam ſuper muros ejus iniquitas & dolus. Muro.

℟. Civitatem iſtam tu circumda Domine, Et Angeli tui cuſtodiant muros ejus; exaudi Domine populum tuum cum miſericordia. ℣. Avertatur furor tuus, Domine, a populo tuo, & a Civitate ſancta tua. Et Angeli.

---

*In Dedicatione Salvatoris cantatur de Hiſtoria Dedicationis uſque ad Verſum tertii Nocturni, qui eſt de Sancto Theodoro.*

℣. Gloria & honore.

*Eodem die Feſtum ſancti Theodori.*

VII. ℟. Beatus Theodorus, [1] Principe Præpoſito dixit. Ego milito Domino meo, & Regi meo Filio ejus. ℣. Me meus Dominus Rex & enutrit Chriſtus, in quo fui, & ero in æternum, Ego.

℟. Me meus Dominus & Rex enutrit Chriſtus, In quo fui, & ero in æternum. ℣. Beatus Theodorus, Principe Præpoſito dixit. Ego milito Domino meo. In quo.

*Ant.* Me meus Dominus & Rex enutrit Chriſtus, in quo fui, & ero in æternum. *euouae.*



RESPONS. ET ANTIPH.

a. Aſſyrio.

(1) *Mſ. heic & infra habet*, brince præpoſito: *conſuli de ea appellatione poterunt, ſi lubeat, hujus Martyris Acta licet inter minus ſincera a viris doctis recenſeantur.*

Menſis Novembris.

*In Feſto* S. MARTINI *Epiſcopi & Confeſſoris.*

℟. Beatus Martinus, electus Dei Pontifex, cui Dominus poſt Apoſtolos tantam gratiam conferre dignatus eſt; Ut in virtute Trinitatis Deificæ mererctur fieri trium mortuorum ſuſcitator almificus. ℣. Dum Sacramenta offerret beatus Martinus, globus igneus apparuit ſuper capud ejus. Ut in.

℟. Ora pro nobis beate Martine, ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. ℣. Offer pro nobis ſacratiſſimas preces Domino Deo. Ut digni.

℟. Dum ſacramenta offerret beatus Martinus, Globus igneus apparuit ſuper capud ejus. ℣. Oculis ac manibus in cælum ſemper intentus, invictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Globus.

℟. Martinus, Abrahæ ſinu lætus excipitur. Martinus, hic pauper & modicus, Cælum dives ingreditur, hymnis cæleſtibus honoratur. ℣. Dum Sacramenta. Cælum.

℟. O beatum virum Martinum Antiſtitem! Qui nec mori timuit, nec vivere recuſavit. ℣. Dum Sacramenta. Qui nec.

℟. Dixerunt diſcipuli ad beatum Martinum. Cur nos deſeris, pater, aut cui nos deſolatos relinquis. Invadent enim gregem tuum lupi rapaces. ℣. Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem, fiat voluntas tua. Invadent.

℟. Beatus Martinus, in cujus tranſitu Sanctorum canit numerus, Angelorum exultat chorus, Omniumque cæleſtium Virtutum occurrit pſallentium exercitus. ℣. Eccleſia virtute roboratur, Sacerdotum revelatione glorificatur. Quem Michael aſſumit cum Angelis. Omniumque.

℟. Ecce magnum & verum Sacerdotem. Ecce bonum diſpenſatorem. Qui clamydem ſuam dans pauperi Chriſti; Chriſtum enim induit, & videre meruit. ℣. Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Chriſtum.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Martine, miſit nos Dominus tibi auxilium ferre, & ruſticam multitudinem effugare. *Pſalm.* Dominus regnavit.

*Ant.* Martinus adhuc Catechumenus, hac me veſte contexit. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Beatus Martinus dixit Juliano. Chriſti enim ſum miles, pugnare, mihi non licet. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Martinus, Abrahæ ſinu lætus excipitur; Martinus, hic pauper & modicus, cælum dives ingreditur, hymnis cæleſtibus honoratur. *Pſalm.* Benedicite omnia.

*Ant.* Dum Sacramenta offerret beatus Martinus, globus igneus apparuit ſuper capud ejus. *Pſ.* Laudate.

*In Evang.*

*Ant.* Dixerunt diſcipuli ad beatum Martinum. Cur non deſeris, Pater; aut cui nos orphanos relinquis? Invadent enim gregem tuum lupi rapaces. *Pſalm.* Benedictus.

*Ad* Magnificat.

*Ant.* O quantus luctus omnium! quanta præcipue lamenta Monachorum, & Virginum chorus! Quia pium eſt, gaudere Martinum; & pium eſt, flere Martinum [*Cant.*] Magnificat.

---

*In Dedicatione Baſilicæ beati* PETRI *Principis Apoſtolorum.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Apoſtolorum.

IN

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Erit mihi. *Pſ.* Verba mea.

*Ant.* Erexit. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Bene. *Pſal.* In Domino confido.

℟. In dedicatione.

℟. Fundata.

℟. Locus iſte.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Architectus, *cum ſuis*.

℟. Exaudiſti.

℟. Domine, ſi converſus.

℟. Ornaverunt.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Hodie huic, *cum ſuis*.

℟. Tu Domine univerſorum.

℟. Tu es Petrus. [*Require in Feſtivitate S. Petri.*]

*Ad Laudes & Veſperas.*

[*Ant.*] Domum tuam, *cum ſuis Antiphonis, Pſalmis & ℣.*

*Ad* Benedictus.

[*Ant.*] Vidit Jacob ſcalam.

*Ant.* O quam metuendus.

---

*In Feſto* S. CECILIÆ *Virginis & Martyris.*

*Super* [*Pſal.*] Venite.

Regem Virginum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Chriſti virgo.

*Ant.* Dexteram.

*Ant.* Chriſtus.

* ℣. Specie tua & pulchritudine.

℟. Cantantibus Organis, Cecilia virgo in corde ſuo, ſoli Domino decantabat, dicens. Fiat, Domine, cor meum & corpus meum immaculatum, ut non confundar. ℣. Biduanis ac triduanis jejuniis orans, commendabat Domino quod timebat. Fiat.

Menſis Novembris.

℟. O beata Cecilia! quæ duos fratres convertiſti, Almachium Judicem ſuperaſti, Urbanum Epiſcopum in vultu Angelico demonſtraſti. ℣. Cecilia me miſit ad vos, ut oſtendatis michi ſanctum Urbanum. Urbanum.

℟. Virgo glorioſa ſemper Evangelium Chriſti gerebat in pectore. Et non diebus neque noctibus, vacabat a colloquiis divinis & oratione. ℣. Biduanis. Et non.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Induit me Dominus.

*Ant.* Mel & lac.

*Ant.* Jam corpus.

℣. Adjuvabit.

℟. Domine Jeſu Chriſte, Paſtor bone, ſeminator caſti conſilii, ſuſcipe ſeminum fructus, quos in Cecilia ſeminaſti. Cecilia famula tua, quaſi[1] apis tibi argumentoſa deſervit. ℣. Nam ſponſum, quem quaſi leonem ferocem accepit, ad te quaſi agnum manſuetiſſimum deſtinavit. Cecilia.

℟. Cilicio Cecilia membra domabat, Deum gemitibus exorabat, Almachium exuperabat, Tiburtium & Valerianum ad coronas vocabat. ℣. Fiat, Domine, cor meum & corpus meum immaculatum, ut non confundar. Tiburtium.

℟. Beata Cecilia dixit Tiburtio. Hodie te fateor meum eſſe cognatum, Quia amor Dei te fecit eſſe contemptorem idolorum. ℣. Sicut enim amor Dei michi fratrem tuum, conjugem fecit, ita te michi cognatum faciet. Quia amor.

*Totum tertium Nocturnum cantatur de Feſto Dedicationis.*

[IN LAUDIBUS.]

*Ant.* Cantantibus organis Cecilia Domino decantabat, dicens. Fiat cor



(1) *Mſ. ibi*, quaſi ovis tibi argumentoſa deſervit, *quod idem occurrit & in nova S. Gregorii Oper. edit. col. 239.*

Menſis Novembris.

meum immaculatam, ut non confundar. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Eſt ſecretum, Valeriane, quod tibi volo dicere. Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Cecilia me miſit ad vos, ut oſtendatis michi ſanctum Urbanum, quia ad ipſum habeo ſecreta quæ perferam. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Virgo glorioſa ſemper Euangelium Chriſti gerebat in pectore ſuo; & non diebus neque noctibus, a colloquiis divinis & oratione ceſſabat. *Pſ.* Benedicite omnia.

*Ant.* Cecilia famula tua, Domine, quaſi ovis tibi argumentoſa deſervit. *Pſal.* Laudate.

*In Euang.*

*Ant.* Dum aurora finem daret, Cecilia dixit. Eja milites [1]abjicite opera tenebrarum, & induimini arma lucis. *Pſal.* Benedictus.

*Sequitur de Dedicatione.*

[*Ant.*] Hæc eſt domus.

*Cotidie facimus Veſperas de Dedicatione uſque in Octavam, cum commemoratione Sanctorum.*

---

*In Feſto ſancti* CLEMENTIS *Papæ & Martyris.*

℟. Orante ſancto Clemente, apparuit ei Agnus Dei, De ſub cujus pede fons vivus emanabat: videntes populi, laudem dicebant; Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. ℣. Vidi Agnum ſtantem, dextro pede erecto locum beato Clementi monſtrantem. De ſub.

℟. Ora pro nobis beate Clemens. ℣. Offer pro nobis, Ut digni. [ *Req. pag.* 146. ]

℟. Phœbus & Cornelius diſcipuli beati Clementis, dixerunt ad populum. Oremus omnes ad Dominum, ut oſtendat nobis Martyris ſui corpus. ℣. Invenerunt in modum templi marmorei habitaculum, a Deo præparatum. Oremus.

℟. Dediſti Domine habitaculum Martyri tuo Clementi in mari, in modum templi marmorei, Angelicis manibus præparatum; Iter præbens populo terræ, ut enarrent mirabilia tua. ℣. [a] Dedi Domine Sanctis tuis viam in mari, & in fluctibus ſemitam firmiſſimam. Iter.

℟. Juſtus germin.

℟. Iſte eſt qui ante Deum.

*Totum tertium Nocturnum de Dedicatione facimus.*

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Orante ſancto Clemente, apparuit ei Agnus Dei. *Pſalm.* Dominus regnavit.

*Ant.* De ſub cujus pede fons vivus emanabat; fluminis impetus lætificat civitatem Dei. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Ora pro nobis beate Clemens, ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Non meis meritis ad vos me miſit Dominus, veſtris coronis participem me fieri. *Pſalm.* Benedicite omnia.

*Ant.* Omnes gentes per gyrum crediderunt Chriſtum Dominum. *Pſal.* Laudate.

[*Ant.*] Oremus omnes ad Dominum Jeſum Chriſtum, ut Confeſſoribus ſuis fontis veniam aperiat. [ *Cant.* Benedictus. ]

*Sequitur de Dedicatione.*

[*Ant.*] Ædificavit Moyſes.

*In*

a. Dediſti.

(1) *Mſ.* Eja milites Chriſti, abjicite &c. *ut in Antiph. Cod. Compend. uti ſupra col.* 840.

*In Feſto* S. GRISOGONI *facimus duo Nocturna de Communi unius Martyris.*

VI. ℟. O beate Griſogone, magna eſt fides tua! fiat tibi ſicut petiſti. ℣. Juſtum deduxit. Fiat.

[*Ant.*] O beate Griſogone, magna eſt fides tua! fiat tibi ſicut petiſti. *Pſ.* Benedictus.

*Sequitur de Dedicatione.*

[*Ant.*] Locus iſte ſanctus eſt.

℣. Hæc eſt Domus.

---

*Si Vigilia beati Andreæ in Dominica venerit, Sabbato prævenimus omnia Officia Vigiliæ celebrare, & Feſtum ſancti Saturnini.*

*In Vigilia beati Andreæ Apoſtoli, ad Matutinum cantamus* Regem Apoſtolorum; *ad Nocturnum tres primas Antiphonas Laudum; Pſalmi*, Beatus vir, Quare fremuerunt, Domine quid. ℣. Andreas Chriſti, & ℟. Venite poſt me. [℟.] Mox ut vocem Domini.

*Laudes ſub prima Antiphona Laudum. ℣. & Antiph. ſuper Cantic. ibidem.*

*Sequitur de S. Saturnino.*

*Ant.* Poſuiſti Domine.

*Sero ad* (A) *Vigiliam cantamus, ſicut cantavimus ad Matutinum.*

℟. Dum perambularet.

[℟.] Venite poſt me.

---

*In feſto* S. ANDREÆ.

*Super* [*Pſ.*] Venite.

Regem Apoſtolorum.

[IN I NOCTURNO.] Menſis Novembris.

[*Ant.*] In omnem, *cum ſuis.*

℣. Andreas Chriſti famulus.

[℟.] Dum perambularet Dominus juxta mare, ſecus littus Galilææ, vidit Petrum & Andream retia mittentes in mare; vocavit eos, dicens: Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum. ℣. Erant enim piſcatores, & ait illis. Venite.

℟. Venite poſt me, faciam vos piſcatores hominum. At illi, relictis retibus & navi ſecuti ſunt Dominum. ℣. Dum perambularet Dominus juxta mare, ſecus littus Galilææ, vidit duos fratres Petrum & Andream, & vocavit eos. At illi.

℟. Mox ut vocem Domini prædicantis audivit beatus Andreas, relictis retibus (quorum uſu acluque vivebat) Æternæ vitæ ſecutus eſt præmia largitoris. ℣. Ad unius juſſionis vocem, Petrus & Andreas (relictis retibus) ſecuti ſunt Redemptorem. Æternæ vitæ.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Principes, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.*

℣. Sanctus Andreas vidit crucem poſitam.

℟. Gaudens perrexit, & aſcendit in eam.

℟. Doctor bonus & amicus Dei ducitur ad crucem: Aſpiciens a longe, & vidit crucem. Salve crux, Suſcipe diſcipulum ejus, qui pependit in te, Magiſter meus Chriſtus. ℣. Salve crux, quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex mem-

(A) *Sero ad Vigilias &c.* In Natali S. Andreæ duo recenſet Amalar. cap. 63 nocturnalia Officia ex Antiphonario Romano, quæ utraque IX quin fuerint Lectionum non dubito, ut in conſimilibus præcipuis Feſtis. Ævo poſteriori, ut hinc conſtat, eorum alterum redactum eſt ad tres pſalmos, treſque lectiones. Vide Radulphum Tungrenſem propoſ. 21.

Menſis Novembris. ex membris ejus tamquam margaritis ornata. Suſcipe.

℟. Homo Dei ducebatur ut crucifigerent eum; populus autem clamabat, dicens: Innocens, & Juſtus ſine cauſa damnatur. ℣. Cumque carnifices ducerent eum ut crucifigeretur, factus eſt concurſus populorum clamantium, & dicentium. Innocens.

℟. O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem ex membris Domini ſuſcepiſti! Accipe me ab hominibus, & redde me Magiſtro meo; ut per te me recipiat, qui per te me redemit. [℣.] Salve crux, quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex membris ejus tanquam margaritis ornata. Accipe.

IN III NOCTURNO [1] *cum ſuis*.

[*Ant.*] Exaltabuntur, *cum ſuis*.

℣. Chriſtus me miſit ad iſtam provinciam.

℟. Ubi non parvum populum Domino acquiſivi.

℟. Oravit ſanctus Andreas, dum reſpiceret cælum, voce magna, & dixit: Tu es Deus meus, quem vidi, in quo complacui, & dilexi; Ne me patiaris ab impio Judice deponi, quia virtutem ſanctæ Crucis agnovi. ℣. Tu es Magiſter meus, Chriſte, quem dilexi, quem cognovi, quem confeſſus ſum; tantum in iſta voce me exaudi. Ne me.

[a] ℟. Expandi manus meas tota die in cruce ad populum non credentem, ſed contradicentem michi, Qui ambulat viam non bonam, ſed poſt peccata ſua. ℣. Deus ultionum, Deus ultionum libere egit. Exaltare qui judicas terram, redde retributionem ſuperbis. Qui ambul.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Chriſtus me miſit ad iſtam provinciam, ubi non parvum populum Domino acquiſivi. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Ego ſi patibulum crucis expaveſcerem, Crucis gloriam non prædicarem. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Dignum ſibi Dominus computavit Martyrem, quem vocavit Apoſtolum, dum eſſet in mari. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Andreas Chriſti famulus, dignus Dei Apoſtolus, germanus Petri, & in paſſione ſocius. *Pſalm.* Benedicite omnia.

*Ant.* Sanctus Andreas vidit crucem poſitam; Gaudens perrexit, & aſcendit in eam. *Pſ.* Laudate.

℣. Dignum ſibi Dominus computavit Martyrem.

℟. Quem vocavit Apoſtolum, dum eſſet in mari.

*In Euang.*

[*Ant.*] Unus ex duobus, qui ſecuti ſunt Dominum, erat Andreas frater [2] Petri. *Pſal.* Benedictus.

[b] *Ant.* Maximilla Chriſto amabilis, tulit corpus beati Andreæ Apoſtoli; Optimo loco cum aromatibus ſepelivit. *Pſ.* Magnificat.

---

*In Natale plurimorum Apoſtolorum.*

*Super* [*Pſ.*] Venite.

*Ant.* Regem Apoſtolorum Dominum, venite adoremus. *Pſ.* Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Pſ.* Cæli enarrant.

*Ant.*

a. Amal. cap. 43. b. Amal. cap. 16.

(1) *Illud*, cum ſuis, *antiquarii vitio illic abundat*. (2) *Mſ.* Andreas frater Simonis Petri.

*Ant.* Clamaverunt Juſti, & Dominus exaudivit eos. *Pſ.* Benedicam.

*Ant.* Conſtitues eos principes ſuper omnem terram; memores erunt nominis tui, Domine. *Pſ.* Eructavit.

℟. Ecce ego mitto vos, ſicut oves in medio luporum, dicit Dominus. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. ℣. Tradent enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos. Eſtote.

℟. Dum ſteteritis ante reges & præſides, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ℣. Non enim vos eſtis qui loquimini in conſpectu principum, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Dabitur.

℟. Benedicti mei, venite; aperti ſunt vobis cæli, hodie mecum eritis In Paradiſo Patris mei. ℣. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam. In Paradiſo.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Principes populorum, [a] *cum ſuis Antiphonis. Require in S. Petri* [*ut alia quæ hic ſequuntur.*]

℟. Iſti viventes.

℟. Iſti ſunt duæ olivæ.

℟. Iſti ſunt duo viri.

IN III NOCTURNO.

[*Ant.*] Exaltabuntur, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis.*

[℟.] Sancti mei. [*Req. pag.* 153.]

℟. Iſti ſunt viri ſancti, quos elegit Dominus in charitate non ficta, & dedit illis gloriam ſempiternam; Quorum doctrina fulget Eccleſia, (2) ut ſole luna. ℣. Hii ſunt qui venerunt ex magna tribulatione, & laverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni. Quorum.

IN LAUDIBUS. Natal. plurimor. Apoſtolorum.

*Ant.* Majorem charitatem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Pſalm.* Dominus regnavit.

*Ant.* Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis, dicit Dominus. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Beati pacifici, beati mundo corde, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum. *Pſ.* Benedicite omnia.

*Ant.* Ego vos elegi de Mundo, Quia mundo [2] quia Mundus odio vos habuit. *Pſ.* Laudate.

℣. Annuntiaverunt opera Dei.

℟. Et facta ejus intellexerunt.

*In Evang.*

*Ant.* Vos qui ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes, judicantes Duodecim Tribus Iſrael. *Pſ.* Benedictus.

*In Die ad Veſperum.*

[*Ant.*] Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis. Require in Feſto beati Petri.*

*Ad* Magnificat.

[*Ant.*] Amen dico vobis, quod vos qui dereliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſſidebitis. *Pſ.* Magnificat.

---

*In Natale unius Apoſtoli.*

*Super* [*Pſ.*] Venite.

Regem Apoſtolorum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* In omnem terram, *cum ſuis Ant. & Pſalmis &* ℣. In omnem terram exivit.

℟. Ecce

a. Vide Amal. cap. 39 affirmantem antiphonas teſtii Nocturni & in Matutinis Laudibus in Feſtivitatibus Apoſtolorum habere *Alleluja* in fine.

(1) *Mſ.* ut ſol & luna. (2) *Ita in Mſ. legitur.*

Natal. unius Apoſtoli.

℟. Ecce ego mitto.
℟. Dum ſteteritis.
℟. Benedicti mei.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Principes populorum, *cum ſuis Ant. Pſalmis & ℣.*

℣. Conſtitues eos.
℟. Memores erunt.

℟. Stolam joconditatis induit eum Dominus, & coronam pulchritudinis poſuit ſuper capud ejus. ℣. Quoniam præveniſti eum in benedictione dulcedinis, poſuiſti in capite ejus. Coronam.

℟. Famulo meo ego præſtiti honorem magnum dicit Dominus, & omnes inimicos ejus humiliavi, & coronam vitæ dedi ei. ℣. Inimicos ejus [1] induam confuſione, ſuper ipſum autem florebit ſanctificatio mea. Et coronam.

℟. Elegit Dominus virum de plebe, claritatem viſionis dedit illi Dominus. Celebremus ſollempnitatem lætitiæ, & gaudium ſit in cælo, & in terra pax, hominibus Bonæ voluntatis. ℣. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus. Bonæ voluntatis.

IN III NOCTURNO.

[*Ant.*] Exaltabuntur, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis & ℣.*

℣. Nimis honor.
℟. Nimis confor.

℟. Juſtus germinavit ſicut lilium, Et florebit in æternum ante Dominum. ℣. Plantatus in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri. Et florebit.

℟. Iſte eſt qui ante Deum magnas virtutes operatus eſt, & omnis terra doctrina ejus repleta eſt. Ipſe intercedat pro peccatis omnium populorum. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam Mundi, & pervenit ad cæleſtia regna. Ipſe.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Majorem charitatem, *cum ſuis Antiphonis & Pſalmis & ℣.*

℣. Annuntiaverunt.
℟. Et facta ejus intellexerunt.
*Ant.* Vos qui ſecuti.

---

*In Natale plurimorum Martyrum.*

Regem Martyrum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Novit Dominus viam Juſtorum. Sanctorum iter præparatum eſt. *Pſal.* Beatus vir.

*Ant.* In cæleſtibus regnis Sanctorum habitatio [2] eſt; & in æternum requies eorum. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Domini eſt ſalus, & ſuper populum tuum benedictio tua. *Pſalm.* Domine quid.

℣. Exultabunt Sancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

℟. Effuderunt ſanguinem Sanctorum velud aquam in circuitu Hieruſalem; Et non erat qui ſepeliret. ℣. Vindica Domine ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Et non.

℟. Abſterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & jam non erit amplius neque luctus, neque clamor, ſed nec ullus dolor; Quoniam priora tranſierunt. ℣. Non eſurient, neque ſitient amplius, [3] neque cadet ſuper illos ſol, neque ullus æſtus. Quoniam.

℟. Viri Sancti glorioſum ſanguinem fuderunt pro Domino, amaverunt Chriſtum in vita ſua, imitati ſunt eum in morte ſua. Et ideo coronas triumpha-

(1) *Mſ.* induant. (2) *Verbum* eſt *illic Mſ. omittit.* (3) *Mſ.* non cadet.

phales meruerunt . ℣. Unus ſpiritus erat in eis & una fides. Et ideo .

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Filii hominum , ſcitote quia Dominus Sanctos ſuos mirificavit . *Pſ.* Cum invocarem .

*Ant.* In univerſa terra gloria & honore coronaſti eos. *Pſ.* Domine Dominus noſter .

*Ant.* Juſtus Dominus juſtitiam dilexit , æquitatem vidit vultus ejus . [*Pſal.*] In Domino confido .

℣. Lætamini in Domino , & exultate Juſti .

℟. Et gloriamini omnes recti corde.

℟. Sancti mei , qui in iſto ſæculo certamen habuiſtis , Mercedem laboris ego reddam vobis. ℣. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis , & ego vos reficiam . Mercedem .

* *Secundum* . Tradiderunt .

℟. Certamen magnum habuerunt Sancti Dei ; Tranſierunt per ignem & aquam , & ſalvi facti ſunt ; Et coronas acceperunt a Domino Deo . ℣. Alii vero ludibria & verbera experti , inſuper & vincula & carceres . Et coronas .

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Habitabit in tabernaculo tuo , requieſcet in monte ſancto tuo . *Pſ.* Domine , quis .

*Ant.* Sanctis qui in terra [1] in terra ſunt ejus , mirificavit omnes voluntates meas inter illos . *Pſalm.* Conſerva me .

*Ant.* Juſti autem in perpetuum [2] vivent , & apud Dominum eſt merces eorum . *Pſal.* Exaudiat .

℣. Exultent Juſti in conſpectu Dei .

℟. Et delectentur in lætitia .

℟. Verba carnificum non timuerunt Sancti Dei , morientes pro Chriſti nomine ; Ut hæredes fierent in domo Domini . ℣. Sancti per fidem vicerunt regna , operati ſunt juſtitiam . Ut hæredes .

Natale plurimor. Martyr.

℟. Iſti ſunt viri ſancti . [ *Require ſupra pag.* 151. ]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Juſtorum animæ in manu Dei ſunt , & non taget illos tormentum malitiæ . *Pſ.* Dominus regnavit .

*Ant.* Juſti confitebuntur nomini tuo, Domine ; & habitabunt Recti cum vultu tuo . *Pſ.* Jubilate .

*Ant.* Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt , Spes autem illorum, immortalitate plena eſt . *Pſalm.* Deus Deus meus .

*Ant.* Sancti Domini , Dominum benedicite in æternum . *Pſal.* Benedicite omnia .

*Ant.* [ *pro Veſper.* ] Sanctorum , velud aquilæ , juventus renovabitur , & florent cotidie ante conſpectum Domini . *Pſ.* Laudate pueri .

*Ant.* Lætamini in Domino , & exultate Juſti ; & gloriamini omnes Recti corde . *Pſal.* Laudate .

℣. Sancti & Juſti in Domino gaudete .

℟. Vos elegit Deus in hæreditatem ſibi .

*Ad* Benedictus .

*Ant.* Gaudete & exultate , quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis , dicit Dominus . *Pſal* Benedictus .

[ *In Vigilia.* ]

*Ant.* Dabo Sanctis meis locum nominatum in Regno Patris mei , dicit Dominus . *Pſalm.* Magnificat .

*In Feſto* .

*Ant.* Sancti per fidem vicerunt regna ,



RESPONS. ET ANTIPH.

(1) *Ita Mſ. habet.* (2) *Mſ.* vivunt.

Natal. unius Mart.

gna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt [1] repromiſſiones. *Pſalm.* Magnificat.

---

*In Natale unius Martyris.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* In lege Domini fuit voluntas ejus die ac nocte. *Pſal.* Beatus.

*Ant.* Prædicans præceptum Domini, conſtitutus eſt in monte ſancto ejus. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte ſancto ſuo. *Pſalm.* Domine quid.

* ℣. Gloria & honore coròn.

* ℟. Et conſtituiſti eum.

℟. Iſte Sanctus pro lege Dei ſui certavit uſque ad mortem, & a verbis impiorum non timuit; Fundatus enim erat ſupra firmam petram. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam Mundi, & pervenit ad cæleſtia Regna. Fundatus.

℟. Hic eſt vere Martyr, qui pro Chriſti nomine ſanguinem ſuum fudit; Qui minas Judicum non timuit, & terrenæ dignitatis gloriam non quæſivit; Sed ad cæleſtia Regna pervenit. ℣. Iſte eſt qui contempſit vitam Mundi, & pervenit ad cæleſtia Regna. Qui minas.

℟. Juſtus germin. [ *Require ſupra pag.* 152. ]

IN II NOCTURNO.

[ *Ant.* ] Filii hominum, *cum ſuis Ant. & Pſalmis.*

℣. Poſuiſti Domine ſuper caput ejus.

℟. Coronam de lapide pretioſo.

℟. Famulo meo. [ *Req. pag.* 152. ]

℟. Stolam jocunditatis. [ *Require ibidem.* ]

℟. Iſte homo ab adoleſcentia ſua [a] patem [2] meruit infirmos curare. Dedit illi Dominus claritatem magnam, cæcos illuminare, & dæmones effugare. ℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam Mundi, & pervenit ad cæleſtia Regna. Dedit.

IN III NOCTURNO.

[ *Ant.* ] Habitabit, *cum ſuis Ant. & Pſalmis.*

℣. Magna eſt gloria ejus in ſalutari ſuo.

℟. Gloriam & magnum decorem impon. ſuper eum.

℟. Iſte homo perfecit omnia, quæ locutus eſt ei Deus, & dixit ad eum. Ingredere in requiem meam; Quia te vidi juſtum coram me ex omnibus gentibus. ℣. Iſte eſt qui contempſit.

℟. Iſte eſt qui ante Deum. [ *Require pag.* 152. ]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Juſtum deduxit Dominus per viam rectam, & oſtendit ei regnum Dei. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Juſtus non conturbabitur, quia Dominus firmat manum ejus. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Juſtus, ut palma florebit, & ſicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Similabo eum viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram. *Pſ.* Benedicite omnia.

*Ant.* Poſuiſti Domine [3] ſuper caput ejus coronam de lapide pretioſo. [*Pſ.*] Laudate.

℣. Juſtum

*a.* al. partim.

(1) *Mſ.* adepti ſunt promiſſiones.

(2) *Mſ.* partem meruit &c.

(3) *Verba*, ſuper caput ejus coronam de lapide pretioſo, *quæ omittebantur in prima editione, ex Mſ. noſtro, in quo ſane leguntur, reſtitui curavimus.*

℣. Juſtum deduxit Dominus rer.
℟. Et oſtendit ei regnum Dei.

*Super Cantic.*

[*Ant.*] Qui vult venire poſt me, dicit Dominus, abneget ſemetipſum, tollat crucem ſuam, & ſequatur me. *Pſ.* Benedictus.

---

*In Feſto Pontificis & Martyris, omnia require in Hiſtoria unius Martyris.*

---

*In Natale Pontificum Confeſſorum.*
*Super* [*Pſal.*] Venite.
Regem Confeſſorum.

IN I NOCTURNO.

[*Ant.*] In lege Domini, *cum ſuis Antiphonis.*

℣. Elegit eum Dominus Sacerdotem ſibi.

℟. Ad ſacrificandum ei hoſtiam [laudis.]

℟. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo; Ideo jurejurando fecit illum Dominus creſcere in plebem ſuam. ℣. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & teſtamentum ſuum confirmavit ſuper caput ejus. Ideo.

℟. Euge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam; Intra in gaudium Domini tui. ℣. Domine, quinque talenta tradidiſti michi; ecce, alia quinque ſuperlucratus ſum. Intra.

℟. Juravit Dominus (& non pœnitebit eum) Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. ℣. Dicit Dominus Domino meo. Sede a dextris meis. Secundum.

℣. Juravit Dominus.
℟. Tu es Sacerdos in æternum.
℟. Famulo meo. [*Req. pag.* 152.]

℟. Elegit Dominus virum. [*Require pag.* 152.] Natal. Pontif. Conf.

℟. Elegit te Dominus Sacerdotem ſibi, ad ſacrificandum ei hoſtiam laudis. [℣.] Immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua. Ad ſacrificandum.

℣. Inveni David ſervum meum.
℟. Oleo ſancto meo unxi eum.
℟. Juſtus germinavit. [*Require pag.* 152.]
℟. Iſte eſt qui ante Deum. [*Require ibidem.*]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus. *Pſ.* Dominus regnavit.

*Ant.* Sacerdotes tui induant juſtitiam, & Sancti tui exultent, Domine. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Non eſt inventus ſimilis illi, qui conſervaret legem Excelſi. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Sacerdotes Dei benedicite Dominum; ſervi Domini, hymnum dicite Deo noſtro. *Pſalm.* Benedicite omnia.

*Ant.* Ecce vere Iſraelita, in quo dolus non fuit. *Pſ.* Laudate.

℣. Magna eſt gloria ejus in ſalutari ſuo.

℟. Gloriam & magnum decorem impone.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Similabo eum. [*Require pagina* 154.]

*Ant.* Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper Familiam ſuam. *Pſ.* Magnificat.

---

*In Natale Confeſſoris non Sacerdotis.*
*Super* [*Pſal.*] Venite.
Regem Confeſſorum.

Natal. Virginum.

IN I NOCTURNO.

[*Ant.*] In lege, *cum ſuis Ant. Pſalmis*, & ℣.

℣. Os Juſti.

℟. Euge ſerve. [*Req. pag.* 155.]

℟. Famulo. [*Require pag.* 152.]

℟. Stolam jocunditatis. [*Require ibidem.*]

IN II NOCTURNO.

℣. Lex Dei ejus in corde.

[℟.] Et non.

[℟.] Elegit Dominus virum. [*Require pag.* 152.]

℟. Iſte homo ab adoleſcentia. [*Require pag.* 154.]

℟. Iſte homo perfecit. [*Require ibidem.*]

IN III NOCTURNO.

℣. Magna eſt gloria ejus.

℟. Gloria & magnum decorem.

℟. Juſtus germina. [*Require pagina* 152.]

℟. Iſte eſt qui ante Deum. [*Require ibidem.*]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Juſtum deduxit. [*Require pag.* 154.]

℣. Juſtus ut palma.

℟. Multiplicabitur.

*In Euang.*

*Ant.* Beatus ſervus, quem [cum] venerit Dominus, invenerit vigilantem. *Pſalm.* Benedictus.

---

*In Natale Virginum.*

*Super* [*Pſal.*] Venite,

Regem Virginum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Chriſti virgo nec terrore concutitur, nec blandimentis ſeducitur. *Pſalm.* Beatus.

*Ant.* Dextram meam & collum meum cinxit lapidibus pretioſis. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Chriſtus circumdedit me vernantibus adque corruſcantibus gemmis pretioſis. *Pſal.* Domine quid.

℣. Specie tua & pulchritudine tua.

℟. Intende, proſpere procede, & regna.

℟. Amavit eam Dominus, & ornavit eam, ſtolam gloriæ induit eam; Et ad portas Paradiſi coronavit eam. ℣. Induit eam Dominus cycladem auro textam, & immenſis monilibus ornavit eam. Et ad.

℟. Elegit eam (x) Dominus, & præelegit eam, in tabernaculo ſuo habitare facit eam. ℣. Amavit eam Dominus, & ornavit eam, ſtolam gloriæ induit eam. In tabernaculo.

℟. Induit eam Dominus cycladem auro textam; Et immenſis monilibus ornavit eam. ℟. Elegit eam Deus, & præelegit eam, in tabernaculo ſuo habitare facit eam. Et immenſis.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Induit me Dominus cycladem auro textam & immenſis monilibus ornavit me. *Pſal.* Cum invocarem.

*Ant.* Mel & lac ex ejus ore ſuſcepi, & ſanguis ejus ornavit genas meas. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Jam corpus ejus corpori meo ſociatum eſt, & ſanguis ejus ornavit genas meas. *Pſal.* In Domino confido.

℣. Adjuvabit eam Deus vultu ſuo.

℟. Deus in medio ejus non commovebitur.

* *Ad Martyr.*

℟. Veni Sponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit, pro cujus amore ſanguinem tuum fudiſti, & cum Angelis in Paradiſo introiſti.

(x) *Mſ. ibi habet* Deus, *non* Dominus.

troiſti. ℣. Erunt de te Angeli laudatores, Archangeli paranymphi, Chriſtus autem Sponſus. Et cum.

℟. Dexteram meam. *Req. in feſtæ Agnetis.*

℟. Non erit inter Virgines fatuas, dicit Dominus, ſed erit inter Virgines prudentes, adjicientes oleum lætitiæ lampadibus ſuis, Obviantes obviaverunt Sponſo cum palma virginitatis. ℣. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos ſuos. Cum palma.

℟. Hæc eſt Virgo ſapiens, quam Dominus vigilantem invenit, quæ acceptis lampadibus, ſumpſit ſecum oleum; Et veniente Domino, introivit cum eo ad nuptias. ℣. Media autem nocte clamor factus eſt. Ecce, Sponſus venit, exite obviam ei.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Mecum enim habeo cuſtodem corporis mei, Angelum Domini. *Pſ.* Domine, quis.

*Ant.* Ego cognovi virtutem Domini mei Jeſu Chriſti, ſecura contempno minas tuas. *Pſal.* Conſerva.

[a] *Ant.* Mens mea ſolidata eſt, & in Chriſto fundata. *Pſal.* Conſerva.

*Ant.* Veni ſponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum. *Pſalm.* Exaudiat te.

℣. Elegit eam Deus.

℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eam.

℟. Pulchra facie. * *Req. in Hiſtoria Sanctæ Mariæ in Auguſto.*

℟. Induit me Dominus. [ *Require pag.* 62. ]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Amavit eam Dominus, & ornavit eam, Stolam gloriæ induit eam. *Pſal.* Dominus regnavit. Natal. Virginum.

*Ant.* Elegit eam Deus, & prælegit eam, in tabernaculo ſuo habitare facit eam. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Induit eam Dominus cycladem auro textam, & immenſis monilibus ornavit eam. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Virgines Domini, Dominum benedicite in æternum. *Pſ.* Benedicite omnia.

*Ant.* Inventa bona margarita, dedit omnia ſua & [b] comparuit eam. *Pſal.* Laudate.

℣. Veni Sponſa Chriſti, accipe coronam.

℟. Quam tibi Dominus præparavit in.

*In Euang.*

*Ant.* Hæc eſt Virgo ſapiens, & una de numero prudentum. *Pſalm.* Benedictus.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Veni Sponſa Chriſti accipe. *Pſal.* Laudate pueri.

---

*In Dedicatione Eccleſiæ.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iſte (quem erexit in Titulum) vocabitur Domus Dei. *Pſalm.* Verba mea.

*Ant.* Erexit Jacob lapidem in Titulum, fundens oleum deſuper. *Pſ.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Bene fundata eſt Domus Domini ſupra firmam petram. *Pſal.* In Domino confido.

℣. Hæc eſt Domus Domini firmiter ædificata.

℟. Bene

a. Pro Virgine non Martyre.

(b) *Lege* comparavit.

Dedic. Eccleſiæ.

℟. Bene fundata eſt ſupra firmam petram.

℟. In dedicatione Templi Domini decantabat populus laudem, & in ore eorum dulcis reſonabat ſonus. ℣. Fundata eſt domus Domini ſupra verticem montis, & exaltata eſt ſuper colles. Et in ore.

℟. Fundata eſt Domus Domini ſupra verticem montis, & exaltata eſt ſuper colles, & venient ad eam omnes gentes, & dicent. Gloria tibi, Deus. ℣. Adduxiſti Domine Sanctos tuos in præparatione, quam præparaverunt manus tuæ, Domine.

℟. Locus iſte ſanctus eſt, ubi orant Sacerdotes propter delicta & peccata populi. [℣.] Terribilis eſt locus iſte, hic Domus Dei eſt & aula ſancta.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Architectus Dei fundavit Domum iſtam, & ſanctificavit eam; Quia Sancta Sanctorum fundavit in ea. *Pſ.* Domine, quis.

*Ant.* Lapides pretioſiores, omnes muri tui, & turres Jeruſalem gemmis ædificabuntur. *Pſalm.* Cæli enarrant.

*Ant.* Locus iſte Sanctus eſt, ubi orant Sacerdotes pro delictis & peccatis populi. *Pſal.* Domini eſt terra.

℣. Fundata eſt Domus Domini ſupra verticem montis.

℟. Et exaltata eſt ſuper colles.

℟. Exaudiſti Domine. [*Require pag.* 116.]

℟. Audi Domine. [*Req. ibidem.*]

℟. Domine, ſi converſus. [*Require ibidem.*]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Hodie huic Domui ſalus a Deo facta eſt, adque ſupra firmam petram ædificata eſt Eccleſia Dei. *Pſal.* Magnus Dominus.

*Ant.* Fundata eſt Domus Domini ſupra verticem montis, & exaltata eſt ſuper colles. *Pſ.* Quam amabilia [ſunt tabernacula.]

*Ant.* O quam pretioſus eſt locus iſte! vere domus Dei eſt, aula ſancta. *Pſ.* Fundamenta.

℣. Locus iſte ſanctus eſt, ubi orant Sacerdotes.

℟. Pro delictis & peccatis populi.

℟. Ornaverunt. [*Req. pag.* 141.]

℟. Tu Domine univerſorum. [*Require pag.* 142.]

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Domum tuam decet [a] ſanctam, Domine, in longitudinem dierum. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Domus mea, domus orationis vocabitur. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Hæc eſt Domus Domini firmiter ædificata, bene fundata eſt ſupra firmam petram. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Ædificavit Moyſes altare Domino Deo. *Pſal.* Benedicite omnia.

*Ant.* Locus iſte. *Pſal.* Laudate.

℣. Non eſt hic alius, niſi domus Dei.

℟. Et porta cæli.

*In Vigil. ad Veſperum & Matutinum.*

*Ant.* Vidit Jacob ſcalam (ſummitas ejus cælos tangebat) aſcendentes & deſcendentes Angelos, & dixit. Vere locus iſte ſanctus eſt. *Pſalm.* Benedictus.

*Ant.* O quam metuendus eſt locus iſte! vere non eſt hic alius, niſi domus Dei & porta cæli. *Pſalm.* Magnificat.

*In*

a. ſanctitudo.

*In Feſto* S. NICOLAI. [a]

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Nicolaus [1] nam ſanctus, ex proſapia ortus [b] nobilis atque illuſtris. *Pſal.* Beatus vir.

*Ant.* Ex una ex provinciæ civitatibus Lyciæ fuit, Pateræ urbis. *Pſalm.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Ex patre Epiphanio, matre autem Nonna, beatus Nicolaus nempe eſt progenitus. *Pſ.* Domine quid.

℟. Beatus Nicolaus natus cum eſſet Allatus in pelve, horas binas erectus ſtetit ſuper pedes ſuos. ℣. Videntibus igitur parentibus atque propinquis, nuntiaverunt Nicolao Archiepiſcopo. Allatus.

℟. Nicolaus [c] Archos gratias agens Domino. Gloria tibi, Deus, quia natus eſt nobis homo Dei, qui tibi laudem ferat in loco iſto. ℣. Præcepit illis ut nemini dicerent; hic autem voluntate Dei natus eſt. Quia natus.

℟. Nam cum eſſet in cunis infans Nicolaus, Bino in hebdomada [d] cepit bibere mammas. [℣.] Quarta ſcilicet & ſexta feria ſemel mammillam fugebat matris. Bino.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Hic eſt, Magiſter bone, tuus non ſurdus auditor, qui juſſis obtemperat tuis & mandatis. *Pſ.* Dominus regnavit.

*Ant.* Felix felicem ſecutus eſt magiſtrum, Beatus Nicolaus Dominum Jeſum Chriſtum. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Opus ſic peregit dexteræ, ut ignoraret ſiniſtra. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Cumque de cælo vox divina intonaſſet, Præſul ingens jubilabat, dicens. Cælitus & nobis Paſtor a Deo revelatus eſt: *Pſal.* Benedicite omnia. De S. Nicolao.

*Ant.* Nicolaus ille vocitatur ſanctus [e] deſuper agebat vox illa divina. *Pſal.* Laudate.

*In Evang.*

*Ant.* Poſt vincula carnis, poſtque luteam domum liber Nicolaus volavit ad ætheram, & in ædem cæleſtem cum Chriſto triumphat nunc perenniter, almum cujus ſepulchrum, ſalutis oleum emanat. *Pſ.* Benedictus.

---

*In Feſto* S. BLASII.

℟. Iſte enim ſanctus totum vitæ ſuæ tempus mitis degebat, purus, innocens, Deum colens, verax, manſuetus, & ſapientia pollet. ℣. Ab omni opere malo ſe [f] abſtinet, in divino creſcebat amore. Deum.

℟. Beatus Blaſius Epiſcopus dixit Agricolao. Tu crede in Idolis, & ego Deum vivum & verum adoro in æternum. Credo ſalvus eſſe. ℣. Ego autem habeo corroboratorem & Salvatorem meum, Dominum Jeſum Chriſtum. Et ego.

℟. Angelus Domini deſcendit de cælo Chriſti Martyri Blaſio, dicens. Surge glorioſe, accipe coronam tibi præparatam a Domino Deo. ℣. Tunc ſurgens beatus Blaſius ab aqua, ambulans quaſi ſuper terram, & apparuit lux magna ante eum.

℟. Domine Deus meus, qui tenebras lucem feciſti; Deus virtutum, qui ſedes ſuper Cherubin; Exaudi preces

a. Vide pag. 27. b. eſt nobili atque illuſtri. c. Archiepiſcopus. d. die. e. forte deeſt, quem. f. abſtinens.

(1) *Hæc illa Hiſtoria ſancto Nicolao propria, quam ſupra pag. 27. in noſtro Antiphonario uſurpare non conſueviſſe Baſilica Vaticana Clerum legimus.*

De S. Blaſio.

ces ſervi tui. ℣. Qui expandiſti arcum tuum in manu tua, qui adverſarium percuſſiſti, dracouem interfeciſti. Exaudi.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Memoratus eſt enim [a] meus Dominus, in hac enim nocte tertio mihi apparuit. Surge Blaſi offerre michi hoſtias, ut alſoles. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Filioli mei bene veniſtis. Dominus autem meus Jeſus Chriſtus vobiſcum eſt. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Dum veniret in itinere beatus Blaſius, convertebat paganorum parvulos ad Dominum. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Per [b] Chriſtum, ſuam ammonitionem & inceſſabiles ejus orationes mirabilia faciebat. *Pſalm.* Benedicite omnia.

[*Ant.*] Orationes ejus non ſolum homines, ſed & diverſa animalia, ſalvos eos reddebant. *Pſ.* Laudate.

*Ant.* Gloria tibi Chriſte, qui nos vocare dignatus es in via pietatis tuæ. *Pſal.* Benedictus.

---

*In Feſto* S. BENEDICTI.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Fuit vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus. *Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* [c] Urſia Provincia exortus, Romæ liberalibus litterarum ſtudiis traditus a parentibus fuerat. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Relicta domo rebuſque patris, ſoli Deo placere deſiderans, ſanctæ converſationis habitum quæſivit. *Pſ.* Domine quid.

℣. Benedictus Dei famulus magnum fecit miraculum.

℟. Preces fudit ad Dominum, & revinexit [1] capiſterium,

℟. Fuit vir vitæ venerabilis, gratia Benedictus & nomine, ab ipſo pueritiæ ſuæ tempore cor gerens ſenile; ætatem quippe moribus tranſiens, nulli animum voluptati dedit. ℣. Receſſit igitur ſcienter neſcius, ſapienter indoctus. Ætatem.

℟. Quidam ruſticus defuncti corpus filii in ulnis ferens, orbitatis luctu æſtuans, ad Monaſterium venit, Benedictum Patrem quæſivit. Mox ut aſpexit clamare cœpit. Redde filium meum, redde filium meum. ℣. Vir autem Domini in hac nocte voce ſubſtitit, dicens. Numquid ego filium tuum abſtuli? Cui ille reſpondit. Mortuus eſt, veni, reſuſcita eum. Mox ut.

℟. Domine non aſpicias peccata mea, ſed fidem hujus hominis, qui rogat reſuſcitari filium ſuum, & redde in hoc corpuſculo animam, quam tuliſti. Et completa oratione, revixit, & ſanum reddidit patri ſuo. ℣. Et regrediente anima, ita corpuſculum omne contremuit, ut ſub oculis omnium qui ibi aderant, vivus appareret. Et completa.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Benedictus Dei famulus magnum fecit miraculum, preces fudit ad Dominum, & revinexit capiſterium. *Pſ.* Cum invocarem.

*Ant.*

*a.* mei. *b.* Per ſuam admonitionem. *c.* Nurſiæ.

(1) Capiſterium, *vas, quo priſci ruricolæ frumenta olim purgabant, ex fragili materia, fortaſſe ex argilla cocta, compactum. Qua de re videri poterunt, S. Gregorius Magnus Dialog. lib. II, cap. I, Annales Ordinis S. Benedicti tom. I, pag. 4. edit. Paris. Du Cangius, & qui ab eo laudantur Scriptores.*

*Ant.* Receſſit igitur ſcienter neſcius, & ſapienter indoctus. *Pſal.* Domine, quis.

*Ant.* Compaſſus nutrici, orationem fudit Benedictus puer cum lacrymis, capiſterium reparavit. *Pſal.* In Domino confido.

℟. Inito conſilio, venenum vino miſcuere; quo accepto, ſignavit, ſicque confractum eſt, ac ſi pro ſiguo lapidem dediſſet. ℣. Intellexit protinus vir Dei, quia potum mortis habuerat; quod portare non poterat Signum vitæ. Ac ſi pro.

[℟.] Convocatiſque Fratribus, beatus Benedictus dicens. Miſereatur veſtri, Fratres, omnipotens Deus. Numquid non dixi vobis, Quia meis ac veſtris moribus non convenirent? ℣. Ite, & ſecundum mores veſtros vobis Patrem quærite; quia me, Patrem poſthac habere non poteſtis. Quia meis.

℟. Pater ſanctus, dum intentam oculorum aciem in ſplendore coruſcæ lucis habere videretur, vidit Germani animam Capuani Epiſcopi in ſpera ignea ab Angelis in cælum deferri. ℣. Factumque eſt, ut reverentiſſimum Germanum Epiſcopum, is, qui miſſus fuerat, jam defunctum repereret. Vidit.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Frater Maure, curre velociter, quia puer Placitus [a] inane demergitur. *Pſ.* Domine quis.

*Ant.* Cumque ſibi conſpicerent, illicita non licere aſſueta relinquere, conati ſunt de ejus morte tractare. *Pſal.* Conſerva.

*Ant.* Vir Dei Benedictus virga percuſſit Monachum, & ſanavit eum. *Pſal.* Exaudiat. De S. Benedicto.

℟. Cumque ſanctus Benedictus in cella conſiſteret, elevatis ſurſum oculis viditque ſororis ſuæ animam a corpore ejus egreſſam, in columbæ ſpecie cæli ſecreta penetrare. ℣. Qui de tanta ejus gloria omnipotenti Deo gratias redidit, ejuſque obitum Fratribus denuntiavit. In columbæ.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Hic itaque cum jam, relictis litterarum ſtudiis, petere deſerta decreviſſet, nutrix, quæ hunc [1] arcius amabat, ſola ſecuta eſt. *Pſ.* Dominus regnavit.

*Ant.* Prædicta nutrix illius, ad purgandum triticum a vicinis mulieribus præſtari ſibi capiſterium petiit, quod (caſu accidente) fractum eſt. *Pſalm.* Jubilate.

*Ant.* Qui dum eremum pergeret, Romanum Monachum obviavit, cujus cum deſiderium agnoviſſet, & ſecretum tenuit, & adjutorium impendit. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Cumque in ſpecu poſitus, ſummitti panem diabolus conſpiceret, jactavit lapidem, & tintinnabulum fregit. *Pſ.* Benedicite omnia.

*Ant.* Inito conſilio, venenum vino miſcuere, quo accepto, ſignavit, ſicque confractum eſt, ac ſi pro ſigno lapidem dediſſet. *Pſ.* Laudate.

*In Evang.*

*Ant.* Hodie ſanctus Benedictus per viam Orientis tramite videntibus diſcipulis, cælos tetendit; Hodie rectis manibus inter verba orationis migravit; Hodie ab Angelis in gloria ſuſceptus eſt. *Pſal.* Benedictus.



a. In lacu.

(1) *Ita in Mſ. legitur.*

De S. Valentino.

*De Sancto Valentino.*

℟. Per beatum Valentinum fiunt hic divina myſteria; per orationes ejus cæci illuminantur; Et Natali ejus dæmonia effugantur, & infirmi ſalvantur. ℣. Juſtum deduxit. Et Natali.

℟. Beatus Valentinus Aſterio Tribuno dixit. Tu crede unum eſſe Deum, & ſalva erit filia tua. [℣.] Credidit, & baptizatus Aſterius cum omni domo ſua per beatum Valentinum Presbyterum, qui dixit ei. Tu crede.

*De ſancto [1] Valentino*

[*Ant.*] Audite cives Romani, & cœtus Reipublicæ, quam ſana doctrina divulgatur ab homine iſto. *Pſal.* Dominus regnavit.

*Ant.* Habeo filiam adoptivam, quam [a] diligens a cunabulis, & ſubito ante fere annos duos [b] apocimatis obſcurata eſt fœditate. *Pſ.* Jubilate.

*Ant.* Ipſam adducam ad te, & dum curata fuerit, omnia quæcumque [2] præceperis faciam. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Currens vero Aſterius anxiando adduxit puellam cæcam ad beatum Valentinum, & ſalva facta eſt. *Pſ.* Benedicite omnia.

*Ant.* Per Chriſtum (per quem lumen cognovimus) tu quod ſcis, facias, ut ſalventur animæ noſtræ. *Pſ.* Laudate.

*Ant.* Beatus Valentinus Aſterio Tribuno dixit. Tu crede unum eſſe Deum, & ſalva erit filia tua. *Pſ.* Benedictus.

*Ant.* [c] Diem ſanctum Dominicum baptizatus eſt Aſterius cum omni domo ſua. [*Cant.*] Magnificat.

---

[*Dominica in Sexageſima.*]

℟. Dixit Dominus ad Noe. Finis univerſæ carnis venit coram me; repleta eſt terra iniquitate eorum, & ego diſperdam eos in terram. ℣. Fac tibi arcam de lignis lævigatis, manſiunculas in arca facias. Et ego.

℟. Noe vir juſtus atque perfectus, cum Deo ambulavit, & fecit omnia quæcunque præcepit ei Deus. ℣. Et fecit ſibi arcam Noe, ut ſalvaret univerſum ſemen. Et fecit.

℟. Per memetipſum juravi, dicit Dominus, non adjiciam ultra aquas diluvii ſuper terram. Pacti mei recordabor, ut non perdam aquis diluvii omnem carnem. ℣. Arcum meum ponam in nubibus cæli, & recordabor fœderis mei, quod pepigi tecum. Pacti.

---

*In Reſurrectione.*

IN NOCTURNO.

*Ant.* Ego ſum qui ſum, & conſilium meum non eſt cum impiis, ſed in lege Domini voluntas mea eſt. alleluja. *Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* Poſtulavi Patri meo, alleluja, dedit michi gentes, alleluja, in hæreditatem. alleluja. *Pſalm.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Ego dormivi & ſopnum cœpi, & reſurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me. alleluja. *Pſal.* Domine quid.

---

*De Sancto Georgio.*

℟. Nomen beati & glorioſi Georgii & martyris Chriſti, [d] præſtans orationibus ſuis beneficia hominibus uſque in præſentem diem. alleluja, alleluja. ℣. Juſtum deduxit. Allel.

*De*

*a.* diligo · *b.* hypochimatis. *c.* Die ſancto Dominico. *d.* præſtat.

(1) *Ita in Mſ. habetur Librarii ofcitantia qui ſcribere illis debuiſſet*, In Laudibus. (2) *Mſ.* præceperit.

*De Sancto Hermete.*

*Ant.* Ego Præfecturam non perdidi, ſed mutavi in nomine Domini. *Pſalm.* Dominus regnavit.

*Ant.* Domine meus Hermen recipe Præfecturam tuam, tuæque domus [a] ornate. *Pſal.* Jubilate.

*Ant.* Dignitas vero cæleſtis, æterna ſublimitate ſubſiſtit. *Pſalm.* Deus Deus meus.

*Ant.* Sanctus Alexander, qui [b] teneretur in vinculis, hic me docuit præcepta Domini. *Pſalm.* Benedicite omnia.

*Ant.* Tolle [1] bojam de collo meo, & impone eam filiæ tuæ, & ſtatim ſalvabitur. *Pſal.* Laudate.

---

*Sancti Cæſarii.* [2]

℟. Dum duceretur, & præcipitio mergeretur beatus Cæſarius, dicebat. Me quidem ad libitus [c] ſuos aqua mergi juſſiſti; ipſa me modo martyrem faciet una cum patre meo Juliano Presbytero. ℣. Aqua, quæ me regeneravit, quaſi filium ſuum ex ſe renatum. Ipſa me.

*Incipit Officium Defunctorum.* Pro Defunctis.

*Ant. per Porticum juxta Paradiſum, quam antiphonamus cum* [*Pſ.*] Miſerere mei Deus, *uſque ad Portam* (A) *Judicii.*

*Ant.* Qui cognoſcis omnium occulta, a delicto meo munda me. Tempus mihi concede, ut repœnitens clamem. Peccavi tibi. [*Pſ.*] Miſerere mei Deus ſecundum magnam.

*Quando introducitur in Eccleſiam.*

*Ant.* Induc eum Domine in montem hæreditatis tuæ, & in ſanctuarium, quod præparaverunt manus tuæ, Domine.

---

*Incipiunt Vigiliæ Defunctorum.* [d]

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Tu autem Domine, ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. *Pſ.* Domine quid.

*Ant.* In pace in idipſum obdormiam & requieſcam. *Pſ.* Cum invocarem.

*Ant.* Anima mea turbata eſt valde, velociter exaudi me Domine. *Pſ.* Domine ne in ira. [1.]

X 2 * ℣. Re-

*a.* ornatum. *b.* tenetur. *c.* tuos. *d.* Amal. cap. 65.

(A) *Ad portam Judicii.* In veteri Baſilica S. Petri erant quinque Portæ: media & major dicebatur *Argentea*, idcirco quod optimo argento deargentata fuerat a Leone IV. Juxta eam ad Auſtrum (ad quam plagam viri conſiſtebant in Baſilica) alia erat, quæ vocabatur *Ravenniana*, quia antiquitus Ravennates & omnes Lombardi & Thuſci de conſuetudine per eam intrabant. Tertia item ad Auſtrum appellabatur *Porta Judicii*, quoniam per eam tantum mortui, qui ſepeliendi erant in Baſilica S. Petri, introducebantur a Domino judicandi. Quarta porta ad Aquilonem, ad partem ſcilicet mulierum, erat *Porta Romana*, eo quod Romanæ mulieres per eam intrarent. Quinta demum etiam ad Aquilonem *Porta Guidonea* dicebatur, propterea quod guidones (ſive viæ ductores) peregrinos venientes, per illam introducerent in Baſilicam: hæc ex Romano Canonico de Baſilica Sancti Petri cap. 44. Panvinio & Severano de VII urbis Eccleſiis, & Torrigio de Cryptis Vaticanis.

(1) Tolle bojam, *hoc eſt vinculi genus, quod Martyrum collo jungebatur. Videſis quæ Clariſſ. Du Cangius ad hanc vocem fuſe ſimul atque erudite collegit.*

(2) *Sancti hujus Cæſarii mentionem ſupra jam fecerat noſter hicce Antiphonarius pagina 143, quam confer.*

Pro Defunctis.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

** Reſponſio*. Et lux perpetua luceat.

℟. Credo quia Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum; Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. ℣. Quem viſurus ſum ego ipſe & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Et in.

℟. Qui Lazarum reſuſcitaſti a monumento fœtidum, Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ. ℣. Qui venturus es judicare vivos & mortuos, & Sæculum per ignem. Tu eis.

℟. Adeſto dolori. [*Req. pag.* 136.]

IN 1I NOCTURNO.

*Ant.* In loco paſcuæ, ibi me collocavit. *Pſ.* Dominus regit.

*Ant.* Delicta juventutis & ignorantiæ meæ ne memineris Domine. *Pſ.* Ad te Domine.

*Ant.* Credo videre bona Domini in terra viventium. *Pſ.* Dominus illuminatio.

℣. In memoria æterna erunt juſti.

℟. Ab auditione mala non timebunt.

℟. Auditu auris. [*Req. pag.* 136.]

℟. Nocte os. [*Req. ibidem.*]

℟. Inclinans. [*Req. pag.* 137.]

IN 111 NOCTURNO.

*Ant.* Complaceat tibi, Domine, ut eripias me, ad adiuvandum me, reſpice. *Pſ.* Expectans.

*Ant.* Sana Domine animam meam, quia peccavi tibi. *Pſ.* Beatus qui intelligit.

*Ant.* Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Domini. *Pſ.* Sicut cervus.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

℟. Induta eſt. [*Req. pag.* 137.]

℟. Ne recorderis peccata mea Domine, Dum veneris judicare Sæculum per ignem. ℣. Ne intres in judicium cum ſervo tuo Domine. Dum.

IN LAUDIBUS.

*Ant.* Exultabunt [1] Domine, oſſa humiliata. *Pſ.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* Exaudi Domine orationem meam, ad te omnis caro veniet. *Pſ.* Te decet hymnus.

*Ant.* Me ſuſcepit dextera tua, Domine. *Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* A porta inferi erue Domine animam meam. *Pſ.* Ego dixi.

*Ant.* Omnis ſpiritus laudet Dominum. *Pſalm.* Laudate.

℣. Audivi vocem, de cælo dicentem mihi.

℟. Beati, mortui qui [2] Domino moriuntur.

*In Euang.*

*Ant.* Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me (etiam ſi mortuus fuerit) vivet, & omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum, dicit Dominus. [*Cant.*] Benedictus.

*In Veſperis.*

*Ant.* Placebo Domino in regione vivorum. *Pſal.* Dilexi quoniam.

*Ant.* Heu me! quia incolatus meus prolongatus eſt. *Pſal.* Ad Dominum dum.

*Ant.* Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus. *Pſal.* Levavi oculos.

*Ant.* Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine, quis ſuſtinebit? *Pſ.* De profundis.

*Ant.* Opera manuum tuarum Domine, ne deſpicias. *Pſalm.* Confitebor.

[℣.] Au-

(1) ℣ Ita in Mſ. (2) Et illic ita legitur in Mſ.

℣. Audivi vocem, de cælo dicentem mihi.

℟. Beati mortui qui.

*Ant.* Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non ejiciam foras, dicit Dominus. *Cant.* Magnificat.

---

*Incipit* (A) *Jaconia Clericorum.*

Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. *Pſal.* Te decet hymnus. *Pſal.* Exaudi orationem.

℟. Ne recorderis. [ *Req. ſupra in Vigiliis.*

℟. Sitivit anima mea ad Deum vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Domini? ℣. Sicut cervus deſiderat. ℣. Fuerunt michi.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. Pro Defunctis.

*Oratio.* Abſolve, quæſumus, Domine.

*Jaconia.*

℟. Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, ſuſcipientes animam ejus, offerentes eam in conſpectu Altiſſimi. ℣. Suſcipiat te Chriſtus, qui vocavit te, & in ſinu Abrahæ Angeli deducant te. Suſcipientes.

*Oratio.* Non intres.

℟. Adeſto dolori. [ *Require pagina 136.*]

*Oratio.* Deus, cui omnia vivunt.

℟. Qui conſolabatur. [ *Require pag. 136.*

℟. Induta. [ *Require pag. 137.*]

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

*Oratio.* Fac, quæſumus, Domine.

*Oratio.* Abſolve, quæſumus, Domine.

*Poſt*

(A) *Incipit Jaconia Clericorum.* In alio Vaticanæ Eccleſiæ Codice appellatur *Diaconia*. Eſt autem exequiarum Officium quod ad defuncti corpus perſolvitur, ut ex hoc Antiphonario, laudatoque Codice intelligimus; vide in Appendice pag. 415. & 416. [ *primæ editionis* ] Quam ob rem ejuſmodi Officiis inditum ſit *Diaconiæ* vocabulum, nihil ſolidi in mentem venit.

(1) *Ad hanc Ven. Thomaſii obſervationem confirmandam afferri poteſt locus Nicolai III in Conſtitutione data an.* MCCLXXIX, *atque edita in Collect. Bullar. Baſil. Vatic. Tom.* I, *pag.* 177, *qua multa circa Canonicos & Beneficiatos ejuſdem Baſilicæ ſtatuuntur: & pagina* 182 *quum agatur de denariis qui Canonicis diſtribuuntur, occurrit*: Denarii, qui dantur pro Jaconia ſeu Diaconia Defunctorum: Ex *quo loco colligitur primo olim promiſcue ad idem denotandum & Jaconiæ & Diaconiæ nomen adhibitum fuiſſe: ſecundo Diaconiam ſive Jaconiam nil aliud fuiſſe quam aliquod Officium, aut aliquas preces, quas Clerici circa Defuncti corpus in Eccleſia perſolvebant, uti ipſe Thomaſius affirmaverat. Cujus hac in re ſententiam ampleſtuntur & Clariſſ. illi Viri, qui nuper memoratum Bullarium Baſil. Vatic. animadverſionibus atque annotationibus erudite juxta ac ſolide illuſtrarunt. Qui etiam ad rem eamdem ſtabiliendam adducunt teſtimonium Mſ. Orationat. Archivi Baſil. Vatic. ſignat. F.* II, *quod hoc loco utpote luculentiſſimum, præteriri non debet; eſt enim hujuſmodi*: Poſt celebrationem Miſſæ ſtant quatuor Sacerdotes præparati juxta feretrum cum thuribulis; & alii Clerici in rota cum luminaribus; & dicantur hæ Diaconiæ: Requiem æternam &c. *Unde autem, qua de cauſſa, & quando contigerit, ut* Diaconiæ & Jaconiæ *vocabula ad ſtatas quaſdam preces in exequiis Defunctorum ſignificandas traducerentur, neque percurrendo in Gloſſariis varias eorum uſurpationes, neque ritus ſepeliendi Clericos Romana fraternitatis in Ordine Romano ſub num.* X *apud Mabillonium Tom.* II *Muſei Italici pag.* 113, *inviſentes, detegere potuimus.*

Pro Defunctis.

*Poſt teſtimonium Sanctuli* (A) *redditum.*

*Ant.* Spiritus tuus bonus deducet * te in viam rectam, propter nomen tuum Domine vivificabis me, & educes de tribulatione animam meam.

*Ant.* Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & in ſinu Abrahæ, ibi te collocet, & cum Lazaro quondam paupere æternam invenias requiem.

*Cum ſepelitur, dicitur.*

*Ant.* Aperite mihi portas juſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino, hæc porta Domini, juſti intrabunt per eam. *Pſal.* Confitemini.

*Ant.* Ingrediar in locum tabernaculi ammirabilis, uſque ad Domum Dei. *Pſal.* Sicut cervus.

*Ant.* Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo. *Pſal.* Memento.

Requiem æternam.

℟. Ne recorderis. [*Require ſupra in Vigiliis.*]

[℟.] Sitivit. [*Require ſupra pagina* 165.]

Kyrie eleiſon, & *Orationes.*

*Jaconia Laicorum.*

*Alia Jaconia.*

[*Ant.*] De terra plaſmaſti me, carnem induiſti me, Redemptor meus, Domine, reſuſcita me in noviſſimo die. *Pſal.* Domini eſt terra. [℣.] Ipſe ſuper maria. [℣.] Requiem æternam.

℟. Qui conſolabatur. [*Require pag.* 136.]

*Ant.* Tu juſſiſti naſci me, Domine, tu promiſiſti ut reſurgerem. Juſſus tuus venit, ut commendem terræ corpus meum; animam, quam dediſti, ſuſcipe illam Deus. *Pſal.* Domine probaſti. [℣.] Requiem.

℣. Tu formaſti me.

Kyrie eleiſon.

Pater noſter, & *Oratio.*

*Quando ducitur ad ſepulchrum.*

*Ant.* Spiritus tuus bonus. [*ut ſupra.*]

*Ant.* Chorus Angelorum. [*ut ſupra.*]

*Dum ſepelitur.*

Aperite, *cum ſuis Ant. & Pſalmis* [*ut ſupra.*]

---

*Invitatorium in Adventu Domini, In Aſcenſione, Infra Octav. Pentecoſtes.*

Regem venturum.

Dominum qui.

Venite, adoremus.

Venite, exultemus Domino, Jubilemus Deo Salutari noſtro. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei. Quoniam Deus

* me.

(A) *Poſt teſtimonium Sanctuli redditum.* Sanctulus eſt is qui aliquem ex Baptiſmo ſuſcipit, retinent nunc uſque Romani hoc vocabulum appellantes *Santulo*, quem frequentius alii *Patrinum* vocant. De teſtimonio a Sanctulo in funere reddendo aliud monumentum impræſentiarum non occurrit: forſan teſtimonium erat vel ſcripto vel voce a Suſceptore prolatum de Baptiſmi gratia a proxime defuncto percepta.[1]

(1) *In laudato mox Ordine Romano* x *ſub num.* 3 *de* Sanctuli *teſtimonio hæc leguntur*: Poſtea ..... Pater ſpiritualis (*hoc eſt* Sanctulus, *uti ibidem obſervat Mabillonius laudato noſtri hujuſce Antiphonarii loco*) veniat in medium, & reddat teſtimonium pro defuncto, ſi fuerit unctus, ſi confeſſus, & de vita ſua. *Audito hocce* Sanctuli *teſtimonio, ut in eodem Ordine Rom. narratur, de totius adſtantis Cleri conſenſione abſolvebatur Defunctus: quem ritum vide in memorato haud ſemel Ordine.*

Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes deos; Quoniam non repellit Dominus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus. Venite, adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, qui ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus.

Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in axacerbatione, ſecundum diem tentationis in Deſerto, ubi temptaverunt me patres veſtri, probaverunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi. Semper hii errant corde. Ipſi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, Si introibunt in requiem meam. Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

---

*Invitatorium in Nativitate Domini, & in Dominica Pentecoſtes.*

Chriſtus natus.
Jubilemus.
Alleluja.
Venite exultemus Domino, Jubilemus Deo Salutari noſtro.

---

*Dominica de [1] Hieruſalem.*

Quoniam Deus.
Venite.
Populus Domini.
Venite exultemus Domino [ *&c. ut ſupra.* ] De Tonis Invitatorii.

---

*Invitatorium in Dominica de Paſſione & Palmis.*

Hodie ſi vocem.
Ipſi vero non.
Venite, exultemus Domino [ *&c. ut ſupra.* ]

---

*Invitatorium ab Octava Paſchæ uſque ad Aſcenſionem diebus ferialibus tantum.*

Alleluja, alleluja.
Venite exultemus Domino [ *&c. ut ſupra.* ]

---

FERIA IIII. *Invitatorium.*

Regem magnum.
Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo Salutari noſtro.

FERIA V.

Dominum qui fecit.

FERIA VI.

In manu tua.
Venite exultemus Domino, jubilemus Deo.

---

*Invitatorium in Feſto Omnium Sanctorum.*

Regem regum Dominum, venite adoremus, quia ipſe.
Venite, exultemus Domino, jubilemus Deo Salutari [ *&c. ut ſupra.* ]

*Invitatorium Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum & Virginum.*

Regem magnum.
Veni-

(1) *Scilicet quum Statio celebratur ad S. Crucem in Jeruſalem, aut cum ad introitum Miſſa canitur* Lætare Jeruſalem, *quod, uti notum eſt, evenit in Dominica IV Quadrageſimæ.*

De Cantu in Miſſa.

Venite exultemus Domino, jubilemus Deo Salutari noſtro. Præoccupemus.

---

*In Choro hunc Hymnum* (A) *non dicimus, ſed in aliis Oratoriis decantamus.*

Nunc [a] Sancto nobis Spiritus, unus Patri cum Filio, dignare promtus ingeri noſtro refuſus pectori. Os, [1] lingua, mens, ſenſus, vigor, confeſſione perſonent, flammeſcat igne charitas, accendat ardor proximus. Præſta Pater piiſſime, Patrique Compar Unice, cum Spiritu Paraclito regnas per omne ſæculum. Amen.

---

*In Cotidianis diebus* [*ad Miſſam.*]

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

*In Feſtivitatibus.*

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

*In Dominicis diebus.*

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

[*Hymnus Angelicus.*]

Et in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te; Benedicimus te; Adoramus te; Glorificamus te; gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus Rex cæleſtis, Deus Pater omnipotens. Domine, Fili Unigenite, Jeſu Chriſte, Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris; Qui tollis peccata Mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram Patris, miſerere nobis. Quoniam tu ſolus Sanctus, Tu ſolus Dominus, Tu ſolus Altiſſimus Jeſu Chriſte, cum Sancto Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.

Sanctus Sanctus Dominus Deus Sabaoth, pleni ſunt cæli & terra gloria tua. Oſanna in excelſis. Benedictus, Qui venit in nomine Domini. Oſanna in excelſis.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, miſerere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, miſerere nobis. Agnus Dei qui tollis peccata Mundi, dona nobis pacem.

Kyrie

a. Errata corrige ut in Breviario Romano.

(A) *In Choro hunc Hymnum non cantamus &c.* Eccleſia Romana antiquitus [2] non admittebat hymnos in Divinis Officiis. Amalar. in ſupplemento edito a Cl. Mabillonio. Ex hoc Antiphonario, & Ritualibus Benedicti Canonici & Cencii Camerarii conſtat ad XII. ſæculum antiquum morem perduraſſe: tum primum admiſſus eſt Hymnus ad Completorium ut patet ex hoc Antiphonario, poſtea in ſingulis Officiis obtinuere locum hymni, ut videre eſt apud Radulphum propoſ. 13. Scio in antiquioribus conſuetudinibus Cluniacenſis Monaſterii lib. 1 cap. 52 fieri mentionem Hymnorum in Eccleſia Romana, ut etiam Hymnarii mentio extat in vetuſta tabula marmorea anni MII. quam retulimus in Appendice [3] pag. 448. verum cum clara ſint oppoſita teſtimonia, dicendum videtur in aliquibus tantum Urbis Eccleſiis tum temporis admiſſum hymnorum uſum, majorum Baſilicarum Clericis antiquum ordinem retinentibus.

(1) *Ita in Mſ.*

(2) *Hanc Thomaſii obſervationem ſuffragio ſuo, dum eam probat ſequiturve, confirmat Clariſſimus Mabillonius Comment. in Ord. Rom. pag. CXXVIII; addit-que eum morem retinuiſſe Eccleſias Lugdunenſem atque Viennenſem, in quibus nulli hactenus hymni ad Vigilias nocturnas, & Laudes matutinas, immo nec ad Veſperas, ceteraſque horas, præter Completorium. Vide & quæ diximus ſupra pag. 17. not. 2.*

(3) *Juxta primam hujus libri editionem.*

Digitized by Google

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Sanctus.

---

[*De Transfiguratione Domini.*]

℟. . . . . Diſcipulis transfigurato Domino Moyſes & Elias, Hinc inde ſecum loquentes. . . . . ℣. Ut in ore duorum vel trium teſtium ſtaret omne verbum; & ut teſtimonium haberet a Lege & Prophetis. Hinc inde.

℟. Hodie in monte transfigurato Domino, aperti ſunt cæli, & vox Patris intonuit. Hic eſt filius meus Dilectus, in quo michi complacui. ℣. Intonuit de cælo Dominus; Et Altiſſimus dedit vocem ſuam. Hic eſt.

*Ad Laudes & Veſperas.*

[*Ant.*] Aſſumpſit Jeſus Diſcipulos ſuos, & aſcendit in montem, & transfiguratus eſt ante eos. *euouae.* De Transfiguratione Domini.

*Ant.* Deſcendentibus illis de monte, præcepit eis dicens, ut nemini dicerent viſionem. *euouae.*

*Ant.* Nemini dixeritis viſionem, donec Filius hominis a mortuis reſurgat. *euouae.*

*Ant.* Domine, bonum eſt nos hic eſſe: Si vis, faciamus hic tria tabernacula. *euouae.*

*Ant.* Viſionem, quam vidiſtis, nemini dixeritis, donec a mortuis reſurgat Filius hominis. *euouae.*

*Ad* Benedictus.

[*Ant.*] Cæli aperti ſunt ſuper eum, & vox Patris intonuit. Hic eſt Filius meus Dilectus, in quo mihi bene complacui. *euouae.*

*Alia manu.*

Aſſumpſit Jeſus Diſcipulos ſuos, & aſcendit in montem, & transfiguratus eſt ante eos.

[*EXPLICIT. DEO. GRATIAS.*]

---

[*Supplementum Officii Annuntiationis Sanctæ Mariæ ex Rituali* [a] *Benedicti Canonici Baſilicæ S. Petri, ſcripto ad Guidonem de Caſtello Presbyt. Cardin. Tit. Sancti Marci, qui poſtea Summus Pontifex fuit, dictus Cæleſtinus II.*]

*Ad Veſp.*

*Ant.* Miſſus eſt Gabriel Angelus. *Pſal.* Dixit Dominus.

*Ant.* Ave Maria. *Pſalm.* Laudate pueri.

*Ant.* Ne timeas. *Pſalm.* Lætatus ſum.

*Ant.* Dabit ei Dominus. *Pſal.* Niſi Dominus.

RESPONS. ET ANTIPH.

*Ant.* Ecce ancilla. *Pſalm.* Lauda Jeruſalem.

℣. Ave Maria.

*In Euangelio.*

Spiritus Sanctus in te deſcendet. *Pſal.* Magnificat.

*Ad Matut.*

Regem Virginum, *cum ſuo* Venite.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Miſſus eſt Gabriel. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Ave Maria. *Pſ.* Cæli enarrant.

*Ant.* Ne timeas Maria. *Pſal.* Domini eſt terra & plenitudo ejus.

℣. Ave Maria.



(a) *Extat modo, quemadmodum omnibus compertò eſt, apud Mabillonium Muſei Ital. tom. II, pag. 131.*

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Angelus Domini annuntiavit. *Pſalm.* Eructavit.

*Ant.* Antequam convenirent. *Pſ.* Domine Dominus noſter.

*Ant.* Dabit ei Dominus Deus. *Pſ.* Fundamenta.

℣. Benedicta tu in mulieribus.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Ecce ancilla Domini. *Pſal.* Cantate Domino. 1.

*Ant.* Beata [a] eſt Maria. *Pſal.* Dominus regnavit, [exultet.]

*Ant.* Beatam me dicent omnes. *Pſal.* Cantate. 11.

℣. Ecce ancilla Domini.

*Hæc ſunt Reſponſoria.*

Miſſus eſt Gabriel Angelus. [1] Veniant. Suſcipe verbum. Ecce Virgo. Salvatorem expectamus. Lætentur cæli. Orietur Stella. Beatam me dicent.

IN

a. es.

(1) *Apud Mabillonium loco nuper laudato legitur:* Antequam veniant.

# IN . NOMINE . DOMINI . JESU . CHRISTI

INCIPIT

# RESPONSORIALE

ET

# ANTIPHONARIUM

ROMANÆ . ECCLESIÆ . DE . CIRCULO . ANNI (1)

*A Beato olim Gregorio Papa Romano coactum, ſed nonnullis accretionibus ac demptionibus aliquantulum immutatum, ad Ritumque Monaſticum ex parte accommodatum.*

---

[ *Verſus M. S. Exemplari præfixi.* ]

HOC quoque (A) GREGORIUS, Patres de more ſecutus,
Inſtauravit opus; auxit & in melius.
His vigili CLERUS mentem conamine ſubdat
Ordinibus, paſcens hoc ſua corda favo.
Quem pia ſollicitis ſolertia niſibus, omni
Scripturæ campo legit & explicuit.
Carmina diverſas ſunt hæc celebranda per Horas,
Sollicitam rectis mentem adhibete ſonis.
Diſcite verborum legales pergere calles,
Dulciaque egregiis jungite dicta Modis.
Verborum ne cura ſonos, ne cura ſonorum,
Verborum normas nullificare queat.
Quicquid honore Dei ſtudiis celebratur honeſtis,
Hoc ſummis jungit mitia corda Choris.



(A) *Hoc quoque Gregorius &c.* Præter eum Codicem unde deſcriptum fuit hoc Antiphonarium, extat item alius in Monaſterio S. Galli, qui hos ſimiliter Verſus exhibet. Meminit Amalarius cap. 8 Prologi cujuſdam antiquo Romano Antiphonario præfixi, illi

(1) *Et hunc titulum Mſ. Codici huic Tiomaſium addidiſſe crediderim. Vide ejus Præfationem non longe a fine, ubi de eodem Mſ. dum loquitur, illud innuere videtur.*

✠

# INCIPIUNT RESPONSORIA ET ANTIPHONÆ

## PER CIRCULUM ANNI.

DOMINICA I DE ADVENTU DOMINI.

*Ad Veſper.*

℟. Audite (A) verbum Domini gentes. ℣. A Solis ortu & occaſu.

*In Euang.*

*Ant.* Ecce nomen Domini venit de longinquo, & claritas ejus replet orbem terrarum.

*Invitatorium.*

*Ant.* Dominum (B) qui venturus eſt (cujus Virga floruit de radice Jeſſe) venite adoremus.

*Ant.* Regem venturum Dominum.

℟. Aſpiciens (C) a longe, Ecce video Dei potentiam venientem, & nebulam totam terram tegentem. Ite obviam

illi ſcilicet libro qui Antiphonas habebat, cum in alio ſeorſum Reſponſoria continerentur; quod hoſce Verſus intellexerit Amalarius nomine Prologi. ſi quis aſſereret, non detrectarem. In Antiphonario Miſſæ ſcripto Sæculo XI, ſervato in Bibliotheca Angelica S. Auguſtini in Urbe præponuntur ſequentes Verſus.

*Gregorius Præſul, Papæ meritis & nomine dignus*
*Unde genus ducit, ſummum conſcendit honorem.*
*Renovavit munimenta Patrumque priorum*
*Tunc compoſuit hunc Libellum muſicæ artis*
*Scholæ Cantorum anni circuli.* [1]

(A) *Audite Verbum &c.* Amalarius cap. 80. ex Romano Antiphonario unum idemque perhibet Reſponſorium per totum Adventum ad Veſperam, quod incipit *Tu exſurgens*. require pag. 175, col. 1, lin. prima. Quare quæ hoc in Antiphonario ℟℟. variantur ad Veſperam, arbitratu Monachorum addita puto.

(B) *Ant. Dominum qui venturus eſt &c.* Suſpicor hanc Antiphonam Invitatoriam a Monachis additam authentico Antiphonario, cum unam tantum antiqui libri exhibeant in Adventu, ſcilicet *Regem venturum Dominum*. Vide in Appendice pag. 402. [*primæ editionis.*]

(C) *Aſpiciens a longe &c.* De duobus Verſibus in hoc Reſponſorio cantari ſolitis in Eccleſia Romana, licet tres in Reſponſoriali haberentur, vide Amalarium in Prologo: tres Verſus exibet Vaticanum Antiphonarium pag. 18.

(1) *In veteri membrana inſerta ad pag. 33 Mſ. Codici Reginæ Sueciæ in Bibliothec. Vatic. ſignato num. 1709, legitur fragmentum initii Antiphonarii pro Officio nocturno atque diurno cum priſcis Muſicæ notis; quem olim pertinuiſſe ad Monachos Ordinis S. Benedicti in Gallia, Monaſterii B. Mariæ & B. Petro nuncupati, apertiſſime patet ex titulo in quo legitur*: LIBER SCI PETRI FERRARIENSIS CŌNOBII. *In eadem membrana ſequentes habentur verſiculi*:

Gregorius Præſul meritis & nomine dignus.
Unde genus ducit, ſummum conſcendit honorem.
Tradidit hic cantum populis normamque canendi,
Quod Domino laudes referant noctuque dieque.
Hic vitam ſcribens hominum moreſque bonorum,
Iſdem [*ſic*] geſtorum mala non tacuit manifeſta.
Omnia ſed poſt hæc ſenior plenuſque dierum
Tranſiit ad Dominum felix feliciter ipſe.
Et quid te per plura morer faſtigia lector!
Quod docuit fieri, fecit & ipſe prior.
Erfridus ovans Domino Petroque dicavit
Exiguum quod cernis opus ſpectator amate.

obviam ei, & dicite. Nuntia nobis, ſi tu ipſe es, Qui regnaturus es in populo Iſrahel.

℣. Quique terrigenæ & filii hominum, ſimul in unum dives & pauper. Ite.

℣. Tollite portas, principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit. Qui regnaturus.

℟. Aſpiciebam in viſu noctis; Et ecce, in nubibus cæli Filius hominis venit; & datum eſt ei regnum & honor; & omnes populi, Tribus & linguæ ſervient ei.

℣. Ecce Dominator Dominus cum virtute veniet. Et datum.

[a] ℟. Miſſus eſt Gabrihel Angelus ad Mariam Virginem, deſponſatam Joſeph, nuntians ei verbum, & expaveſcit Virgo de lumine. Ne timeas Maria, inveniſti gratiam apud Dominum; ecce, concipies & paries, & vocabitur Altiſſimi Filius.

℣. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Ecce concipies.

℟. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum; Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi; quod enim ex te naſcetur Sanctum, vocabitur Filius Dei.

℣. Tollite portas, principes, veſtras, & elevamini portæ æternales [b] e ioii. Filius.

℟. Salvatorem exſpectamus Dominum [c] IHCOVM [d] xpietvm, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ.

℣. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei. Qui reformabit. De Adventu Domini.

℟. Audite verbum Dominum gentes, & adnuntiate illud in finibus terræ. Et in inſulis quæ procul ſunt, dicite. Salvator noſter adveniet.

℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Et in inſulis.

*Super III* (A) *Cantica.*

*Ant.* Conſurge, conſurge.

℟. Ecce, Virgo concipiet & pariet filium, dicit Dominus, & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, Deus, Fortis.

℣. Tollite portas, principes, veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit. Deus.

℟. Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es; vide afflictionem populi tui. Sicut locutus es, veni, & libera nos.

℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Sicut.

℟. Lætentur cæli, & exultet terra, jubilate montes laudem, quia Dominus noſter veniet, Et pauperum ſuorum miſerebitur.

℣. Ecce Dominator Dominus cum virtute veniet. Et pauperum.

℟. Ecce, dies venient (dicit Dominus) & ſuſcitabo David germen juſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet judicium & juſtitiam in terra. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum, Dominus, Juſtus noſter.

℣. In diebus illis ſalvabitur Juda, & Iſrahel habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen.

*In*

a. Alius ordo Reſponſoriorum in proprio Antiphonario Amalarii cap. 8. b. & introibit. c. JESUM. d. Chriſtum.

(A) *Super tria Cantica &c.* Hoc pertinet ad ritum Monaſticum; quamquam quæ paſſim tribus hiſce Canticis tertii Nocturni præponuntur Antiphonæ, ex authenticis fere Antiphonariis hinc illinc que acceptæ, recte exiſtimari poſſint. Sufficiat hac de re ſemel hic admonuiſſe Lectorem, ne crebra ei repetitione faſtidium fiat.

De Adventu Domini.

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* In illa die ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac & mel. * aeuia.

*Ant.* Jocundare filia Sion, & exulta ſatis filia Hieruſalem. aeuia.

*Ant.* Ecce Dominus veniet, & omnes Sancti ejus cum eo; & erit in die illa lux magna. aeuia.

*Ant.* Omnes ſitientes venite ad aquas, quærite Dominum, dum inveniri poteſt. aeuia.

*Ant.* Ecce veniet Propheta magnus, & ipſe renovabit Hieruſalem. aeuia.

*In Euang.*

*Ant.* Spiritus Sanctus in te deſcendet Maria, ne timeas, habebis in utero Filium Dei. aeuia.

*Ad Veſper.*

℟. Lætentur cæli. ℣. Ecce Dominator Dominus.

*Ant.* Dicite filiæ Sion. Ecce, Rex tuus veniet tibi. Sion noli timere, ecce, Rex tuus veniet.

*Ant.* Ne timeas Maria, inveniſti gratiam apud Dominum. Ecce, concipies & paries filium. acuia.

*Antiphonæ de Adventu Domini.*

*Ad Tertiam Ant.* Veni, & libera nos Deus noſter.

*Ad Sextam Ant.* Tuam Domine excita potentiam, & veni ad ſalvandum nos.

*Ad Nonam Ant.* In tuo adventu erue nos Domine.

*Verſus unde ſupra de Adventu Domini.*

℣. Egredietur virga, *uſque*, aſcendet.

IN I NOCTURNO.

℣. Egredietur Dominus, *uſque*, populum ſuum.

IN II NOCTURNO.

℣. Ex Sion ſpecies decoris, *uſque*, manifeſte veniet.

IN III NOCTURNO.

℣. Vox clamantis in deſerto, *uſque*, ſemitas ejus.

*Ad Matut.*

℣. Timebunt gentes, *uſque*, gloriam tuam. *Ad III.*

℣. Memento noſtri Domine, *uſque*, in ſalutem. *Ad VI.*

℣. Domine Deus virtutum converte, *uſque*, ſalvi erimus. *Ad VIIII.*

℣. Rorate cæli deſuper, *uſque*, Salvatorem. *Ad Veſp.*

*Reſponſoriola unde ſupra.*

℟. Veni ad liberandum nos, Domine Deus Virtutum.

℣. Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.

℟. Oſtende nobis Domine Miſericordiam tuam.

℣. Et Salutare tuum da nobis.

℟. Super te, Hieruſalem, orietur Dominus.

℣. Et gloria ejus in te videbitur. (A)

℟. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ.

℣. De petra deſerti, ad montem filiæ Sion.

℟. Tu

* alleluja.

(A) De Verſibus ac Reſponſoriis ad Tertiam, VI, & IX, per totum Adventum, Amalar. cap. 8. qui in proprio a ſe confecto Antiphonario Verſus omnes Reſponſoriis nocturnis præpoſuit, iiſdemque Reſponſoriis Reſponſoria adtexuit Tertiæ, Sextæ & Nonæ, ſecus ac erant in authenticis Antiphonariis Eccl. Rom. quæ noſter hic Codex eſt ſecutus.

℟. Tu exurgens Domine, miſereberis Sion.
℣. Quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

FERIA II.

*Ant.* Hieruſalem reſpice ad Orientem, & vide. aeuia.

*Ant.* Angelus Domini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto. aeuia.

FERIA III.

*Ant.* Quærite Dominum, dum inveniri poteſt, invocate eum, dum prope eſt. aeuia. [1]

*Ant.* Antequam convenirent, inventa eſt Maria, habens in utero de Spiritu Sancto. aeuia.

FERIA IV.

*Ant.* De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.

*Ant.* Veniet (A) fortior me, poſt me, cujus non ſum dignus ſolvere corrigiam calceamentorum ejus.

FERIA V.

*Ant.* Exſpectabo Dominum Salvatorem meum, & præſtolabor eum, dum prope eſt. aeuia.

*Ant.* Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui.

FERIA VI.

*Ant.* Ex Ægypto vocavi Filium meum: veniet, ut ſalvet populum ſuum.

*Ant.* Ecce, veniet Deus & Homo de domo David, ſedere in throno. aeuia.

SABBATO. De Adventu Domini.

*Ant.* Sion noli timere, ecce, Deus tuus veniet. aeuia.

*Ant.* Ecce, in nubibus cæli Filius hominis veniet. aeuia.

*Ant.* Veni Domine, viſitare nos in pace, ut lætemur coram te corde perfecto.

*Ad Veſper.*

℟. Salvatorem exſpectamus.
℣. Præoccupemus.

*In Evang.*

*Ant.* Leva Hieruſalem oculos, & vide potentiam Regis: ecce, Salvator venit ſolvere te a vinculis.

---

*Dominica II ante Nativitatem* DOMINI.

*Invitatorium.*

*Ant.* Rex (B) noſter adveniet Xpeuc, quem Johannes prædicavit, Agnum eſſe venturum.

*Reſponſoria.*

Hieruſalem, cito veniet ſalus tua, quare mærore conſumeris? nunquid conſiliarius non eſt tibi, quia invenabit te dolor? ſalvabo te, & liberabo te. Noli timere.
℣. Iſrahel ſi me audieris non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum, ego enim Dominus. Salvabo.
℟. Ecce, Dominus veniet, & omnes

(A) *Ant. Veniet &c.* Eidem IV. Feriæ adſcripta olim erat hæc Antiphona in Metenſi Antiphonario, ut etiam hic [2]. Amalarius in ſuo Antiphonario alibi collocavit: idem cap. 8.

(B) *Ant. Rex noſter &c.* Et hac Invitatoria Antiphona caruiſſe authentica Antiphonaria puto ob rationem in ſuperiore Dominica allatam; idemque dicendum arbitror de cæteris Invitatoriis Antiphonis per Adventum.

(1) *In Antiphonario Tom. III nov. edit. Operum S. Gregorii hæc duæ Antiphonæ pro Feria III mutato ordine leguntur, ita ut quæ hoc ſecundo loco ponitur, ibi primum occupet: quod & obſervatur in Antiphonis Feriæ V & Feriæ VI.*

(2) *Et in laudato nuper Antiphonario a PP. Mauris edito ea Antiphona IV Feriæ adjudicata reperitur.*

De Adventu Domini.

nes Sancti ejus cum eo, & erit in die illa lux magna, & exibunt de Hieruſalem, ſicut aqua munda, & regnabit Dominus in æternum ſuper omnes gentes.

℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Et regnabit.

℟. Hieruſalem ſurge, & ſta in excelſo, & vide jocunditatem, quæ veniet tibi a Deo tuo.

℣. Leva in circuitu oculos tuos, & vide & contemplare. Jocunditatem.

℟. Civitas Hieruſalem noli flere, quoniam doluit Dominus ſuper te, & auferet a te omnem tribulationem.

℣. Ecce Dominator Dominus cum virtute veniet. Et auferet.

℟. Ecce, veniet Dominus, Protector noſter, Sanctus Iſrahel, coronam Regni habens in capite ſuo. ℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Coronam.

℟. Sicut mater conſolatur filios ſuos, ita conſolabor vos (dicit Dominus) & de Hieruſalem civitate, quam [a] elegit, veniet vobis auxilium. Et videbitis, & gaudebit cor veſtrum. ℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo. Et videbitis.

*Super III. Cantica.*

*Ant.* Lætamini cum Hieruſalem.

[b] ℟. Hieruſalem plantabis vineam in montibus tuis, & exultabis, quia dies Domini veniet. Surge Sion, convertere ad Deum tuum; gaude & lætare Jacob, quia de medio gentium Salvator tuus veniet.

℣. Deus a Libano veniet. Gaude. *vel* Salvator.

[c] ℟. Egredietur Dominus de Samaria, a porta quæ reſpicit ad Orientem, & [d] veniens in Bethlehem, ambulans ſuper aquas redemptionis Judæ. Tunc ſalvus erit omnis homo, Quia ecce veniet.

℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo. Quia.

℟. Rex noſter adveniet xpietve, Quem Johannes prædicavit, Agnum eſſe venturum.

℣. Ecce Agnus Dei, ecce Qui tollit peccata Mundi. Quem Johannes.

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* Ecce, in nubibus cæli Dominus veniet cum poteſtate magna. aeuia.

*Ant.* Urbs fortitudinis noſtræ Sion, Salvator ponetur in ea murus & antemurale: aperite portas, quia nobiſcum Deus. aeuia.

*Ant.* Ecce apparebit Dominus, & non mentietur. Si moram fecerit, exſpecta eum, quia veniet, & non tardabit. aeuia.

[e] *Ant.* Montes & colles cantabunt coram Deo laudes, & omnia ligna ſilvarum plaudent manibus, quoniam veniet Dominus, Dominator in regnum æternum. aeuia.

*Ant.* Ecce Dominus noſter cum virtute veniet, ut illuminet oculos ſervorum ſuorum. aeuia.

*In Euang.*

*Ant.* Super ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit in æternum. aeuia.

*Ad Veſper.*

℟. Rex noſter. ℣. Ecce Agnus Dei.

*In Euang.*

*Ant.* Beata es Maria, quæ credidiſti; perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi a Domino. aeuia.

FERIA II.

*Ant.* De cælo veniet Dominator Domi-

*a.* elegi. *b.* Amal. cap. 9 de Hieremia. *c.* Apud Amalar. cap. 9 habetur in hac Dominica duo alia ℟. *Virgo Iſrael* ex Hieremia: *Bethlehem civitas Dei Summi*. *d.* venlet. *e.* Hæc Antiphona ſæculo VII cantabatur ad Benedictiones. Vide Vitam S. Damiani Epiſcopi Ravennatenſis ſcriptam ab Agnello.

Dominus, & in manu ejus honor & imperium.

*Ant.* Ecce, Rex veniet Dominus terræ, & ipſe auferet jugum captivitatis noſtræ.

FERIA III.

*Ant.* Super te, Hieruſalem, orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur.

*Ant.* Vox (A) clamantis in deſerto. Parate viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri.

FERIA IV.

*Ant.* Ecce mitto Angelum meum, qui præparabit viam tuam ante faciem tuam.

*Ant.* Sion renovaberis, & videbis Juſtum tuum, qui venturus eſt in te.

FERIA V.

*Ant.* Tu es qui venturus es, Domine, quem exſpectamus, ut ſalvum facias populum tuum.

*Ant.* Qui poſt me venit, ante me factus eſt, cujus non ſum dignus calciamenta ſolvere.

FERIA VI.

*Ant.* Dicite puſillanimis. Confortamini, ecce Dominus Deus noſter veniet.

*Ant.* Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terræ.

[1] *Ant.* Erumpent montes jocunditatem, & colles juſtitiam, quia lux Mundi, Dominus cum potentia venit.

SABBATO.

*Ant.* Levabit Dominus Signum in nationibus, & congregabit diſperſos Iſrael. De Adventu Domini.

*Ad Veſper.*

℟. Ecce dies venient.
℣. In diebus illis.

*In Euang.*

*Ant.* Ante me non eſt formatus Deus, & poſt me non erit; quia mihi curvabitur omne genu, & confitebitur omnis lingua.

---

*In Nat. S.* LUCIÆ *Virginis.*

*In Euang.*

*Ant.* Soror mea Lucia, Virgo Deo devota, quid a me petis, quod ipſa poteris præſtare continuo matri tuæ?

*Reſponſoria.*

℟. Lucia Virgo, quid a me petis, quod ipſa poteris præſtare continuo? nam & matri tuæ fides tua ſubveniet, & ecce ſalva [a] es. Quia jocundum Deo in tua Virginitate habitaculum præparaſti.
℣. Sicut per me civitas Catanenſium ſublimatur a Chriſto, ita & per te civitas Syracuſana decorabitur a Domino nostro Chriſto. Quia.

℟. Rogavi Dominum meum &c.
℣. Pro eo &c.

℟. Grata facta eſt &c.
℣. Adjuvabit &c.

*In Matut. Laudibus.*

*Ant.* Orante ſancta Lucia &c.

*Ant.* Lucia Virgo, quid a me petis, quod ipſa poteris præſtare continuo? aeuia.

RESPONS. ET ANTIPH.

a. eſt.



(A) *Ant. Vox clamantis.* In Antiphonario Metenſi in hac eadem Feria extabat hæc Antiphona. Amalarius in ſuo alio tranſtulit, idem cap. 8.

(1) *Tres hac Feria VI occurrunt antiphonæ quum in præcedentibus diebus duæ tantum habeantur, fortaſſe harum una ad inſequentem proxime Sabbatum ſpectabat. Notari tamen poterit in Antiph. Cod. Compend. ſupra laudato in Feriis II, IV, & V hujuſce hebdomadæ pro unaquaque illarum dierum tres antiphonas deſignari duas tantum in Feriis II, & VI, ut & in Sabbato. Quæ in re facile aliquid latitat veteris Monachorum ritus. Animadverſio haud abſimilis, ſi lubeat, fieri poterit & in Feriis ſequentium hebdomadarum.*

Menſis Decembris.

*Ant.* Tanto pondere eam fixit Spiritus Sanctus, ut Virgo Domini immobilis permaneret.

*Ant.* Columna es immobilis, Lucia Martyr Chriſti, quia omnis plebs te exſpectat, ut accipias coronam vitæ. aeuia.

*In Euang.*

*Ant.* In tua patientia poſſediſti animam tuam, Lucia, Sponſa Chriſti; odiſti quæ in Mundo ſunt, & coruſcas cum Angelis; ſanguine proprio Mundum ſubegiſti.

---

DOMINICA III
*Ante Nat. Domini.*
*Invitatorium.*

*Ant.* Ecce, venit Dominus Rex, occurramus obviam Salvatori noſtro.

[a] ℟. Ecce apparebit Dominus *&c.*
℣. Ecce Dominator Dominus cum virtute veniet. Et cum eo.

℟. Bethlehem Civitas Dei *&c.*
℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo. Et egreſſus.

[b] ℟. Qui venturus eſt, veniet *&c.*
℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus, Deus noſter manifeſte veniet. Quoniam.

℟. Suſcipe verbum Virgo Maria, quod tibi a Domino per Angelum tranſmiſſum eſt: concipies per aurem, Deum paries & hominem, Ut benedicta dicaris inter omnes mulieres.
℣. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Ut benedicta.

[c] ℟. Ægypte noli flere *&c.* de manu potentium.
℣. Ecce Dominator Dominus cum virtute veniet. Ante cujus.

[d] ℟. Prope eſt ut veniat *&c.*
℣. Qui venturus eſt veniet, & non tardabit; jam non erit timor in finibus noſtris; quoniam ipſe eſt Salvator noſter. Miſerebitur.

*Super III. Cantica.*

*Ant.* Ponent Domino gloriam.

℟. Deſcendet Dominus, ſicut pluvia in vellus. Orietur in diebus ejus juſtitia & abundantia pacis.
℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Orietur.

℟. Veni Domine, & noli tardare *&c.*
℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Revoca.

℟. Ecce radix Jeſſe *&c.*
℣. Deus a Libano veniet, & Sanctus de monte umbroſo & condenſo. Et erit.

℟. Docebit nos Dominus *&c.*
℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus, Deus noſter manifeſte veniet. Quia.

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* Veniet Dominus (& non tardabit) ut illuminet *&c.*

*Ant.* Hieruſalem gaude *&c.*

*Ant.* Dabo in Sion *&c.*

*Ant.* Montes & omnes colles *&c.*

*Ant.* Juſte & pie *&c.*

*Ant. In Euang.* Joannes autem cum audiſſet in vinculis, opera Chriſti, mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi. Tu es Qui venturus es? an alium exſpectamus.

*Ad Veſper.*

℟. Veni Domine & noli.
℣. A Solis.

*In Euangel.*

*Ant.* Tu es Qui venturus es? an alium exſpectamus? Dicite Johanni, quæ vidiſtis, ad lumen redeunt cæci, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. aeuia.

*Ant.* Ite, dicite Johanni. Cæci vident, ſurdi audiunt, claudi curantur, leproſi mundantur. FE-

a. In Menſi Antiph. deerat ℟. *Gaudete*. Amal. cap. 10. —— *Vide ſupra pag. 25, not.* (c) b. Amal. cap. 10. c. Amal. cap. 10. d. Amal. ibidem.

FERIA III.

*Ant.* Dicit Dominus. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim Regnum cælorum. aeuia.

*Ant.* Beatam (A) me dicent omnes generationes, quia .....

FERIA III.

*Ant.* Conſurge, conſurge, induere fortitudine brachium Domini.

*Ant.* Paratus eſto, Iſrahel, in occurſum Domini, quoniam venit.

FERIA IV.

*Ant.* Elevare, elevare, conſurge Hieruſalem. Solve vincula colli tui captiva filia Sion.

*Ant.* Ponam in Sion ſalutem, & in Hieruſalem, gloriam meam. alleluja.

*Ant.* Ponent Domino gloriam, & laudem ejus in inſulis [a] nuntiabitur, quia ecce veniet, & non tardabit.

FERIA V.

*Ant.* Conſolamini, conſolamini populo meus, dicit Deus veſter.

*Ant.* Lætamini cum Hieruſalem, & exultate in ea, omnes qui diligitis eam, in æternum.

FERIA VI.

*Ant.* Dies Domini, ſicut fur, ita in nocte veniet; & vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. De Adventu Domini.

[b] *Ant.* Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Johannes. Qui poſt me venit, ante me factus eſt.

SABBATO.

[*Ant.*] Omnis vallis.

*Ad Veſper.*

[℟.] Deſcendet Dominus.

*Ant.* O Sapientia, *vel alia de illis, ſicut evenerit.*

---

DOMINICA

*Proxima Nat. Domini.*

*Ad Invitat.*

*Ant.* Vigilate animo, in proximo eſt Dominus Deus noſter.

[c] ℟. Canite tuba *&c.*

℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. Et dicite.

℟. Viceſima (B) quarta die Decimi Menſis jejunabitis (dicit Dominus) & mittam vobis Salvatorem & propugnatorem pro vobis, qui vos præcedat, & introducat in terram, quam juravi patribus [d] vi.

℣. Ego ſum Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypti. In terram.



a. nuntiabunt. b. Amal. cap. 10. c. Amal. cap. 11. d. veſtris.

(A) *Ant. Beatam me dicent &c.* Supple ex Breviario Romano, *Ancillam humilem reſpexit Deus.*

(B) *Vigeſima quarta die menſis decimi &c.* Hæc eſt vetus germana lectio, non *Octava decima die menſis decimi*, ut ex corruptis Codicibus legebatur in Galliis antequam Amalarius a Gregorio Papa IV. illam didiciſſet: vide ipſum Amalarium cap. 11. Corruptio tamen quæ irrepſerat, haud ubique fuit emendata, ut ex Agobardo Epiſcopo Lugdunenſi conſtat in libro, quem edidit de Correctione Antiphonarii contra Amalarium, edito a clariſſimo viro Stephano Baluzio. Quin etiam perduravit vitiata ea lectio ad noſtra uſque tempora, nam in Breviario ſecundum uſum Gallicorum edito Venetiis MDXXVII. apud Lucam Antonium Juntam Florentinum pag. 88. ita incipit ℟. *Octava die decimi menſis &c.*[1]

(1) *In Antiph. Cod. Compend. col. 737 legitur*: Octava-decima die decimi menſis jejunabitis &c.

De Adventu Domini.

[a] ℟. Non auferetur ſceptrum &c. ℣. Pulchriores &c.

℟. Me oportet minui &c. ℣. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Johannes. Qui poſt.

[b] ℟. Ecce jam veniet plenitudo &c. ℣. Prope eſt ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Ut eos.

*Super III. Cant.*

[*Ant.*] Vox clamantis.

℟. Naſcetur (A) vobis parvulus, & vocabitur Deus, Fortis; ipſe ſedebit ſuper thronum David patris ſui, & imperabit, cujus poteſtas ſuper humerum ejus, & imperium.

℣. Ecce advenit Dominator Dominus, & regnum in manu ejus & poteſtas. Et imperium.

℟. Virgo Iſrahel &c.

℣. A Solis Ortu & Occaſu, ab Aquilone & Mari. In terra.

℟. Juravi, dicit Dominus &c.

℣. A Solis Ortu & Occaſu. Et teſtamentum.

℟. Non diſcedimus a te &c.

℣. Domine Deus Virtutum converte nos. Oſtende.

[c] ℟. Intuemini &c.

℣. Et dominabitur a mari uſque ad mare. Cujus.

*Ad Matutinas Laudes.*

[d] *Ant.* Canite tuba &c.

*Ant.* Ecce veniet &c.

*Ant.* Erunt prava &c.

*Ant.* Dominus veniet &c.

*Ant.* Omnipotens &c.

*In Euang.*

*Ant.* O Oriens.

*Ant.* Ecce Deus noſter, & exſpectabimus eum, & ſalvabit nos. aeuia.

---

*In proxima Hebdomada.*

*Ad Veſper.*

℟. Feſtina, ne tardaveris Domine, & libera populum tuum.

℣. Veni Domine, & noli tardare, relaxa facinora plebis tuæ. Et libera.

*Ant.* O Sapientia.

*Invitator.*

*Ant.* Surgite, vigilemus quia veniet Rex. Venite.

*Reſponſor.* (B)

[e] ℟. Clama in fortitudine &c.

℣. Super montem &c.

[f] ℟. Orietur ſtella &c.

℣. Et adorabunt &c.

℟. Modo veniet Dominator Dominus, & nomen ejus Emmanuhel [g] oaiu.

℣. Ec-

*a.* Amal. cap. 11. *b.* Amal. ibidem. *c.* Amal. ibidem. *d.* Amal. cap. 12. *e.* Amal. cap. 11. *f.* Amal. cap. 10. *g.* vocabitur.

(A) ℟. *Naſcetur vobis &c.* Amalarius c. 12 legit *nobis*, qui ſcribit in Romano Antiphonario inter ea ℟℟. fuiſſe, quæ habent initium a ℟. *Canite tuba in Sion*, & in Metenſi extitiſſe inter ℟℟. Feriarum hujus hebdomadæ. In hoc noſtro utrobique ponitur, & hic in Dominica & in hujus hebdomadæ Feriis. Vide pag. 181, col. 1. Amalarius in ſuo Antiphonario hujus ℟. verba commutavit, ſcribendo *Natus eſt nobis*; illudque in nocte Nativitatis Domini repoſuit: noſtri Codices retinent priſcum morem.

(B) *Reſponſoria &c.* In Metenſi Antiphonario diſcreta erant Reſponſoria Feriarum præſentis hebdomadæ ab aliis Dominicæ, quorum primum erat *Canite tuba*. Amal. cap. 12. quem ordinem exhibet hoc noſtrum Antiphonarium. Porro permixta illa ℟℟. Feriarum Amalarius in ſuo Antiphonario diſtribuit per ſingulas Ferias.

Digitized by Google

℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Et nomen.

℟. Egredietur Dominus, & præliabitur &c.

℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus. Deus noſter manifeſte veniet. Et ſtabunt.

℟. Præcurſor pro nobis &c.

℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Pontifex.

℟. Videbunt gentes &c.

℣. Et erit &c.

℟. Emitte agnum &c.

℣. Ex Sion ſpecies decoris. De Petra.

℟. Rorate cæli &c.

℣. Emitte Agnum &c.

℟. Germinaverunt campi &c.

℣. Ecce, Dominator Dominus cum virtute veniet. Et ſplendor.

℟. Egredietur Virga de radice Jeſſe, & flos de germine ejus &c.

℣. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant Juſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Et erit.

℟. Radix Jeſſe &c.

℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus, Deus noſter manifeſte veniet. Et erit.

℟. Annuntiatum eſt per Gabrielem Archangelum Mariæ Virgini de introitu Regis; & ingreſſus eſt per ſplendidam regionem, aurem Virginis, viſitare palatium uteri; & egreſſus eſt per auream portam Virginis.

℣. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Et egreſſus.

[a] ℟. Naſcetur [b] enim.

---

[FERIA II.]

*Ad Matutinum.* (A)

*Ant.* Ecce veniet Dominus &c.

*Ant.* Dum venerit Filius &c. De Adventu Domini.

*Ant.* Ecce jam veniet plenitudo &c.

*Ant.* Haurietis aquas &c.

*Ant.* Egredietur Dominus &c.

*In Euang.*

[c] *Ant.* Egredietur [1] Virga de radice Jeſſe, & replebitur omnis terra gloria Domini, & videbit omnis caro Salutare Dei.

---

FERIA III.

[*Ad Matutin.*]

*Ant.* Rorate cæli &c.

*Ant.* Emitte Agnum &c.

*Ant.* Ut cognoſcamus &c.

*Ant.* Da mercedem &c.

*Ant.* Lex per Moyſen &c.

*In Euangel.*

*Ant.* Tu Bethlehem terra Juda non eris minima; ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrahel.

---

FERIA IV.

*Super III Cantica.*

*Ant.* Nolite timere, quinta enim die veniet ad vos Dominus veſter.

*Ad Matut.*

*Ant.* Prophetæ prædicaverunt &c.

*Ant.* Spiritus Domini &c.

*Ant.* Adnuntiate populis &c.

*Ant.* Ecce veniet Dominus &c.

*Ant.* Propter Sion &c.

*In Euang.*

*Ant.* Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Mariam Virginem deſponſatam Joſeph.

*Ant.* Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum; benedicta tu in mulieribus. aeuia.

*Ant.*

a. Vide quæ ſcripſimus ſupra pag. 180. b. *nobis*. c. Amalarius eam antiphonam hinc tranſtulit in Feriam IV hebdomadæ primæ in ſuo proprio Antiphonario.

(A) *Ad Matutinum &c.* De peculiaribus Antiphonis Matutinis per VII dies ante Natalem Domini, Amal. cap. 12.

(1) *Hoc loco ea antiphona habetur & in Antiphonario Cod. Compendienſi col. 739.*

De Adventu Domini.

*Ant.* Dabit ei Dominus Sedem David patris ejus, & regnabit in æternum.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Quomodo fiet iſtud, Angele Dei, quia virum in concipiendo non pertuli? Audi Maria, Virgo Chriſti. Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.

*Ant.* Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

---

FERIA V.

*Ad Matutin.*

*Ant.* De Sion veniet *&c.*

*Ant.* De Sion veniet qui regnaturus *&c.*

*Ant.* Convertere Domine *&c.*

*Ant.* Ecce Deus meus *&c.* & exſpectabo eum.

*Ant.* Dominus Legifer noſter *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Vigilate animo, in proximo eſt Dominus Deus noſter.

*Ant.* Intuemini, quantus ſit glorioſus iſte, qui ingreditur ad ſalvandos populos.

---

FERIA VI.

*Ad Matutin.*

*Ant.* Conſtantes eſtote *&c.*

*Ant.* Ecce Rex veniet Dominus terræ.

*Ant.* Veni Domine *&c.*

*Ant.* Deus a Libano *&c.*

*Ant.* Ego autem ad Dominum *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Ex quo facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, exultavit infans in gaudio in utero meo. aeuia.

---

FERIA VII.

[*Ad Matut.*]

*Ant.* Prophetæ prædicaverunt.

*Ant.* Ad te Domine levavi animam meam; veni, & eripe me, Domine ad te confugi.

*Ant.* [IV] Expectetur ſicut.

*Aat.* [III] Ego autem ad Dominum.

*Ant.* Adnuntiate populis.

*In Euangel.*

*Ant.* Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & videbit omnis caro Salutare Dei.

---

*In proxima Hebdomada Nat. Domini.*

*Ad Veſper.*

*Ant.* O Sapientia *&c.* (A)

*Ant.* O Adonai *&c.*

*Ant.* O Radix Jeſſe *&c.*

*Ant.* O Clavis David *&c.*

*Ant.* O Oriens *&c.*

*Ant.* O Rex gentium *&c.*

*Ant.* O Emmanuel *&c.*

*Ant.* O Virgo (B) Virginum, quomodo fiet iſtud, quia nec primam ſimilem viſa es, nec habere ſequentem? Filia Hieruſalem, quid me admiramini?

a. Filia.

(A) *Ant. O. &c.* Amalarius cap. 13 agit de his Antiphonis, quas ipſe de ſuo arbitratu ordine alio in ſuo diſpoſuit Antiphonario: cantari conſueviſſe cum Cantico Sanctæ Mariæ idem aſſerit, probarique poteſt paulo vetuſtiori monumento, legitur enim Alcuinum Caroli Magni magiſtrum cum Hymno Euangelico S. Mariæ unam ex his Antiphonis decantaſſe, illam ſcilicet quæ incipit *O clavis David*, vide ejuſdem vitam.

(B) *O Virgo Virginum &c.* Hujus Antiphonæ extat mentio apud Amalarium cap. 13. habetur & in Antiphonario Vaticanæ Baſilicæ pag. 28.

mini ? divinum eſt myſterium hoc quod cernitis.

*Ant.* O Gabriel (A) nuntius cælorum, qui januis clauſis ad me intraſti, & verbum nuntiaſti. Concipies, & paries, Emmanuel vocabitur.

*Ant.* O Rex pacifice, tu ante ſæcula nate, per auream egredere portam, redemptos tuos viſita, & eos illuc revoca, unde ruerunt per culpam.

*Ant.* O Mundi Domina, Regio ex ſemine orta, ex tuo jam Xpictve proceſſit alvo, tanquam ſponſus de thalamo. Hic jacet in præſepio, qui & ſidera regit.

*Ant.* O Hieruſalem civitas Dei ſummi, leva in circuitu oculos tuos, & vide Dominum Deum tuum, quia jam veniet ſolvere te a vinculis.

*Ant.* Qui venturus eſt, veniet, & non tardabit; jam non erit timor in finibus noſtris.

*In Vigil. Nat. Domini.* De Adventu Domini.

*Invitatorium.*

*Ant.* Hodie ſcietis *&c.*

℟. Sanctificamini *&c.*

℣. Hodie ſcietis quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam ejus. Quia.

℟. Conſtantes eſtote *&c.*

℣. Vos qui in pulvere eſtis, expergiſcimini, & laudate; ecce Dominus veniet cum ſalute. Cras egrediemini.

℟. De illa (B) occulta habitatione ſua egreſſus eſt Filius Dei; deſcendit viſitare & conſolari omnes, qui eum de toto corde deſiderabant.

℣. Ex Sion ſpecies decoris ejus; Deus noſter manifeſte veniet. Deſcendit.

℟. Sanctificamini *&c.*

℣. Ecce Dominus veniet, ut ſalvos nos faciat, & illuminet abſcondita tenebrarum. Et auferet.

*Ad Matutinum.*

*Ant.* Judæa (C) & Hieruſalem *&c.*

*Ant.*

a. Amal. cap. 14.

(A) *O Gabriel &c.* Hæ quatuor Antiphonæ non exhibentur in laudato Antiphonario Vaticano, nec earum meminit Amalarius. An Monachorum ſint additamenta, ignoro, antiquiores certe videntur Honorio Auguſtodunenſi, qui in Gemma animæ lib. 3 cap. 5 inquit, *Si duodecim, O, cantantur, tunc duodecim Prophetæ exprimuntur &c.*[1]

(B) *De illa occulta &c.* Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis de Correctione Antiphonarii hoc ℟. adſerit locum habuiſſe in Vigiliis Natalis Domini, illudque contra Amalarium carpſit; ſed immerito, etenim ſive per Filii Dei habitationem & habitaculum intelligas ſinum Patris vel cælum aut Virginis uterum, recte dicitur de occulta habitatione proceſſiſſe; ut recte etiam dici poteſt conſolationem præſtitiſſe ſe deſiderantibus, ipſe eſt enim *Expectatio Iſrael & Salvator ejus*. Jeremiæ cap. 14. & *Expectatio Gentium*. Geneſis cap. 49.

(C) *Ant. Judæa &c.* Hæ Antiphonæ Sabbato olim erant adſcriptæ (teſte Amal. cap. 12.) non ob eam cauſam quod Sabbato ſemper decantarentur, ſed propterea quod poſitis Antiphonis Matutinis per VII dies ante Natalem Domini (Dominica etiam computata) in Sabbato ponerentur quæ ad Vigiliam Natalis Domini pertinebant. Antiqui enim ex uſu potius quam ex Codicibus, Officiorum diſcrimina agnoſcebant, ut videre licet in antiquis Breviariis, in quibus haud modica erat permixtio & confuſio in his Officiis ante Natalem Domini.

(1) *Vide quæ diximus ad pag. 27, not. 2, quibus addi poſſet & Durandi teſtimonium lib. VI, cap. XI, num. 5, ubi ait:* quædam etiam Eccleſiæ cantant duodecim, quæ exprimunt duodecim Prophetas, qui Chriſti adventum prædixerunt; quæ etiam duodecim Apoſtolorum teſtimonia roboraverunt. *Videatur & Edmund. Martene De Antiq. Eccl. Diſcipl. &c. cap. X, numeris XXXIV & duobus inde ſequentibus.*

Vigilia Nat. Domini.

*Ant.* Hodie ſcietis *&c.*

*Ant.* Craſtina *&c.* ſuper vos[a] aao ui.

*Ant.* Exſpectetur (A) ſicut pluvia eloquium Domini, & deſcendet ſicut ros ſuper nos Deus noſter.

*Ant.* Craſtina erit *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Joſeph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam; quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt. aea.

*Verſus unde ſupra.*

*Ad Tertiam.*

℣. Craſtina die delebitur.

*Ad Sextam.*

℣. Craſtina erit vobis ſalus.

*Ad Nonam.*

℣. Conſtantes eſtote.

*Ad Veſper.*

℣. Hodie ſcietis.

*Antiphonæ Matutinales ad Curſus Diurnos.*

*Ad Veſper.*

*Ant.* Scitote, quia prope eſt Regnum Dei: amen dico vobis, quia non[b] aai.

*Ant.* Rex pacificus *&c.*

*Ant.* Magnificatus eſt *&c.*

*Ant.* Orietur ſicut Sol Salvator Mundi, & deſcendet in uterum Virginis ſicut imber ſuper gramen. aeuia.

*Ant.* Levate capita, ecce appropinquabit *&c.*

℟. Judæa & Hieruſalem.

℣. Conſtantes. *vel.*

℟. Sanctificamini filii Iſrael.

℣. Ecce Dominus veniet.

*In Euang.*

*Ant.* Cum (B) ortus fuerit Sol *&c.* procedentem a Matre *&c.*

*Ad* (C) *Crucem.*

*Ant.* O Hieruſalem civitas.

*Ant.* Ave Maria.

---

IN NATIVITATE DOMINI.

*Ad Invitatorium.*

[c] Chriſtus natus eſt nobis, venite adoremus.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Dominus dixit ad me *&c. Pſ.* Quare.

*Ant.*

*a.* Salvator Mundi. *b.* tardabit. *c.* Amal. cap. 15.

(A) *Ant. Expectetur &c.* Hanc Antiphonam cum Cantico *Audite cæli*, dici ſolitam in Matutinis Vigiliæ Natalis Domini a Clericis & Monachis indicat Amalarius in Supplemento edito a Cl. Mabillonio tom. 2 Analectorum pag. 135.

(B) *Ant. Cum ortus &c.* Amalar. cap. 15 legit *Dum ortus*, qui etiam dicit in Antiphonario Metenſis Eccleſiæ fuiſſe (ut hic eſt) in Veſperis Vigiliæ Natalis Domini ad Canticum S. Mariæ, licet in Romano Antiphonario eſſet poſita cum Cantico Zachariæ eodem ipſo die.

(C) *Ad Crucem.* Sæpius occurrunt hoc in Antiphonario poſt Veſperum vel Matutinum Antiphonæ ad Crucem, quarum cum nulla ſit mentio apud Scriptores veteres de Officiis Eccleſiæ Romanæ, jure eas ſemper adſcribito propriis Monachorum ritibus, qui ad hujuſmodi Officiorum appendices promptiores ſemper extitere, ut qui impenſius Divinis vacarent, a ſæcularibus curis perfectius abſtracti.[1]

(1) *Apud Muratorium Tom.* IV *Antiquit. Ital. medii ævi, in Codice ad Eccleſiæ Mediolanenſis uſum circa* XI *ſæculum exarato, col.* 840 *adnotatur antiphona* ad Crucem *in die Epiphaniæ: pariter in Ordine Beroldi ſæculo* XII *ſcripto eodem Tom.* IV, *col.* 865 *habetur*: in Dominicis diebus de Adventu & Natale Domini, & in Octava & in Epiphania ſepties canitur Antiphona ad Crucem ..... *Unde fortaſſe colligi poſſe videtur ejuſmodi ritum ab Eccleſia Mediolanenſi ad Monachos perveniſſe.*

*Ant.* Tanquam ſponſus *&c. Pſalm.* Cæli.

*Ant.* Elevamini *&c. Pſ.* Domini eſt terra.

*Ant.* Diffuſa eſt *&c. Pſalm.* Eructavit.

*Ant.* Rex omnis terræ, Deus venit, Pſallite ſapienter. *Pſal.* Omnes gentes.

*Ant.* Suſcepimus Deus *&c. Pſ.* Magnus Dominus.

℟. Verbum caro.

℣. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. PLENUM. Gloria Patri *&c.* PLENUM. Verbum caro.

*Reſponſoria.*

[a] ℟. Hodie nobis cælorum Rex *&c.* ℣. Gloria in excelſis *&c.* Quia.

[b] ℟. Hodie nobis de cælo *&c.* ℣. Gloria in excelſis Deo, & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. Hodie.

℟. O Regem cæli, cui talia famulantur obſequia! in ſtabulo ponitur, qui continet Mundum; jacet in præſepio, & in cælis regnat.

℣. Domine, audivi auditum tuum, & timui, conſideravi opera tua, & expavi, in medio duorum animalium. Jacet.

℟. Deſcendit (A) de cælis, miſſus ab arce Patris; introivit per uterum Virginis in regionem noſtram, indutus ſtola purpurea, & exivit per auream portam, lux & decus univerſæ fabricæ Mundi. Natalis Domini.

Fa [*neuma*] bricæ Mundi.
Fa bricæ Mundi.
Fa bricæ Mundi.

℣. Tanquam ſponſus, Dominus, procedens de thalamo ſuo. Et exivit. Gloria Patri *&c.* [℣.] Tanquam ſponſus, Dominus, procedens de thalamo ſuo. Et exivit.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Orietur diebus Domini abundantia pacis, & dominabitur. *Pſ.* Deus, judicium.

*Ant.* Veritas de terra *&c. Pſ.* Benedixiſti.

*Ant.* Homo natus eſt in ea; ipſe fundavit eam Altiſſimus. *Pſ.* Fundamenta.

*Ant.* Ipſe invocabit me, aeuia, Pater meus es tu, aeuia. *Pſal.* Miſericordias.

*Ant.* Lætentur cæli *&c. Pſal.* Cantate.

*Ant.* Notum fecit *&c. Pſal.* Cantate. II.

℟. Quem vidiſtis *&c.* natum vidi-

RESPONS. ET ANTIPH.

A a mus

*a.* Amal. cap. 15. *b.* Amal. cap. 15.

(A) ℟. *Deſcendit &c.* Hoc de ℟. ejuſque Neumate ac ℣. *Tamquam ſponſus &c* vide Amalar. cap. 18. Honorium Auguſtodunenſem lib. 3, cap. 8. Agobardus illud item reprehendit ex vitiata lectione, qua dicebatur, *Per aurem Virginis*, pro *Per uterum Virginis*, ut hic rectiſſime habetur. Antiphonarium Vaticanum habet, *In uterum Virginis*; ſed præferenda eſt lectio prior. Corruptam lectionem retinuere & recentiora Breviaria, ut Carmelitarum editum anno M D LXXIX, quod habet *per aurem Virginis*, ſed noſtra hæc MSS. Exemplaria emendatiora vel hinc probantur. [1]

(1) *Poſt Thomaſii obſervationem liceat animadvertere & ſupra pag. 181, haberi in hoc noſtro Antiphonario*: & ingreſſus eſt per ſplendidam regionem, aurem Virginis, viſitare palatium uteri &c. *Idem loquendi modus* per aurem Virginis *occurrit & in Antiphonar. nov. edit. Operum S. Gregorii ad eumdem hunc locum col. 742. Eumdem adhibuiſſe olim Patres qua Græcos qua latinos adductis eorum teſtimoniis docet doctiſſimus Allatius Diſſert. II de Eccleſiaſticis Græcorum Libris pag. 300 ed. an. 1646, quem vide, ſi lubet.*

Natalis Domini.

mus in choro Angelorum Salvatorem Dominum.

℣. Dicite quidnam vidiſtis, & adnuntiate Chriſti nativitatem. Natum vidimus.

℣. Natus eſt nobis hodie Salvator (qui eſt Chriſtus Dominus) in civitate David. Natum vidimus.

℟. O magnum myſterium &c.

℣. Domine, audivi auditum tuum, & timui; conſideravi opera tua, & expavi; in medio duorum animalium. Jacentem.

℟. Beata Dei Genitrix &c.

℣. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Hodie.

℟. Sancta & immaculata &c.

℣. Benedicta tu &c.

*Super III Cant.*

*Ant.* In principio & ante ſæcula Deus erat Verbum; ipſe natus eſt nobis Salvator Mundi.

*Ant.* Verbum caro factum eſt, aeuia, & habitabit in nobis. aeuia.

*Ant.* Natus eſt nobis hodie Salvator (qui eſt Chriſtus Dominus) in civitate David.

℟. Beata viſcera &c.

℣. Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum. Quia.

℟. Congratulamini mihi omnes qui diligitis Dominum, quia cum eſſem parvula placui Altiſſimo, & de meis viſceribus genui Deum & hominem.

℣. Caſtæ Parentis viſcera cæleſtis intrat gratia; venter puellæ bajulat ſecreta quæ non noverat. Et de meis.

℟. Beata & venerabilis es Virgo, quæ ſine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris; jacebat in præſepio, & fulgebat in cælis.

℣. Domine, audivi auditum tuum, & timui; conſideravi opera tua, & expavi; in medio duorum animalium. Jacebat.

℟. Verbum caro factum eſt, & habitabit in nobis; (cujus gloriam vidimus quaſi unigenti a Patre) plenum gratia & veritate.

℣. Puer natus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis. Cujus.

℟. Ecce Agnus (A) Dei &c.

℣. Hoc eſt teſtimonium, quod perhibuit Johannes. Qui.

℟. Benedictus (B) Qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & inluxit nobis.

℣. Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: a Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Deus.

℟. Hic qui ad me venit, nemo ſcit nomen eius, niſi ipſe ſolus: vocatur Verbum Domini, habens veſtem præclaram, & omnis chorus Angelorum in albis ſequuntur eum.

℣. Ecce advenit Dominator Dominus, & regnum in manu ejus & poteſtas & imperium. Et omnis.

℟. Continet in gremio, cælum terramque Regentem Virgo Dei Genitrix; proceres comitantur heriles, per quos Orbis ovans, Chriſto ſub Principe pollet.

℣. Maternis vehitur, qui Matrem vexerat, ulnis. Biſſeni comites quem ſtipant agmine ſido. Per. ℟. Con-

(A) ℟. *Ecce Agnus Dei &c.* In proprio Amalarii Antiphonario erat Dominica ante Natalem Domini, quo illud tranſtulerat præter authentica Antiphonaria. vide cap. 11.

(B) ℟. *Benedictus &c.* Olim habebat *Alleluja*, ut in noſtris Breviariis. Amalar. in Supplemento tom. 2 Analectorum Mabillonii.

(1) *Amalar. cap. 29 de ordine Antiph. narrat hunc reſponſorium ſe repoſuiſſe in Officio ὑπαντῆς ſeu Purificationis B. Mariæ. In hujuſce tamen diei curſu reperitur non ſolum in præſenti noſtro Antiphonario, ſed inſuper & in illo nov. edit. Operum S. Gregorii.*

℟. Confirmatum eſt cor Virginis, in quo divina myſteria (Angelo narrante) concepit; te [a] forma præ filiis hominum caſtis concepit viſceribus, & benedicta in æternum, Deum nobis protulit & hominem.

℣. Domus pudici pectoris, templum repente fit Dei; intacta, neſciens virum, verbo concepit Filium. Et benedicta.

℟. Neſciens Mater Virgo virum, peperit ſine dolore Salvatorem ſæculorum. Ipſum Regem Angelorum ſola Virgo lactabat ubere de cælo pleno.

℣. Ave Maria. Sola.

Te Deum (A) [laudamus.]

℣R. Quid (B) Regina poli faciat, nunc diſſere nobis.

℟. Nunc puerum Chriſtum genuit, gremioque locavit.

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* Quem vidiſtis *&c.* Natum vidimus in choro Angelorum Salvatorem Dominum. aeuia. aeuia.

[b] *Ant.* Genuit puerpera *&c.* cum Virginitatis pudore *&c.*

*Ant.* Angelus ad Paſtores *&c.* quia natus eſt nobis *&c.*

*Ant.* Facta eſt cum Angelo *&c.*

*Ant.* Parvulus filius *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Gloria in excelſis *&c.*

*Ad Crucem.* Natalis Domini.

*Ant.* Hodie Chriſtus natus eſt *&c.*

*Ant.* Paſtores dicite quidnam vidiſtis, & adnuntiate Chriſti nativitatem. Infantem vidimus, pannis involutum, & choros Angelorum laudantes Salvatorem.

*Ad Curſus.* (C)

*Ant.* Lux orta eſt ſuper nos, quia hodie natus eſt Salvator. aeuia.

*Ant.* Virgo hodie fidelis etſi Verbum genuit incarnatum, Virgo manſit & poſt partum; quam laudantes omnes, dicamus. Benedicta tu [c] i uiciu.

*Ant.* Hodie natus eſt nobis Rex Regum Dominus, hodie venit nobis ſalus Mundi redemptio noſtra. aeuia.

*Ant.* Gaudeamus omnes fideles. Salvator noſter natus eſt in Mundo: hodie proceſſit Proles magnifici germinis, & perſeverat pudor Virginitatis.

*In die Nat. Domini.*

*Ad Veſperum.*

[d] *Ant.* Tecum principium *&c. Pſ.* Dixit.

*Ant.* Redemptionem *&c.*

*Ant.* Exortum eſt *&c.*

*Ant.* Apud Dominum *&c.*

*Ant.* De fructu *&c.*

℟. Verbum caro factum eſt. ℣. Puer natus eſt nobis.



*a.* ſpecioſum. *b.* Amal. cap. 15. *c.* in mulieribus. *d.* Amal. cap. 16.

(A) *Te Deum laudamus.* Amalar. in Supplemento ſæpe laudato pag. 113 indicat poſt hymnum, *Te Deum laudamus*, in Nocte Natalis Domini illico ſine mora inchoari conſueviſſe Miſſam, & ſane in antiquioribus libris de Eccleſiaſticis Officiis nulla præſcribitur Oratio ante Miſſam, ut hodie fit.

(B) *Quid Regina poli &c.* Verſus quos *Sacerdotales* aliqui appellant poſt nocturna Officia priſcus Romanus ritus ignoravit, nedum præſentes hoſce Verſiculos, quos ſciolus quis huic loco attexuit.

(C) *Ad curſus.* Diurna Officia vulgo olim dicebantur *Curſus* ut in titulo libri de Ordine Antiphonarii Amalarius indicat. Omitto teſtimonia Veterum hac de appellatione, non enim eſt animus ingentes condere commentarios, ſed tantum explicare quam breviſſime quæ minus ſunt noſtris nota temporibus.

Natalis Domini.

*In Euang.*

*Ant.* Hodie intacta. ℣. Deum nobis genuit, teneris indutum membris, quem lactare meruit, omnes Chriſtum adoremus, qui venit ſalvare nos.

*De ſancto Stephano.*

*Ad Veſper.*

℟. Videbant (A) omnes Stephanum.

*In Euang.*

*Ant.* Stephanus autem *&c.*

*Ad Crucem.*

*Ant.* O Mundi Domina.

*Ant.* Beatus venter qui te portavit, Chriſte, & beata ubera quæ te lactaverunt Dominum & Salvatorem Mundi. aeuia.

*Item Ant. de Nat. Domini.*

*Ant.* Ecce (B) advenit Dominator Dominus, & regnum in manu ejus, & poteſtas & imperium in æternum. aeuia.

*Ant.* Virgo verbo concepit, Virgo permanſit; Virgo peperit Regem omnium regum.

*Ant.* Neſciens Mater Virgo virum, peperit ſine dolore Salvatorem ſæculorum, ipſum Regem Angelorum ſola Virgo lactabat ubere de cælo pleno.

*Ant.* Nato Domino, Angelorum chori canebant, dicentes. Salus Deo noſtro ſedenti ſuper thronum, & Agno.

*Ant.* Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit Orbis, in tua ſe clauſit viſcera, factus homo: vera fides genitus purgavit crimina Mundi, & tibi Virginitas inviolata manet.

*Ant.* Ecce, Maria genuit nobis Salvatorem, quem Johannes videns, exclamabat dicens. Ecce Agnus Dei, ecce Agnus Dei, ecce Qui tollit peccata Mundi. aeuia.

*Ant.* Natus eſt nobis Deus de Deo, Lumen de Lumine, quod erat in principio.

*Ant.* Natus eſt nobis Salvator Mundi (qui eſt Chriſtus Dominus) in civitate David.

*Ant.* Paſtores loquebantur ad invicem. Tranſeamus Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod Dominus oſtendit nobis. aeuia.

*Ant.* Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus referam, neſcio; quia, quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulifti.

*Ant.* Continet in gremio, cælum terramque Regentem Virgo Dei Genitrix, proceres comitantur heriles, per quos Orbis ovans, Chriſto ſub Principe pollet.

*Ant.* O Regem cæli, cui talia famulan-

(A) ℟. *Videbant &c.* Invenitur in antiquis particularium Eccleſiarum ritibus, ut ſubſequente celebri aliquo Feſto, de quo nihil actum fuerit in Veſperis præcedentibus, præter Antiphonam dicatur etiam Reſponſorium. Joannes Epiſcopus Abrincenſis lib. de Eccleſiaſticis Officiis. *Finitis his Veſperis* Natalis Domini, *Diaconi Diaconalibus veſtibus induti, procedant cum cereis, canentes aliquod Reſponſorium de S. Stephano, cujus Natalis orditur celebratio, ſubſequatur Antiphona cum Gloria Patri, & Oratione dicta &c.* Alibi etiam idem præſcribitur, ut in Feſto Sancti Joannis & SS. Infantium &c.

(B) *Ant. Ecce advenit &c.* In Antiphonario Metenſi erat inter Antiphonas de Nativitate, Amalario teſte cap. 21, qui eam tranſtulit ad primas Veſperas Epiphaniæ.

mulantur obſequia! Stabulo ponitur, qui continet Mundum, jacet in præſepio, & in nubibus tonat.

*Ant.* In præſepio jacebat, & in cælis fulgebat, ad nos veniebat, & apud Patrem manebat.

*Ant.* Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi Unigeniti a Patre) plenum gratia & veritate. aeuia, aeuia, aeuia.

*Verſus unde ſupra de Nat. Domini.*

IN I NOCTURNO.

[1] ℣. Tanquam ſponſus. Dominus procedens.

IN II NOCTURNO.

℣. Specioſus forma. Præ filiis hominum.

IN III NOCTURNO.

℣. Ipſe invocabit me. Pater meus es tu.

*Ad Matut.*

℣. Benedictus Qui Venit. In nomine Domini.

*Ad Tertiam.*

℣. In Sole poſuit. Tabernaculum ſuum.

*Ad Sextam.*

℣. Lætentur cæli. Et exultet terra.

*Ad Nonam.*

℣. Notum fecit Dominus. Salutare ſuum.

*Ad Veſper.*

℣. Tecum principium. In die virtutis.

*Reſponſor.*

℟. Specioſus forma præ filiis hominum. ℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

℟. Benedictus, Qui venit [2] nomine Domini. ℣. Deus Dominus & illuxit nobis. S. Stephani Protomartyris.

℟. Natus eſt nobis Salvator Mundi. ℣. Qui eſt Chriſtus Dominus, in civitate [a] Dai.

℟. Lætentur cæli, & exultet terra. ℣. Ante faciem Domini, quoniam venit.

---

*In Nat.* S. STEPHANI *Protomartyris. Invitatorium.*

*Ant.* Regem Protomartyris Stephani, venite adoremus Dominum Jeſum Chriſtum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Heſterna die Dominus natus eſt in terris, ut hodie Stephanus naſceretur in cælis. *Pſal.* Beatus.

*Ant.* Qui enim corpori ſuo Virginis præparavit uterum, ipſe Martyri ſuo aperire dignatus eſt cælum. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Præſepis anguſtia Chriſtum portavit infantem; immenſitas cæli Stephanum triumphantem ſuſcepit. *Pſalm.* Domine quid multiplicati.

*Ant.* Stephanus autem plenus gratia & veritate, faciebat ſigna magna in populo. *Pſal.* Cum invocarem.

*Ant.* Omnes intendentes in eum, aſpiciebant vultum ejus, tanquam vultum Angeli, ſtantis inter illos. *Pſal.* Verba mea.

*Ant.* Nemo poterat reſiſtere ſapientiæ & ſpiritui, qui loquebatur. *Pſalm.* Domine Dominus.

℟. He-

a. David.

(1) *Eadem & hoc loco obſervari poſſunt, quæ annotavit ſupra Thomaſius poſt Amalar. cap. 15, nimirum antiquitus quod hoc ſecundo loco ponitur Officium ſine Invitatorio, primum fuiſſe e duobus quæ canebantur in nocte Natalis Domini: & ex adverſo illud quod in noſtris Antiphonariis primum habetur, ſecundum locum obtinuiſſe. Vide pag. 37, not. a.*

(2) *Ita legitur in prima edit.*

S. Stephani Protomartyris.

℟. Heſterna die &c.
℣. Stephanus vidit cælos apertos, vidit, & introivit. Ingreſſus.

℟. Stephanus autem plenus gratia & veritate, faciebat ſigna magna & prodigia in populo.
℣. Stephanus vidit cælos apertos, vidit, & introivit. Faciebat.

℟. Videbant omnes &c.
℣. Stephanus autem plenus &c.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Videbant omnes Stephanum &c. [ *ut in* ℟. *Breviarii*. ] *Pſ.* In Domino.

*Ant.* Ejicientes eum extra Civitatem, lapidabant, & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus. *Pſalm.* Domine quis.

*Ant.* Lapidaverunt Stephanum, & ipſe invocabat Dominum, dicens. Ne ſtatuas illis hoc peccatum. *Pſalm.* Domine in virtute.

*Ant.* Lapides torrentis &c. *Pſalm.* Domini eſt terra.

*Ant.* Ecce video &c. *Pſalm.* Te decet.

*Ant.* Stephanus ſervus Dei ( quem lapidabant Judæi ) vidit cælos apertos; vidit, & introivit; beatus homo ille, cui cæli patebunt. *Pſ.* Bonum eſt.

℟. Lapidabant Stephanum &c.
℣. Poſitis autem genibus, Stephanus orabat, dicens. Domine.

℟. Impii ſuper Juſtum &c.
℣. Captabant in animam Juſti, & ſanguinem innocentem condemnabant. At ille.

℟. Stephanus ſervus Dei &c.
℣. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat & ſigna magna in populo. Beatus.

*Super III Cant.*

*Ant.* Saule, quid perſequeris Martyrem meum Stephanum? ego te faciam ſervum meum.

℟. Impetum fecerunt unanimes &c.
℣. Poſitis autem genibus, Stephanus orabat, dicens. Domine.

℟. Intuens in cælum &c. ℣. Cumque aſpiceret Beatus Stephanus in cælum, vidit gloriam Dei, & ait. Ecce.

℟. Patefactæ ſunt &c. qui in numero Sanctorum &c. ℣. Vidit Beatus Stephanus cælos apertos; vidit, & introivit. Et ideo.

℟. Vir iſte. ℣. Pro eo ut me diligerent.

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* Cum autem eſſet Stephanus plenus Spiritu Sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem ad dexteram Patris.

*Ant.* Lapidabant Judæi Stephanum, invocantem & dicentem. Domine Jeſu accipe ſpiritum meum.

*Ant.* Adhæſit anima mea &c.

*Ant.* Stephanus vidit cælos &c.

*Ant.* Poſitis autem genibus, clamabat voce magna, dicens Stephanus. Domine Jeſu, ne ſtatuas illis hoc peccatum.

*In Evang.*

*Ant.* Patefactæ ſunt januæ cæli, Chriſti Martyri Stephano, qui in numero Sanctorum inventus eſt primus, & ideo triumphat in cælis coronatus. aeuia.

*Ad Crucem.*

*Ant.* Natus eſt nobis Deus de Deo.

*Ad Curſus Diurnos.*

*Ant.* Heſterna die Dominus.
*Ant.* Qui enim corpori.
*Ant.* Præſepis anguſtia.
*Ant.* Ejicientes eum.

*Ad*

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Jocundus (A) homo qui miſeretur, in Domino non commovebitur in æternum. [ *Pſalm.* Beatus vir qui timet Dominum. ]

*Ant.* Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem ſalutaris accipiam. [ *Pſal.* Credidi. ]

*Ant.* Domine libera animam meam a labiis iniquis & a lingua doloſa. [ *Pſ.* Ad Dominum cum tribularer. ]

*Ant.* Miſerere mihi Domine, miſerere mihi, quia multum repletus ſum deſpectione. [ *Pſal.* Ad te levavi oculos. ]

*Ant.* Suſtinuit anima mea in verbo Domini. Speravit anima mea in ipſo. [ *Pſal.* De profundis. ]

*Ad Veſperum.*

℟. Patefactæ ſunt.

*In Euang.*

*Ant.* Sepelierunt Stephanum *&c.*

*Ad Crucem.*

*Ant.* O Regem cæli.

*Ant.* Ejicientes eum extra Civitatem, lapidabant, & teſtes miſerunt veſtes ſuas ſecus pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus.

---

*In Nat. Sancti* JOHANNIS *Apoſtoli.*

℟. Iſte eſt Johannes.

*In Euang.* S. Johannis Apoſtoli.

*Ant.* Valde honorandus. *&c.*

*Ad Invitatorium.*

*Ant.* Adoremus Regem Apoſtolorum, qui privilegio amoris, Johannem dilexit Apoſtolum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Qui vicerit, faciam illum columnam meam in Templo meo, dicit Dominus. *Pſal.* Cæli.

*Ant.* Hic eſt Diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibuit. Scimus, quia verum eſt teſtimonium ejus. *Pſalm.* Domini eſt terra.

*Ant.* Sic eum volo manere donec veniam, tu me ſequere. *Pſalm.* Beati quorum.

*Ant.* Cibavit eum Dominus pane vitæ, & aqua ſapientiæ potavit eum. *Pſalm.* Exultate.

*Ant.* Spiritu ſapientiæ ſalutaris replevit eum Dominus & intellectus. *Pſal.* Benedicam.

*Ant.* Dedit illis Dominus claritatem æternam, & nomine æterno hæreditavit illum. *Pſal.* Eructavit.

℟. Valde honorandus *&c.*

℣. Mulier ecce Filius tuus, ad diſcipulum autem. Ecce Mater tua. Cui.

℟. In illo die ſuſcipiam *&c.*

℣. In tribulatione invocaſti me, & exaudivi te, & liberavi te. Quoniam.

℟. Qui vicerit *&c.*

℣. In

(A) *Ant. Jucundus homo &c.* Amal. cap. 16 aſſerit quod in authenticis Antiphonariis propriæ tantum inveniebantur Antiphonæ in Veſperis diei Natalis Domini, Feſtorumque Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli atque Andreæ; quare has ad vetuſtiora Antiphonaria pertinere affirmare nequimus. Tribuebant ſane authentica Antiphonaria integram Veſperam Sancto Stephano, ut in Micrologo cap. 37 dicitur, ſed non hinc plane probatur proprias Veſpertinas Antiphonas eadem Antiphonaria exhibuiſſe. Id quod conſulto hic ſignificare voluimus, ut quid de cæteris aliorum Feſtorum Veſpertinis Antiphonis ſit ſentiendum, lector in promptu habeat. Cæterum poſterioribus Sæculis Romana Antiphonaria proprias Antiphonas in Veſperis S. Stephani admiſiſſe Radulphus Tungrenſis teſtatur propoſ. 10.

S. Johannis Apoſtoli.

℣. In illo die ſuſcipiam te ſervum meum. Et ſcribam.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Tu es diſcipulus meus, in te complacuit animæ meæ, dicit [a] oui. *Pſal.* Omnes gentes plaudite.

*Ant.* Ponam te ſignaculum (dicit Dominus) in conſpectu meo ſemper, quoniam elegi te. *Pſal.* Exaudi Deus deprecationem.

*Ant.* Dixit Dominus Matri ſuæ. Mulier, ecce Filius tuus; ad diſcipulum autem. Ecce Mater tua. aeuia. *Pſalm.* Exaudi Deus orationem.

*Ant.* Exiit ſermo &c. *Pſalm.* Te decet.

*Ant.* Iſte Johannes, cui Chriſtus in Cruce, Matrem Virginem Virgini commendavit. *Pſalm.* Dominus regnavit. 1.

*Ant.* Cum reverteretur Johannes de exilio, viduam ſuſcitavit, & juveni vitam reſtituit. *Pſal.* Dominus regnavit, iraſcantur.

℟. Ecce puer &c. animæ meæ. ℣. Iſte eſt Johannes, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit. Complacuit.

℟. Hic eſt Diſcipulus, qui &c. ℣. Quanta audivimus & cognovimus ea, & patres noſtri narraverunt [b] oi. Teſtimonium.

℟. Cibavit illum &c. ℣. In medio &c. Et aqua.

*Sup. III Cantica.*

*An.* Valde honorandus eſt.

℟. Iſte eſt Johannes &c. ℣. Valde honorandus eſt Beatus Johannes, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit. Beatus.

℟. Diligebat autem eum &c. ℣. In Cruce &c. Quia.

℟. In medio (A) Eccleſiæ &c. ℣. Miſit Dominus manum ſuam, & & tetigit os meum. Et implevit.

℟. Famulo meo ego præſtiti honorem magnum, dicit Dominus, & omnes inimicos ejus humiliavi, & coronam vitæ dedi ei.

℣. Inimicos ejus induam confuſione, ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Et omnes.

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* Ecce puer meus &c.

*Ant.* Hic eſt Diſcipulus meus &c.

*Ant.* Miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum, & replevit me.

*Ant.* Sunt de hinc ſtantibus &c.

*Ant.* Johannes autem Apoſtolus Virgo Dei electus, cui Virginem Matrem Dominus virgini commendavit.

*In Euang.*

*Ant.* In medio Eccleſiæ aperuit Dominus os eius, & implevit eum ſpiritu ſapientiæ & intellectus. aeuia.

*Ad Crucem.*

*Ant.* Paſtores loquebantur.

*Ad Curſos Diurnos.*

*Ant.* Qui vicerit.

*Ant.* Tu es Diſcipulus.

*Ant.* Ponam te ſignum.

*Ant.* Dixit Dominus Matri.

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Valde honorandus.

*Ant.* Hic eſt Diſcipulus.

*Ant.* Spiritu ſapientiæ.

*Ant.*

*a.* Dominus. *b.* nobis.

(A) ℟. *In medio &c.* Agit de hoc ℟. ejuſque Neumate Amalar. cap. 18, ubi aſſerit ſex, quæ de S. Ioanne in Antiphonariis inveniebantur, Reſponſoria, tribus aliis ſe adauxiſſe ex communi utique Sanctorum, quæ hic non extant.

*Ant.* Dedit illi Dominus.
℟. In medio Eccleſiæ.

*In Euang.*

*Ant.* Iſte eſt Johannes &c.
*Ant.* Angelus ad paſtores.

---

*In Nat. Innocentum.*

℟. Sub altare Dei.

*In Euang.*

*Ant.* Iſtorum eſt enim Regnum cælorum, qui contempſerunt vitam Mundi, & pervenerunt ad præmia Regni, & laverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

*Invitatorium.*

*Ant.* Regem regum Dominum venite adoremus, quia ipſe eſt corona Innocentium.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Secus decurſus &c. *Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* Prædicantes præceptum &c. conſtituti ſunt &c. *Pſal.* Quare.

*Ant.* Filii hominum &c. Sanctos ſuos &c. *Pſal.* Cum invocarem.

*In Nat. Unius Confeſſ. vel Mart.*

℟. Gloria & honore &c.

℣. Et conſtituiſti &c.

℟. Poſuiſti Domine &c.

℣. Coronam &c.

℟. Magna eſt gloria &c.

℣. Gloriam & magnum &c.

℟. Juſtum deduxit &c.

℣. Et oſtendit &c.

℟. Amavit eum &c.

℣. Stolam gloriæ &c.

*In Nat. Virgin.*

℟. Diffuſa eſt &c.

℣. Propterea &c.

℟. Specie tua &c.

℣. Intende, proſpere &c.

℟. Dile-

a. Sacerdotum.

(1) *Ita habetur eo loci in prima editione; ſed legendum* promiſerat.

(2) *Diviſo Antiphonario S. Galli in duabus partibus, prima parti, quæ deſinit in Officium Feriæ V in Cœna Domini, ut hinc apertiſſime apparet, annectuntur* RR. *in Natal. Apoſtolorum & ſequent.*

℟. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem.
℣. Propterea &c.
℟. Adjuvabit eam &c.
℣. Deus in medio &c.
℟. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.
℣. Quia concupivit Rex speciem tuam.

[ *Finis Partis Primæ sive prioris libri.* ]

---

[ *Initium Secundæ Partis sive alterius libri.*]

IN PARASCEVE
IN I NOCTURNO.

*Ant.* Astiterunt Reges terræ &c. *Psal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Divisérunt sibi vestimenta &c. *Psal.* Deus Deus meus.

*Ant.* Insurrexerunt in me &c. *Psal.* Dominus illuminatio.

℣. Divisérunt sibi vestimenta &c.
℟. Et super vestem &c.

℟. 1. Omnes amici mei dereliquerunt me &c.
℣. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea. Aceto.

℟. II. Velum Templi scissum est &c.
℣. Amen dico tibi. Hodie mecum eris in Paradiso. Memento.

℟. III. Vinea mea electa, ego te plantavi &c.
℣. Ego quidem plantavi te vineam meam electam, omne semen verum. Quomodo.

RESPONS. ET ANTIPH.

IN II NOCTURNO. Parasceves in Passione Domini.

*Ant.* Vim faciebant &c. *Psal.* Domine ne in furore.

*Ant.* Confundantur &c. *Psal.* Expectans.

*Ant.* Alieni insurrexerunt &c. *Ps.* Deus in nomine.

℣. Insurrexerunt in me &c.
℟. Et mentita &c.

℟. I. Tanquam ad latronem &c.
℣. Filius quidem hominis, secundum quod definitum est, vadit: væ autem homini illi, per quem tradetur. Ad crucifigendum.

℟. II. Barrabas latro dimittitur, & innocens Christus occiditur; nam & Judas [1] armiductor sceleris (qui per pacem didicit facere bellum) osculando tradidit Dominum Jesum Christum.
℣. Ecce, turba & qui vocabatur Judas, venit, & dum appropinquaret ad Jesum. Osculando.

℟. III. Tenebræ (A) factæ sunt &c. exclamavit voce magna, Deus Deus ut quid &c. & inclinato capite emisit spiritum. Tunc unus ex militibus lancea latus ejus perforavit, & continuo exivit sanguis & unda.
℣. Et velum Templi scissum est a summo usque deorsum, & omnis terra tremuit. Tunc unus.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Ab insurgentibus &c.

*Ant.* Longe fecisti notos &c. *Psal.* Domine Deus salutis.



(A) ℟. *Tenebræ factæ sunt &c.* Istud olim ℟. reprehendit Agobardus Episcopus Lugdunensis lib. de Correctione Antiphonarii, ex mendosis certe exemplaribus, in quibus verba; *Et inclinato capite tradidit spiritum*, postposita erant narrationi de aperitione lateris Christi; at nostrum hoc Antiphonarium ut & Vaticanum supra pag. 92 constanter illa præponunt; quare nullus relinquitur censuræ locus. [2]

(1) *Vide supra pag. 91, not. 2.*
(2) *Et Compendiensis Mſ. Antiphonarius noſtris, Romano nempe atque S. Galli, hoc in loco prorſus reſpondet.*

Paraſceves in Paſſione Domini.

*Ant.* Captabunt in animam &c. *Pſ.* Deus ultionum.

℣. Alieni inſurrexerunt adverſum me.

℟. Et fortes quæſierunt animam meam.

℟. I. Tradiderunt me in manus &c.

℣. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum. Et ſicut.

℟. II. Jeſum tradidit impius &c.

℣. Et ingreſſus Petrus in atrium Principis Sacerdotum. Ut videret.

℟. III. Caligaverunt oculi mei a fletu meo, quia elongabatur a me, qui &c.

℣. O vos omnes &c.

*Ad Matutinum.*

*Ant.* Proprio Filio ſuo &c.

*Ant.* Anxiatus eſt in me ſpiritus &c. *Pſalm.* Domine exaudi orationem, auribus.

*Ant.* Ait latro ad latronem &c. *Pſ.* Deus Deus meus.

*Ant.* Dum conturbata fuerit &c. *Pſal.* Domine audivi.

*Ant.* Memento mei Domine &c.

℣. Proprio Filio ſuo non pepercit Deus.

℟. Sed pro nobis omnibus &c.

*In Euang.*

*Ant.* Poſuerunt ſuper caput &c.

*Ant.* Replevit & inebriavit me amaritudine inimicus meus.

*Ant.* Cum accepiſſet acetum &c.

Eloy, Eloy Lamaſabathkthani? Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti?

*Idem Verſus ad Diurnos Curſus, ſicut in Nocturnis, & Reſponſoriola de Paſſione Domini.* Erue a framea, *cum reliquis.* [ *Req. pag.* 228. ]

*Ad ſalutandam Crucem:*

Agios o Theos, Sanctus Deus.

*Ant.* Ecce lignum.

*Ant.* Crucem tuam.

*Ant.* Cum Frabicator Mundi.

℣. Crux fidelis &c.

℟. Agnus Dei Chriſtus.

*Ant.* Sepulto Domino.

---

SABBATO SANCTO.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* In pace in idipſum &c. *Pſalm.* Cum invocarem.

*Ant.* Habitabit in tabernaculo &c. *Pſal.* Domine, quis habitabit.

*Ant.* Caro mea requieſcet &c. *Pſ.* Conſerva me Domine.

℣. In pace in idipſum.

℟. Dormiam & requieſcam.

℟. I. Sepulto Domino, ſignatum eſt monumentum, volventes lapidem ad oſtium monumenti, ponentes milites qui cuſtodirent eum.

℣. Ne forte veniant Diſcipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis. Ponentes.

℟. II. Jeruſalem luge, & exue te &c.

℣. Ululate paſtores, & clamate, aſpergite vos cinere. Quia.

℟. III. Plange quaſi virgo &c.

℣. Plauſerunt ſuper me manibus omnes tranſeuntes per viam; ſibilaverunt, & moverunt caput. Quia.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Elevamini portæ &c. *Pſalm.* Domini eſt terra.

*Ant.* Credo videre &c. *Pſal.* Dominus illuminatio.

*Ant.* Domine abſtraxiſti &c. *Pſal.* Exaltabo te.

℣. Tu autem Domine &c.

℟. Et reſuſcita me.

℟. I. Receſſit Paſtor noſter &c.

℣. Ante cujus conſpectum mors fugit, ad cujus vocem mortui reſurgunt; viden-

videntes autem eum portæ mortis, confractæ ſunt. Hodie.

℟. II. O vos omnes qui tranſitis *&c.*

℣. Attendite univerſi populi *&c.*

℟. III. Ecce quomodo moritur Juſtus *&c.*

℣. In pace factus eſt locus ejus, & in Sion habitatio ejus. Et erit.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Deus adjuvat me *&c. Pſalm.* Deus in nomine tuo.

*Ant.* In pace factus eſt *&c. Pſalm.* Notus in Judæa.

*Ant.* Factus ſum ſicut *&c. Pſalm.* Domine Deus ſalutis.

℣. In pace factus *&c.*

℟. Et in Sion habitatio *&c.*

℟. I. Æſtimatus ſum cum deſcendentibus *&c.*

℣. Et ſicut vulnerati dormientes projecti in monumentis, quorum non es memor amplius, & ipſi quidem de manu tua expulſi ſunt. Factus ſum.

℟. II. Agnus Dei Chriſtus immolatus eſt pro ſalute Mundi, nam de parentis protoplaſti fraude Factor condolens, quando pomi noxialis morſu, in mortem corruit; ipſe Lignum tunc notavit, damna ligni ut ſolveret.

℣. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis. Quando.

℟. III. Sicut ovis ad occiſionem ductus eſt, & dum male tracteretur, non aperuit os ſuum: traditus eſt ad mortem ut vivificaret populum ſuum.

℣. In pace factus eſt locus ejus, & in Sion habitatio ejus. Traditus.

*In Matutinis Laudibus.* Sabbati Sancti.

*Ant.* O mors, ero mors tua *&c. Pſal.* Miſerere.

*Ant.* Plangent eum *&c. Pſal.* Bonum eſt.

*Ant.* Attendite univerſi *&c. Pſal.* Deus Deus meus.

*Ant.* A porta inferi *&c. Pſal.* Ego dixi, In dimidio.

*Ant.* O vos omnes qui *&c. Pſalm.* Laudate Dominum de cælis.

℣. Collocavit me in obſcuris.

℟. Sicut mortuos ſæculi.

*Ant.* Mulieres ſedentes ad monumentum, lamentabantur flentes Dominum.

*In Euang.*

*Ant.* Sepulto Domino ſignatum eſt monumentum, ponentes milites, qui cuſtodirent eum.

*Ant.* Ululate paſtores, & clamate, aſpergite vos cinere, quia completi ſunt dies [a] oii.

*Ant.* Videbunt in quem transfixerunt, & plangent eum omnes tribus terræ.

*Ant.* Joſeph ab Arimathia petivit corpus Jeſu, & ſepelivit eum in ſepulchro ſuo.

Kyrie eleiſon. (A) *ſemel.*

Qui paſſurus adveniſti propter nos, Domine miſerere.

Chriſtus Dominus factus eſt obediens uſque ad mortem.

Kyrie eleiſon. *ſecundo.*

Qui prophetice prompſiſti. Ero mors tua, o mors Domine.

Chriſtus.

Kyrie eleiſon. *tertio.*



a. Dominl.

(A) *Kyrie eleiſon &c.* Altum de his Verſiculis ſilentium in vetuſtis Ordinibus Romanis, nec dubito quin poſterioris ævi ſint additamenta. [1]

(1) *Altum de iiſdem ſilentium & in Antiphonario Mſ. Compend.*

S. Paſchæ. Qui expanſis in Cruce manibus, traxiſti omnia ad te ſæcula Domine.
Chriſtus.

Vita in ligno moritur. Infernus ex morſu deſpoliatur.

---

VIGILIA SANCTI PASCHÆ.

*Ad Veſper.* (A)

*Ant.* Veſpere autem Sabbati (quæ luceſcit in primam Sabbati) venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrum. alleluja.

*Ant.* Et ecce terræmotus factus eſt magnus, Angelus enim Domini deſcendit de cælo. alleluja.

*Ant.* Erat enim aſpectus ejus ſicut fulgur, veſtimenta ejus candida, ſicut nix. alleluja.

*Ant.* Præ timore autem ejus exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui. alleluja.

*Ant.* Venite, & videte locum, ubi poſitus erat Dominus. alleluja, alleluja.

*Ant.* Cito euntes, dicite diſcipulis, quia ſurrexit Dominus. alleluja.

*In revertendo* (B) *de Sepulchro Chriſti, in I Diluculo.*

℟. Angelus Domini.

*Ant.* Surrexit Chriſtus.

---

Domine labia mea aperies, & os meum *&c.*

DOMINICA SANCTA PASCHÆ.

*Ant. ad Invitator.* (C)

Alleluja, alleluia, alleluja.

*Ant.* Ego (D) ſum qui ſum, & conſilium meum non eſt cum impiis, ſed in lege Domini voluntas mea eſt. *Pſ.* Beatus vir qui non.

*Ant.* Poſtulavi Patrem meum, alleluja, dedit mihi gentes, alleluja, in hæreditatem. alleluja. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.*

(A) *Ad Veſperas*: Veſpertina olim Officia haud celebrabant Romani Sabbato Sancto, cum nimirum ipſa Miſſa Vigiliarum Paſchæ celebraretur de nocte: vide Ordin. Romanum editum.

(B) *In revertendo de Sepulchro &c.* De Officio Sepulchri poſt Johannem Belethum & Durandum, vide D. Joannem Prevotium in Obſervationibus ſuis ad Joannis Epiſcopi Abricenſis librum de Officiis Eccleſiaſticis: videri etiam poſſunt Sacerdotalia Romana Venetiis pluries edita. In Romana tamen Eccleſia hodie æque atque olim nihil hujuſmodi Officiorum occurrit, quorum ſane inſtitutio ad priſcos Eccleſiæ Patres referri nequit.

(C) *Ant. ad Invitatorium Alleluja &c.* Conſentit Ordo Romanus editus, adſerens de Antiphona *Præoccupemus faciem Domini*, hoc eſt, ſecundum illius tonum, modulandam eſſe hanc Antiphonam Paſchalis Invitatorii.

(D) *Ant. Ego ſum &c.* Tres Antiphonas hujus Nocturni Metenſes olim cantabant in Paſchate; unde illas acceperint ambigit Amalarius cap. 45, ſed Roma illas accepiſſe Metenſes una cum Antiphonario crediderim, tum maxime quod Romanam Pſalterii ſequantur editionem, ut patet ex iis verbis, *Somnum cœpi*; certum eſt enim Amalarii tempore aliam editionem Pſalmorum in uſu fuiſſe apud Gallos, illam ſcilicet quæ inde longe lateque diffuſa, Gallicana dici cœpit, quæque hodie uſurpatur ab omnibus communiter, exceptis Clericis Baſilicæ Vaticanæ, ac Clericis Mediolanenſi aut Mozarabico ritu utentibus.

Digitized by Google

*Ant.* Ego dormivi , [1] & ſomnum coepi, & exſurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me . alleluja , alleluja . *Pſal.* Domine , quid .

℟. Angelus (A) Domini deſcendit de cælo, & accedens, revolvit lapidem , & ſuper eum ſedit , & dixit mulieribus . Nolite timere , ſcio enim quia Crucifixum quæritis , jam ſurrexit , venite , & videte locum , ubi poſitus erat Dominus . alleluja .

℣. Angelus Domini locutus eſt mulieribus , dicens . Quem quæritis ? an Jeſum quæritis ? Jam ſurrexit .

℟. Angelus Domini locutus eſt mulieribus, dicens. Quem quæritis ? an Jeſum quæritis ? jam ſurrexit, venite, & videte. alleluja , alleluja .

℣. Ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis , ſicut dixit vobis. Venite .

℟. Dum tranſiſſet Sabbatum, Maria Magdalena & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata , ut venientes ungerent Jeſum . alleluja , alleluja .

℣. Et valde mane una Sabbatorum veniunt ad Monumentum , orto jam ſole . Ut venientes .

Hæc eſt alma dies, in qua ſpoliatur Avernus .

Et ſurrexit homo de [a] S. exultate redempti .

Te Deum [ laudamus . ]

*Ad Matutinum .*

*Ant.* Et valde mane una Sabbatorum veniunt ad monumentum , orto jam ſole . alleluja . S. Paſchæ .

*Ant.* Et dicebant ad invicem . Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti ? alleluja , alleluja .

*Ant.* Et reſpicientes , viderunt revolutum lapidem , erat quippe magnus valde . alleluja .

*Ant.* Angelus autem Domini *&c.*

*Ant.* Reſpondens autem Angelus *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Alleluja . Lapis revolutus ab oſtio monumenti , quia ſurrexit Dominus . alleluja , alleluja .

*Ant.* Jeſum , quem quæritis , non eſt hic , ſed ſurrexit : recordamini qualiter locutus eſt vobis , dum adhuc in Galilæa eſſet . alleluja .

*Ant.* In Galilæa Jeſum videbitis , ſicut dixi vobis . alleluja .

*Ant.* Jeſum , qui crucifixus eſt , quæritis ? alleluja , non eſt hic , ſurrexit enim , ſicut dixit vobis . alleluja .

*Ant.* Nolite expaveſcere . Jeſum Nazarenum quæritis crucifixum ? non eſt hic , ſurrexit . alleluja .

*Ant.* Poſt paſſionem Domini ſactus eſt conventus , quia non eſt inventum corpus in monumento : lapis ſuſtinuit perpetuam vitam , monumentum reddidit cæleſtem margaritam . alleluja .

*Ant.* Scio quod Jeſum quæritis & crucifixum , ſurrexit . alleluja .

*In*

a. Sepulchro .

(A) ℟. *Angelus Domini &c.* Vide Amal. cap. 45.

(1) Ego dormivi & ſomnum cepi *juxta eam Pſalmorum editionem , quam Romanam dicimus ; Galliczna enim & Vulgata non ait*, & ſomnum cepi , *ſed* , & ſoporatus ſum : *quod quum Thomaſio notum fuiſſet , jure inde conjecit a Romanis Antiphonariis eas antiphonas fluxiſſe , licet in eo quo utebatur Amalarius eædem non legerentur . Eaſdem retinet & Antiphonarius Mſ. Compendienſis col. 723 , ad quem locum annotata inveniuntur hæc verba* : Has antiphonas eſſe Antiphonarii Metenſis , non vero Romani docet Amalarius libro de Ordine Antiphonarii cap. 45.

S. Paſchæ.

IN DIE RESURRECTIONIS

*Ad Proceſſionem.*

*Ant.* In die Reſurrectionis meæ, dicit Dominus, alleluja, congregabo Gentes, & colligam regna, & effundam ſuper vos aquam mundam. alleluja.

*Ant.* Vidi aquam egredientem de Templo a latere dextro, alleluja, & omnes, ad quos pervenit aqua iſta, ſalvi facti ſunt, & dicent. Alleluja, alleluja.

*In I.* (A)

Quem quæritis in ſepulchro Chriſticolæ. *Reſp.* Jeſum Nazarenum crucifixum o Cælicolæ.

Non eſt hic. Surrexit ſicut prædixerat. Ite, nuntiate quia ſurrexit de ſepulchro.

*Ant.* Surrexit enim, ſicut dixit, Dominus; ecce, præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. alleluja, alleluja.

*Ant.* Sedit Angelus ad ſepulchrum Domini, ſtola claritatis coopertus, videntes eum Mulieres, nimio terrore perterritæ ſubſtiterunt a longe. Tunc locutus eſt Angelus, & dixit eis. Nolite metuere, dico vobis, quia illum quem [a] meritis mortuum, jam vivit, & vita hominum cum eo ſurrexit. alleluja.

℣. Recordamini quomodo prædixit, quia oportet Filium hominis crucifigi, & tertia die a morte ſuſcitari. Nolite metuere.

*Ant.* Et recordatæ ſunt verborum ejus, & regreſſæ a monumento, nuntiaverunt hæc omnia illis Undecim, & cæteris omnibus. alleluja.

℣. Crucifixum Dominum laudate, & ſepultum propter vos, glorificate; reſurgentemque a morte, adorate. alleluja.

*Ad Veſper.* (B)

℟. Hæc dies.

Alleluja. [℣.] Paſcha noſtrum, *cum Verſu & Sequentia.*

*In Evang.*

*Ant.* Surrexit enim, ſicut dixit, Dominus, & præcedet vos in Galilæam, alleluja, ibi eum videbitis. allel. alleluja, alleluja.

---

FERIA II.

*Ad Invitat.*

Alleluja, alleluja, alleluja.

*Ant.* Surrexit Dominus vere. alleluja. *Pſal.* Cum invocarem. Verba mea. Domine ne in furore tuo.

℟. Maria Magdalena & altera Maria *&c.*

℣. Cito euntes, dicite Diſcipulis ejus & Petro, quia ſurrexit Dominus. Præcedet.

℟. Surgens Jeſus *&c.*

℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in ligno. Gaviſi ſunt.

℟. Congratulamini mihi omnes *&c.* vidi Dominum meum. alleluja.

℣. Tu-

a. quæritis.

(A) *In I. &c.* Romanus Ordo poſtulat, ut ad Curſus Diurnos ℟. Gradale *Hæc dies* decantetur. Ord. Rom. & noſtra Appendix pag. 388, [*primæ editionis*] Amalar. cap. 52, & paſſim alii; quamobrem Monaſtico uſui hæc, quæ hoc habentur loco, ſunt adſcribenda.

(B) *Ad Veſperas &c.* De Veſperis, cæteriſque Paſchalibus Officiis, Amalar. in Prologo, capp. 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, & 52, Ordo Rom. Appendix noſtra pag. 388, [*primæ editionis*] Author libri de Eccleſiaſticis Officiis ſub nomine Alcuini, & alii Longum eſſet cunctos referre, eoſque ſimul conferre diſcriminibus allatis; atis er locos præcipuos indicaſſe.

℣. Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi. Et dum flerem.

*In Matutinis Laudibus per totam Hebdomadam* Alleluja *cantat.*

*In Euang.*

*Ant.* Jeſus junxit ſe Diſcipulis ſuis in via, & ibat cum illis; oculi eorum tenebantur ne eum agnoſcerent, & increpabat eos, dicens. O ſtulti, & tardi corde ad credendum in his quæ locuti ſunt Prophetæ! alleluja.

*Ad Crucem.*

*Ant.* Jeſum qui crucifixus &c.

*Ad Veſper.*

*In Euang.*

*Ant.* Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & eſtis triſtes? alleluja, alleluja. Reſpondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in Jeruſalem, & non cognoviſti quæ facta ſunt in illa his diebus? alleluja. Quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt. De Jeſu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & ſermone coram Deo & omni populo. alleluja, alleluja.

*Aliæ Ant.*

*Ant.* Tu ſolus peregrinus es, & non audiſti de Jeſu, quomodo tradiderunt eum in damnationem mortis? alleluja.

*Ant.* Et incipiens a Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur illis Scripturas, de omnibus quæ de ipſo erant. alleluja.

*Ant.* Nonne ſic oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam? aeuia.

*Ant.* Et coegerunt illum, dicentes. Mane nobiſcum Domine, quia adveſperaſcit. alleluja.

*Ant.* Mane nobiſcum, quoniam adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies. alleluja, alleluja. Octavarum Paſchæ.

*Ant.* Et intravit cum illis, & factum eſt dum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, fregit, ac porrigebat illis. alleluja.

*Ant.* Cognoverunt Dominum, alleluja, in fractione panis. alleluja.

*Ant.* Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis de Jeſu, dum loqueretur nobis in via? alleluja.

*Ant.* Surrexit Dominus vere, alleluja, & apparuit Simoni. alleluja.

---

FERIA III.

*Pſal. ad Noctur.*

*Pſ.* Domine Deus meus in te ſperavi. Domine Dominus noſter. In Domino confido.

℟. Virtute magna reddebant Apoſtoli &c.

℣. In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Teſtimonia.

℟. Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. Ait ei Angelus. Noli flere Maria, ſurrexit, ſicut dixit, præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis. alleluja, alleluja.

℣. Cito euntes dicite Diſcipulis ejus & Petro, quia ſurrexit Dominus. Præcedet.

℟. Expurgate vetus fermentum &c.

℣. Non in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis. Itaque.

*In Euang.*

*Ad Matutin.*

*Ant.* Stetit Jeſus in medio Diſcipulorum ſuorum, & dixit eis. Pax vobis. alleluja, alleluja.

*Ad Crucem.*

*Ant.* Videte manus meas & pedes meos

Octavarum Paſchæ. meos, quia ego ipſe ſum. alleluja, alleluja.

*Ant.* Spiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere, jam credite. alleluja.

*Ad Veſper.*

*In Euang.*

*Ant.* Iſti ſunt ſermones, quos dicebam vobis cum eſſem vobiſcum. alleluja, alleluja.

*Ant.* Obtulerunt Diſcipuli Domino partem piſcis aſſi, & favum mellis. alleluja, alleluja.

*Ant.* Pax vobis, ego ſum, alleluja, nolite timere, alleluja.

*Ad Crucem.*

*Ant.* Jeſum quem quæritis.

*Ad Veſper.*

*In Euang.*

*Ant.* Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis. Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc. Aſcendens autem Simon Petrus, traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus. alleluja.

*Ant.* Hoc jam tertio manifeſtavit ſe Jeſus, poſtquam reſurrexit a mortuis. alleluja.

*Ant.* Hoc jam tertio manifeſtavit ſe Jeſus Diſcipulis ſuis, poſtquam reſurrexit a mortuis. alleluja, alleluja.

---

## FERIA IV.

*Pſal. ad Noctur.*

*Pſal.* Salvum me fac. Uſquequo Domine. Dixit inſipiens.

*Reſponſor.*

℟. Ecce vicit Leo de tribu Juda &c. ℣. Et unus de Senioribus dixit mihi. Ne fleveris; dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere poteſtatem & fortitudinem. Alleluja.

℟. Iſti ſunt Agni novelli, qui annuntiaverunt. Alleluja. Modo venerunt ad Fontem, repleti ſunt claritate. alleluja, alleluja.

℣. Ecce, præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis. Modo.

℟. De ore prudentis procedit mel, alleluja; dulcedo mellis eſt lingua ejus, alleluja; favus diſtillans, labia ejus. alleluja, alleluja.

℣. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine! ſuper mel & favum ori meo. Favus.

*Ad Matut.*

*In Euang.*

*Ant.* Mittite in dexteram navigii rete, & invenietis. alleluja.

## FERIA V.

*Pſal. ad Noctur.*

*Pſal.* Domine quis habitabit. Conſerva me. Exaudi Domine juſtitiam.

℟. Maria Magdalena [ *vide ſupra pag.* 238. ]

℣. Citò euntes.

℟. Angelus Domini locutus. [ *ut ſupra pag.* 237. ]

℣. Ecce præcedet.

℟. Surrexit Paſtor bonus, qui poſuit animam ſuam pro ovibus ſuis, & pro ſuo grege mori dignatus eſt. alleluja, alleluja, alleluja.

℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in ligno. Et pro ſuo.

*Ad Matut.*

*Ant.* Maria ſtabat ad monumentum, plorans, vidit Angelum in albis ſedentem, & ſudarium, quod fuerat ſuper caput Jeſu. alleluja.

*Ad Crucem.*

*Ant.* Scio quod Jeſum quæritis.

*Ant.* Ardens eſt cor meum, deſidero videre Dominum meum; quæro, & non invenio ubi poſuerunt eum. allel.

*Ad*

Digitized by Google

*Ad Veſper.*

*Ant.* Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum; ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi, alleluja, & ego eum tollam. alleluja.

*Ant.* Inclinavit ſe Maria, proſpexit in monumentum, vidit duos Angelos in albis, ſedentes. alleluja.

---

FERIA VI.

*Pſal. ad Nocturn.*

*Pſal.* Cæli enarrant. Exaudiat. Domine in virtute.

℟. Virtute (A) magna, *cum reliquis.* [*vide ſupra pag.* 239.]

*In Euang.*

*Ad Matutin.*

*Ant.* Undecim Diſcipuli in Galilæa videntes Dominum, adoraverunt. alleluja.

*Ad Crucem.*

*Ant.* Surrexit Chriſtus.

*Ad Veſper. in Euang.*

*Ant.* Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. alleluja.

*Ant.* Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris[a]. alleluja.

*Ant.* Ecce ego vobiſcum ſum, alleluja, omnibus diebus. alleluja.

*Ant.* Gaviſi ſunt Diſcipuli, alleluja, viſo Domino. alleluja.

RESPONS. ET ANTIPH.

*Ant.* Euntes in Mundum, alleluja, docete omnes gentes. alleluja. Octavarum Paſchæ.

---

SABBATO.

*Pſal. ad Nocturn.*

*Pſal.* Dominus regit me. Domini eſt terra. Judica me Domine.

℟. Ecce vicit Leo, *cum reliquis.* [*vide ſupra pag.* 240.]

*In Euang.*

*Ant.* Venit Maria nuntians Diſcipulis, quia vidi Dominum. alleluja.

*Ad Veſper.*

℟. Surgens Jeſus.

℣. Surrexit Dominus de.

*In Euang.*

*Ant.* Currebant duo ſimul, & ille alius Diſcipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. alleluja.

*A Dominica die uſque in Octavam ad Tertiam, Sextam, Nonamque & Veſperam*, Hæc dies, *Graduale tantum, cum* Alleluja, *ſine* Kyrie eleiſon *decanten.*

---

DOMINICA

*Octava Paſchæ.*

*Pſalmi* (B) *ad Nocturn.* ℣ *ſicut in aliis Dominicis diebus. In Matutin.* Alleluja *dicenda ſunt.*



a. & Filii & Spiritus Sancti.

(A) ℟. *Virtute &c.* Feria VI, & Sabbatum in Albis propria hic non habent ℟℟. neque olim habebant in Antiphonario Metenſi: Amalarius c. 41, & ſequentibus. Qui tamen arbitratu ſuo cuique hujus hebdomadæ Feriæ certa attribuit ℟℟. hinc illincque etiam ex Antiphonario Miſſæ collecta, eaque, ut alia ex authenticis Antiphonariis accepta, diſpoſuit alio ordine, ut ſibi melius viſum fuit: noſtra Exemplaria veteſtum ordinem ac inſtitutum retinet.

(A) *Ad Nocturn.* . . . Eſt in exemplari quædam nota quæ ad Gammam tertiam Græcorum literam accedit, mihique videtur deſignare ternarium numerum, ita ut dicatur *ad Nocturna tria.*

Octavarum Paschæ.

℟. Maria (A) Magdalena.
℣. Cito euntes.
℟. Surgens Jesus.
℣. Surrexit Dominus.
℟. Congratulamini.
℣. Tulerunt Dominum.
℟. Virtute magna.
℣. In omnem.
℟. Tulerunt Dominum.
℣. Cito euntes.
℟. Expurgate.
℣. Non in fermento.
℟. Ecce vicit Leo.
℣. Et unus de Senioribus.
℟. Isti sunt Agni.
℣. Ecce præcedet.
℟. De ore prudentis.
℣. Quam dulcia.
℟. Surrexit Pastor.
℣. Surrexit Dominus.
℟. Angelus Domini.
℣. Angelus Domini.
℟. Angelus Domini locutus.
℣. Ecce præcedet.
℟. Dum transisset Sabbatum.
℣. Et valde mane.

*In Dominicis diebus.*

*Super* Benedicite.

*Ant.* Redemptor noster surrexit de sepulchro, qui liberavit tres pueros de camino ignis. alleluja.

*Ant.* Alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja, alleluja.

*In Euang.*

*Ant.* Post dies octo, januis clausis ingressus Dominus, & dixit eis. Pax vobis. alleluja, alleluja.

*Ad Crucem.*

[*Ant.*] Post passionem.

*Ant.* Thomas, qui dicitur Didimus, non erat cum eis quando venit Jesus: dixerunt alii Discipuli, Vidimus Dominum. alleluja.

*Ant.* Mitte manum tuam, & cognosce loca clavorum, alleluja, & noli esse incredulus, sed fidelis. alleluja.

*Ant.* Misi digitos meos in fixuras clavorum, & manus meas in latus ejus, & dixi: Dominus meus, & Deus meus. alleluja.

*Ant.* Quia vidisti me, Thoma, credidisti, beati qui non viderunt, & crediderunt. alleluja.

*Ad Vesper.*

*In Euang.*

*Ant.* Multa quidem & alia signa fecit Jesus in conspectu Discipulorum suorum, alleluja, quæ non sunt scripta in Libro hoc. alleluja.

*Ant.* Hæc autem scripta sunt, ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei, & ut credentes, vitam habeatis in nomine ipsius. alleluja.

*Ab Octava* [1] *Paschæ tota Quinquagesima*

(A) ℟. *Maria Magdalena &c.* In Dominica Octavarum Paschæ Responsoria olim dicebantur *De Auctoritate*, quæ habentur pag. 246 col. 1. Vide Amalar. in Prologo de ordine Antiphonarii, & cap. 53.

(1) *Compendiensis Antiphonarius hoc loco habet col. 790.* Ab Octava Paschæ per totam Resurrectionem, super Psal. in Euangelium, & versoria, & in Sanctorum, alleluja, dicenda sunt item Antiph. de Resurrectione Domin, ubicunque volueris. *Ubi vides* totam Resurrectionem *vocari illud temporis spatium quod nostra ætate* tempus Paschale *dicitur, & in nostro Antiphonario* tota Quinquagesima. *Honorius Augustod. hac de re in Gemma Animæ lib.* III, *cap.* 15. *scripsit*: Tempus inter Pascha & Pentecosten Quinquagesima nominatur, quia a Sabbato, quo duo Alleluja inchoantur, usque ad secundum Sabbatum Pentecostes quinquaginta dies computantur, quibus alleluja in cantu frequentatur. *Antiquissimam esse hanc vocis* Quinquagesimæ *usurpationem suaderi posset ex Cassiano lib.* II, *Cœnob. Instit. cap.* 6. & 18, *atque*

*geſima ad omnes Curſus ſuper Pſalmos & in Natalitiis Sanctorum* Alleluja *dicenda ſunt*.

*Item Antiphonæ de Reſurrectione Domini.*

*Ant.* Surgens autem manè prima Sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat ſeptem dæmonia. alleluja.

*Ant.* Surrexit Chriſtus, & illuxit populo ſuo, quem redemit ſanguine ſuo. alleluja.

*Ant.* Verba, quæ locutus ſum vobis, alleluja, ſpiritus & vita ſunt. alleluja.

*Ant.* Surrexit Dominus de ſepulchro, qui pro nobis pependit in ligno. alleluja.

*Ant.* Alleluja. Quem quæris mulier? alleluja; viventem cum mortuis? alleluja, alleluja.

*Ant.* Alleluja. Noli flere Maria, alleluja; reſurrexit Dominus. alleluja, alleluja.

*Ant.* Alleluja. Quoniam in æternum, alleluja, miſericordia ejus. alleluja, alleluja.

*Ant.* Alleluja. Ego ſum Alpha & O mega, Primus & Noviſſimus, & Stella Matutina, Ego clavis David. alleluja.

*Ant.* Dum flerem ad monumentum, alleluja, vidi Dominum meum. alleluja.

*Ant.* Ite, nuntiate Fratribus meis, alleluja, ut eant in Galilæam; ibi me videbunt. alleluja, alleluja, alleluja.

*Ant.* Crucifixus reſurrexit. alleluja.

*Verſus de Reſurrectione Domini.* Octavarum Paſchæ.

IN I NOCTURNO.

℣. Quem quæris mulier?

IN II NOCTURNO.

℣. Tulerunt Dominum meum.

IN III NOCTURNO.

℣. Cito euntes, dicite Diſcipulis.

*Ad Matut.*

℣. Surrexit Chriſtus.

*Ad Tertiam.*

℣. In Reſurrectione tua Chriſte.

*Ad Sextam.*

℣. Surrexit Dominus vere.

*Ad Nonam.*

℣. Surrexit Dominus de ſepulchro.

*Ad Veſper.*

℣. Gaviſi ſunt Diſcipuli.

*Reſponſoriola.*

℟. Quem quæris mulier? alleluja, alleluja.

℣. Viventem cum mortuis? alleluja, alleluja.

℟. Tulerunt Dominum meum. alleluja, alleluja.

℣. Et neſcio ubi poſuerunt eum. alleluja, alleluja.

℟. Cito euntes, dicite Diſcipulis. alleluja, alleluja.

℣. Quia ſurrexit Dominus. alleluja, alleluja.

℟. Surrexit Dominus vere. alleluja, alleluja.

℣. Et apparuit Simoni. alleluja, alleluja.

℟. Surrexit Dominus de ſepulchro. alleluja, alleluja.

℣. Qui pro nobis pependit in ligno. alleluja, alleluja.



*18, atque Collat. 21, cap. 11. quibus in locis eadem uſurpatione utitur. Vide inſuper Rabanum Maurum de Inſtitut. Cleric. lib. II. capitibus 34 & 42. Durandum lib. VI Ration. cap. 27. Sacramentarium Gallicanum, atque ejus editorem Mabillonium Muſei Ital. tom. I, pag. 337 & 338. Alardum Gazæum ad Caſſiani loca nuper indicata; Menardum obſervat. in Romano Pœnitentiali ſub nota 679 ad Gregorii Sacram. Du Cangium & qui ab eo laudantur Scriptores.*

Quinquagesimæ Paschæ.

℟. Gavisi sunt Discipuli. alleluja, alleluja.
℣. Viso Domino. alleluja, alleluja.
℟. In Resurrectione tua, Christe. alleluja, alleluja.
℣. Cælum & terra lætantur. alleluja, alleluja.

*Ad Vesper.*

℟. Mane nobiscum Domine. alleluja, alleluja.
℣. Quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Alleluja, alleluja.

---

DOMINICA I
*Post Octava Paschæ.*
*In Euang.*

*Ant.* Ego sum Pastor ovium, ego sum Via & Veritas, ego sum Pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ. alleluja, alleluja.

*Ant.* Ego sum Pastor bonus, qui pasco oves meas, & pro ovibus meis pono animam meam. alleluja.

*Ant.* Ego sum Pastor bonus, alleluja, qui pasco oves meas. alleluja.

*Ant.* Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis. alleluja.

*Ant.* Mercenarius est cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit; & lupus rapit & dispergit oves. alleluja.

*Ant.* Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animam meam pono pro ovibus meis. alleluja.

*Ant.* Alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc Ovili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile & unus Pastor. alleluja.

---

DOMINICA II
*Post Pascha*

*Ant.* Modicum, & non videbitis me, dicit Dominus, iterum modicum, & videbitis me, quia vado ad Patrem. alleluja, alleluja.

*Ant.* Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum? nescimus quid loquitur. alleluja.

*Ant.* Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos: Mundus autem gaudebit; vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. alleluja.

*Ant.* Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, alleluja, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. alleluja.

*Ant.* Tristitia implebit cor vestrum, alleluja; sed tristitia vestra vertetur in gaudium, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. alleluja, alleluja.

*Ant.* Tristitia vestra, alleluja, vertetur in gaudium. alleluja.

---

DOMINICA III.
*Ant. in Euang.*

*Ant.* Vado ad eum qui misit me, sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. alleluja.

*Ant.* Ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam, nisi ego abiero, Paraclitus non veniet. alleluja.

*Ant.* Dum venerit Paraclitus Spiritus veritatis, ille arguet Mundum de peccato & de justitia & de judicio. alleluja.

*Ant.* Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. alleluja.

*Ant.* Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem,

ritatem, & quæ ventura ſunt adnuntiabit vobis. alleluja.

*Ant.* Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcumque audiet, loquetur [a] ſed quæ ventura ſunt, adnuntiabit vobis. alleluja.

*Ant.* Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & adnuntiabit vobis. alleluja.

---

DOMINICA IV
*Poſt Paſcha.*
*In Euang.*

*Ant.* Uſque modo non petiſtis quidquam, petite, & accipietis. alleluja.

*Ant.* Petite, & accipietis, ut gaudium veſtrum plenum ſit; ipſe enim Pater amat vos, quia vos me amaſtis & credidiſtis. alleluja.

*Ant.* Exivi a Patre, & veni in Mundum; alleluja: iterum relinquo Mundum, & vado ad Patrem. alleluja, alleluja, alleluja.

*Ant.* Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis, nunc ſcimus quia ſcis omnia, & non opus eſt tibi ut quis te interroget. alleluja.

---

*In Litania Majori.* [1]

*Ant.* Omnis qui petit, accipit, & qui quærit, invenit; pulſanti aperietur. alleluja.

*Ant.* Si ergo vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris; quanto magis Pater veſter de cælo dabit bona petentibus ſe? alleluja.

a. &.

(1) *Vide quæ diximus ſupra, pag. 104, not. 2.*

*In Vigil. Apoſtolorum* PHILIPPI & JACOBI. Quinquageſimæ Paſchæ.
*Ad Veſp.*

℟. Triſtitia veſtra, alleluja.
*In Euang.*

*Ant.* Non turbetur cor veſtrum neque formidet, creditis in Deum, & in me credite; in domo Patris mei manſiones multæ ſunt. alleluja, alleluja.

IN I NOCTURNO.

℟. Triſtitia veſtra, alleluja.
℣. Mundus quidem gaud.
℟. Pretioſa in conſpectu Domini.
℣. In conſpectu omnis populi.
℟. Filiæ Jeruſalem.
℣. Quoniam confortavit.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* In tabernaculis Juſtorum.
℟. Lux perpetua.
℣. Juſti autem in perpetuo vivent.
℟. Tanto tempore.
℣. Domine oſtende nobis Patrem.
℟. Ego ſum vitis vera.
℣. Manete in dilectione mea.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Vox lætitiæ in tabernacul.
℟. Narrabo nomen tuum.
℣. Qui timetis Dominum.
℟. Virtute magna.
℣. In omnem terram.
℟. In Eccleſiis benedicite.
℣. Cantate Domino.
℟. Iſti ſunt agni novelli.
℣. In omnem terram.
℟. Vidi portam civitatis.
℣. Vidi civitatem.

*In Matut. Laudibus.*

*Ant.* Stabunt Juſti in magna conſtantia, adverſus eos qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum. alleluja.

*Ant.*

Menſis Maii.

*Ant.* Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos ſors illorum eſt! alleluja.

*Ant.* Domine oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis. alleluja. Philippe qui videt me, videt & Patrem. alleluja, alleluja.

*Ant.* Philippe, qui videt me, alleluja, videt & Patrem meum. alleluja.

*Ant.* Tanto tempore *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Si cognoviſſetis me, & Patrem *&c.*

*Ad Veſper.*

*Ant.* Alleluja. Ego ſum vitis vera, alleluja, vos palmites mei. alleluja, alleluja. *Pſalm.* Dixit Dominus, *cum reliquis.*

℟. Virtute magna.

*In Euang.*

*Ant.* Si manſeritis in me *&c.*

---

*Dominica Tertia & Quarta in Paſcha.*

*Reſponſoria* (A) *de Auctoritate.*[1]

℟. Dignus es Domine accipere Librum, & aperire ſignacula ejus, quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. alleluja.

℣. Parce Domine, parce populo tuo, quem redemiſti Chriſte ſanguine tuo. Quoniam.

℟. Ego, ſicut vitis fructificavi ſuavitatem odoris, alleluja, tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus meis adimplemini. alleluja, alleluja.

℣. Ego diligentes me, diligo, & qui mane vigilaverint ad me, invenient me. Tranſite.

℟. Audivi vocem in cælo tamquam vocem tonitrui magni. alleluja. Regnabit Deus noſter in æternum, alleluja, quia facta eſt ſalus & virtus & poteſtas Chriſti ejus. alleluja, alleluja.

℣. Vidi Angelum Dei volantem per medium cæli, voce magna clamantem & dicentem. Regnabit.

℟. Locutus eſt ad me unus ex ſeptem Angelis, dicens. Veni, oſtendam tibi novam nuptam Sponſam Agni; & vidi Jeruſalem deſcendentem de cælo, ornatam monilibus ſuis. alleluja, alleluja, alleluja.

℣. Ego diligentes me, diligo, & qui mane vigilaverint ad me, invenient me. Et vidi.

℟. Audivi voces in cælo, Angelorum multorum dicentium. Timete Dominum, & date claritatem illi, & adorate eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum. alleluja, alleluja.

℣. Vidi Angelum Dei volantem per medium cæli, voce magna clamantem & dicentem. Timete.

℟. Decantabat populus Iſrael, alleluja, & univerſa multitudo Jacob canebant legitime. Et David cum Cantoribus cytharam percutiebat in Domo Domini, & laudes Deo canebat. alleluja, alleluja.

℣. Moyſes & Aaron in Sacerdotibus ſuis, & Samuhel inter eos. Et David.

℟. Oſtendit mihi Angelus fontem aquæ

(A) *Reſponſoria de Auctoritate &c.* Amalar. cap. 53, & in Prologo.

(1) *Confer ea quæ habet idem Thomaſius ad Antiphonarium Vaticanum pag. 98, not.* (a) *atque inſuper ea quæ a nobis eodem loco annotata ſunt ſub num.* 2.

aquæ vivæ, & dixit ad me. alleluja. Hic Deum adora. alleluja, alleluja, alleluja.

℣. Vidi Angelum Dei volantem per medium cæli, voce magna clamantem & dicentem. Hic.

℟. Vidi Hieruſalem deſcendentem de cælo, ornatam auro mundo, & lapidibus pretioſis intextam. alleluja.

℣. Ab intus in fimbris aureis circumamicta varietate. Et lapidibus.

℟. Plateæ tuæ, Hieruſalem, ſternuntur auro mundo, alleluja, & cantabitur in te canticum lætitiæ Alleluja, & per omnes vicos tuos ab univerſis dicetur. Alleluja. alleluja.

℣. Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Et per omnes.

℟. Veniens a Libano, quam pulchra facta es! alleluja. Et odor veſtimentorum ejus, ſuper omnia aromata. alleluja, alleluja.

℣. Specioſa facta es & ſuavis in deliciis tuis. Super omnia.

℟. Vidi portam Civitatis, ad Orientem poſitam, & Apoſtolorum nomina & Agni ſuper eam ſcripta, & ſuper muros ejus Angelorum cuſtodia. alleluja.

℣. Vidi Civitatem ſanctam Hieruſalem, deſcendentem de cælo, ornatam tamquam ſponſam viro ſuo. Et ſuper.

℟. Hæc eſt Hieruſalem, Civitas magna cæleſtis, ornata tamquam ſponſam Agni, quoniam tabernaculum facta eſt. alleluja. Quinquageſimæ Paſchæ.

℣. Vidi civitatem ſanctam Hieruſalem, deſcendentem de cælo, ornatam tamquam ſponſam viro ſuo. Quoniam.

℟. In diademate capitis Aaron lapides pretioſi fulgebant, dum perficeretur opus Dei. alleluja, alleluja, alleluja.

℣. Corona aurea ſuper caput ejus, expreſſa ſigno ſanctitatis. Dum perficeretur.

℟. Docete filios veſtros, alleluja, ut memoriter teneant Alleluja, & ore decantent Alleluja, alleluja.

℣. Confiteantur Domino miſericordiæ ejus & mirabilia ejus filiis hominum. Et ore.

*Ad Veſper. T.*

℟. In diademate capitis.

---

*Dom. V & VI in Paſcha.*
*Reſponſ.* (A) *de Pſalmis.*

℟. Si oblitus fuero tui, alleluja, obliviſcatur me dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. alleluja, alleluja.

℣. Super flumina Babylonis, illic ſedimus & flevimus, dum recordaremur tui Sion. Adhæreat.

℟. Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt: multitudo

(A) *Reſponſoria de Pſalmis &c.* Amal. cap. 54, qui in primo Reſponſorio videtur legiſſe. *Si oblitus fuero tui Jeruſalem*, omittunt tamen iſtud *Jeruſalem*, hoc Antiphonarium & aliud Vaticanum, videnturque ea verba adaptare vocabulo *Alleluja*, non civitati Hieruſalem; nec inſolens eſt ex Scripturis mutuari verba, ac rei alienæ accommodari. [1]

(1) *Et Antiph. Mſ. Compendienſis col. 794 caret voce* Jeruſalem. *Conſule quæ leguntur ad hunc locum Antiph. Vaticani ſive a Thomaſio ſive a nobis emendata in ſuperiori pag. 101.*

Quinquagesimæ Paschæ.

do sonitus aquarum, vocem dederunt nubes. alleluja, alleluja.

℣. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, vidit, & commota est terra. Multitudo.

℟. Narrabo nomen tuum fratribus meis, alleluja, in medio Ecclesiæ laudabo te. alleluja, alleluja.

℣. Qui timetis Dominum, laudate eum, universum semen Jacob magnificate eum. In medio.

℟. In toto corde meo, alleluja, exquisivi te, alleluja, ne repellas me a mandatis tuis. alleluja, alleluja.

℣. Vide humilitatem meam, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Ne repellas.

℟. In Ecclesiis benedicite Deo, alleluja, Domino de fontibus Israhel. alleluja, alleluja.

℣. Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra. Domino.

℟. Ymnum cantate nobis. alleluja. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? alleluja, alleluja.

℣. Super flumina.

℟. Deus, canticum novum.

℣. Qui das salutem regibus, qui liberasti David servum tuum de gladio maligno.

℟. Alleluja. Audivimus ea in Euphratha, invenimus eam in campis sylvæ, introivimus in Tabernaculum ejus, adoravimus in loco ubi steterunt pedes ejus. alleluja, alleluja.

℣. Surge Domine in requiem tuam, tu & Arca sanctificationis tuæ. Introivimus.

℟. Deduc me in (A) semita mandatorum tuorum, alleluja, quoniam ipsam volui. alleluja. Inclina cor meum in testimonia tua. alleluja, alleluja, alleluja.

℣. Averte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua vivifica me. Inclina.

℟. Alleluja delectatio bona, in operibus manuum illius divitiæ multæ. alleluja, alleluja.

℣. Speciosa facta es & suavis in delitiis tuis. Divitiæ.

℟. Alleluja. Judica judicium meum, & redime me, alleluja, a calumniantibus me. alleluja.

℣. Vide humilitatem meam, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus. Et redime.

℟. Cantate Deo, alleluja, Psalmum dicite ei. alleluja.

℣. Date gloriam laudi ejus. Psalmum.

℟. Bonum est confiteri Domino, alleluja, Et psallere. alleluja.

℣. Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Et.

℟. Dicant nunc qui redempti sunt alleluja, a Domino. alleluja.

℣. Quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos. A Domino.

---

*In Natalitiis* (A) *Sanctorum infra Paschа.*

℟. Beatus vir qui metuit *&c.*

℣. Potens

(A) *In semita.* Ita enim Amalar. cap. 54.

(B) *In Natalitiis Sanctorum &c.* Amalarius in suo Antiphonario Sanctorum Officia, quæ celebrantur per Quinquagesimam Paschæ, post ℟℟. *de Auctoritate*, sed ante ℟℟. de Psalmis collocavit, secus ac sunt hoc loco.[1]

(1) *Eodem hoc in loco cum nostro Antiphonario ea Officia ponuntur & ab Antiph. Mſ. Compend.*

℣. Potens in terra erit ſemen ejus, generatio rectorum benedicetur. In m.

℟. Triſtitia veſtra *&c.*

℣. Mundus quidem gaudebit, vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia ea. Convertetur.

℟. Pretioſa *&c.*

℣. In conſpectu omnis populi ejus, in atriis Domus Domini, in medio tui Hieruſalem. Mors Sanctorum.

℟. Gaudete Juſti in Domino *&c.*

℣. Confitemini Domino in cythara, in pſalterio decem chordarum pſallite ei. Rectos.

℟. Filiæ Hieruſalem venite; & videte Martyres cum corona, qua coronavit eos Dominus in die ſolemnitatis & lætitiæ. alleluja.

℣. Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. In die.

℟. Dicant nunc qui redempti.

℣. Quos redemit. [ *Require pagina* 248, *col.* 2.]

℟. Lux perpetua lucebit Sanctis tuis, Domine, & æternitas temporum.

℣. Juſti autem in perpetuo vivent, & apud Dominum eſt merces eorum. Et æternitas.

℟. Lætabitur juſtus *&c.*

℣. Adnuntiaverunt opera Dei, & facta ejus intellexerunt. Alleluja.

℟. Ego ſicut vitis.

℣. Ego diligentes me. [ *Require pagina* 246. ]

℟. Ego ſum vitis vera.

℣. Manete in dilectione mea, ſicut dilexi vos. Qui manet.

℟. In ſervis ſuis *&c.*

℣. Judicabit *&c.*

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* Sancti tui *&c.*

RESPONS. ET ANTIPH.

*Ant.* Sancti & Juſti in Domino gaudete, alleluja, vos elegit Deus in hæreditatem ſibi. alleluja. De Natalitiis SS. in Quinquag. Paſchæ.

*Ant.* In velamento *&c.*

*Ant.* Spiritus & animæ *&c.*

*Ant.* Fulgebunt Juſti ſicut Sol, in regno Patris eorum. alleluja.

*In Euang.*

*Ant.* In cæleſtibus regnis *&c.*

*Ant.* Filiæ Jeruſalem venite, & videte Martyres cum corona, qua coronavit *&c.*

*Ant.* Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, alleluja, non tanget illos tormentum mortis, alleluja, in pace ſunt ea, quæ poſſident. alleluja.

*Ant.* Vox lætitiæ in tabernaculis Juſtorum. alleluja, alleluja, alleluja.

*Ant.* In tabernaculis Juſtorum lux erit & lætitia. alleluja, alleluja, alleluja, alleluja.

*Ant.* Sancti tui, Domine, ſicut palma florebunt. alleluja, alleluja.

---

*In Natalitiis unius Martyris ſive Confeſſoris*

*Ant.* Juſtum deduxit Dominus per vias rectas. alleluja, alleluja.

*Ant.* Amavit eum Dominus, & ornavit eum. alleluja, alleluja.

*Ant.* Juſtus autem in perpetuo vivet. alleluja, alleluja.

*Ant.* Beatus vir qui inventus eſt ſine macula, alleluja, & operatus eſt juſtitiam. alleluja.

*Ant.* Iſte Sanctus pro lege Dei ſui morti ſe tradidit; non dubitavit mori. alleluja, alleluja.

*In Euang.*

*Ant.* Iſte cognovit juſtitiam, alleluja,



*n.* veſtra.

Menſis Maji.

luja, & vidit mirabilia magna, & exoravit Altiſſimum, & inventus eſt in numero Sanctorum. alleluja, alleluja, alleluja.

*Ant.* Lux perpetua lucebit Sanctis tuis, Domine, alleluja, & æternitas temporum. alleluja, alleluja. alleluja.

---

IN S. CRUCIS INVENTIONE.

*In Vigil.*

*Ad Veſper.*

℟. Hoc ſignum Crucis.

*In Euang.*

*Ant.* Helena deſiderio plena orabat cum lachrymis, dicens. Tu Domine oſtende Lignum, in quo Salus noſtra fuit ſuſpenſa. alleluja.

*Ad Invit.*

*Ant.* Surrexit Dominus vere.

IN I NOCTURNO.

*Pſalm.* Domine Dominus noſter. Conſerva me. Domine in virtute tua. Domini eſt terra. Magnus Dominus. Jubilate Deo.

℟. Hoc ſignum Crucis *&c.* Cum ſederit *&c.*

℟. Agnus Dei Chriſtus. [*Require pag.* 234.]

℟. Surrexit Paſtor bonus. [*Require pag.* 240.]

IN II NOCTURNO.

*Pſalm.* Confitebimur. Notus in Judæa. Bonum eſt. Cantate Domino. I. Dominus regnavit, exultet. Cantate. II.

℟. Dulce Lignum *&c.* quæ digna fuit *&c.*

℣. Hoc ſignum *&c.* Quæ digna.

℟. Ecce vicit Leo *&c.*

℣. Dignus es Domine accipere *&c.*

IN III NOCTURNO.

℟. Crux fidelis *&c.*

℣. O Crux admirabilis, evacuatio vulneris, & reſtitutio ſanitatis. Dulce.

℟. Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit, atque cruore ſuo vulnera noſtra lavit. alleluja, alleluja.

℣. O Crux glorioſa! o Crux adoranda! quia in te triumphavit Rex Angelorum. Atque.

℟. O Crux benedicta, quæ ſola fuiſti digna portare Regem cælorum. alleluja.

℣. Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Quæ ſola.

℟. O Crux glorioſa! o Crux adoranda! o Lignum pretioſum, & admirabile Signum! per quod & diabolus eſt victus, & Mundus Chriſti ſanguine redemptus. alleluja.

℣. Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Per quod.

*In Matut. Laudibus.*

*Ant.* Helena (A) Conſtantini mater Hieroſolymam petiit. alleluja.

*Ant.* Helena ſancta dixit ad Judam. Comple deſiderium meum (& vive ſuper terram) ut oſtendas mihi, qui dicitur Calvariæ locus, ubi abſconditum eſt pretioſum Lignum Dominicum. alleluja.

*Ant.* Mors & vita appoſita ſunt tibi, ſi non oſtendas mihi Crucem Domini. alleluja.

*Ant.* Cumque aſcendiſſet Judas de lacu,

(A) *Ant. Elena &c.* De Crucis Inventione deque Juda, cujus fit mentio in his Antiphonis, vide eruditiſſimum Danielem Papebrochium ad diem III, & IV Maji in Actis Sanctorum.

lacu, perrexit ad locum, ubi jacebat ſancta Crux. alleluja.

*Ant.* Orabat Judas. Deus Deus meus oſtende mihi lignum ſanctæ Crucis. alleluja.

*In Euang.*

*Ant.* Cum oraſſet Judas, commotus eſt locus ille, in quo ſancta Crux jacebat. alleluja.

*Ant.* Tunc præcepit eos omnes igne cremari, at illi timentes, tradiderunt Judam. alleluja.

*Ad Veſper.*

℟. O Crux benedicta.

*In Euang.*

*Ant.* Lignum vitæ in Cruce tua, Domine, manifeſtatum eſt, mors enim per ipſam damnata eſt, & Mundus totus per ipſam illuminatus eſt, omnipotens Domine, gloria tibi. alleluja.

*Ant.* Ecce Crucem Domini *&c.*

*Ant.* Per ſignum Crucis *&c.* [*ſine Alleluja.*]

*Ant.* Dulce Lignum, dulces clavos, dulce pondus ſuſtinuit, quæ digna fuit portare Pretium hujus ſæculi.

*Ant.* O magnum pietatis opus! *&c.* [*ſine Alleluja.*]

*Ant.* Salva nos Chriſte Salvator *&c.* [*ſine Alleluja.*]

*Ant.* O Crux benedicta, quia in te pependit Salvator Mundi, & in te triumphavit Rex Angelorum. alleluja.

*Ant.* O Crux glorioſa! o Crux adoranda! o Lignum pretioſum, & admirabile Signum! per quod & diabolus eſt victus, & Mundus Chriſti Sanguine redemptus.

*Ant.* Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Menſis Maji.

*Ant.* O Crux benedicta! quæ ſola fuiſti digna portare Regem cælorum, & Dominum. alleluja.

*Ant.* Tuam (A) Crucem adoramus Domine, tuam glorioſam recolimus Paſſionem; miſerere nobis, qui paſſus es pro nobis.

*occurrentibus, quæ hanc obſervationem poſtulare videntur, paucis indicare. Primo notum eſt* Natale *vel* Natalem diem *uſurpari ab antiquis conſueviſſe pro* Feſtivitate, *quod liquido patet ex Bucher. Martyrol. ad diem* XXII *Februar. ubi legitur*, Natale Petri de Cathedra; *aut Sacram. Gelaſii & Front. Kalend. quum in diebus S. Agneti ſacris occurrit*: Natale de Nativitate, & Natale de Paſſione; *quibus & ſimilibus in locis* Natale *idem denotat ac* Feſtivitas, *vel* dies feſtus. *Secundo & illud certum ratumque habeatur velim, apud Patres quæ Græcos quæ Latinos* Natale & Natalem diem *appellatam fuiſſe diem, qua Martyres ſaviente perſecutore mortem obierunt. De Græcis conſtat ex Euſebii Pamphili lib.* IV *Hiſt. Eccl. cap.* XV, *ubi Eccleſia Smyrnenſis de Polycarpo ſcribit*: ſeſe ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, ἐπὶ τε τῶν προπεπονηκότων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν: celebrare martyrii illius diem natalem, tum ad memoriam eorum, qui certamen illud jam certarunt, tum ad eorum, qui idem certamen eſſent ſubituri exercitationem & præparationem. *Quod Latinos hac in re Patres attinet, aſſervi ſolent atque laudari Auguſt. ſerm. de Sanctis; Caſſiodorus lib.* VIII *Variar. Epiſt. XXXIII, ceteri*, Natalem *vocantes diem obitus Martyrum; unde merito eamdem nuncupationem & adhibuerunt, & recenſere nobis non prætermiſerunt illi, qui de rebus liturgicis tractarunt; Amal. lib.* IV *de Eccleſ. Officiis cap.* 35. *Raban. de Inſtitut. Cler. lib.* II, *c.* 43, *atque Honorius Auguſtod. l.b.* III, *cap.* 17. *Illam inſuper apertiſſime edocuit* (*ut eſt a Cl. Boldetti in* Oſſervazioni ſopra i Cimiterj de' Santi Martiri pag. 42, *obſervatum*) *& Nicolaus I, epiſt. ad Conſulta Bulgar. Undefactum eſt, ut a quibuſdam nono Eccleſiæ ſæculo diceretur* & Natale genuinum, *a Rabano potiſſimum*, & Natale ingenuinum *ab* Ingeouitate *derivato nomine, ut Epternacenſi Martyrologio* VIII *Eccleſiæ ſæculo deſcripto: quo utroque vocabulo* Natalis generis *ab illo dignitatis diſtingueretur: quod non ſatis bene perpendentes Cl. Caſtellanus in Martyrol. ad diem* XXI *Januar. & Florentinius ad diem* XXVIII *ejuſdem Menſis ea ſcripſerunt, quæ noſtra hac ætate cenſuram promerita ſunt Viri doctiſſimi Alexii Symmachi Mazochii Comment. in Vetus marmoreum Kalend. Eccleſ. Neapolit. pag.* 17 & 18: *quem ut videas auctor tibi ſum, illique de* Natalis genuini *interpretatione adjungas, ſi lubeat, & P. Ludovicum Sabbatini in idem Kalend. Neapol. Tom. I, pag.* 137. *Idem fortaſſe ſtudium diſtinguendi inter* Natalem naturalem & illum quo cœlo naſcuntur Martyres *in cauſa fuit, cur Beletus ſcriberet* Natale *uſurpari de Martyrum obitu*, Nativitatem *vero de terreni natalis ſolemnitate*; (*quod hoc tertio loco obſervo*;) *ſed audiantur ipſa Scriptoris verba ex cap.* 4 *Ration. ubi ait*: Feſtivitas dicitur quaſi feſti Sancti alicujus nativitas. Nativitas vero proprie appellatur feſtum illius nativitatis, quæ eſt in carne & in mundo, ita ut hinc ſolum dicatur nativitas Chriſti, beatæ Mariæ, & Joannis Baptiſtæ, quod horum nativitates duntaxat ab Eccleſia celebrentur. Natalis vero vel Natale & Natalitium vocatur Sanctorum ea hoc ſæculo commigratio; quia ut ſæculo & mundo moriuntur, ita tunc exlo naſcuntur. *Hæc ille, quæ ſimilibus fere verbis & amplexatur Durandus, & in ſuo Ration. recenſuit lib.* VII, *cap. I, num.* 18. *Dum in ejuſmodi diſtinctionis originem inquirimus Ammonii locus mihi in mentem venit, ita ſe habens*: Γενέθλια μὲν γενέσια λέγεται. ὅτι μὲν γὰρ τῶν γενέθλια τάττεται ἐπὶ τῶν ζώντων, καὶ ἐν ᾗ ἕκαστος ἡμέρᾳ ἐγεννήθη, αὐτὴ καλεῖται Γενέθλιος ἡμέρα. Γενέσια δὲ ἐπὶ τῶν τεθνηκότων ἐν ᾗ ἕκαστος ἡμέρᾳ τετελεύτηκεν. ὁ δὲν λόγων ἐπὶ τῶν ζώντων Γενέσια ἀκυρολογεῖ. Geoethlia enim de vivis dicuntur, & dies, quo quiſque natus eſt, natalitius, ſive natalis dicitur: Geneſia autem de mortuis dicuntur, & is dies, quo quis mortuus eſt: qui igitur γενέσια de vivis uſurpat, is improprie loquitur. *Ex Ammonio igitur* γενέθλια *atque* γενέσια *eo pacto inter ſe diſtinguuntur quem admodum apud Beletum* Nativitas & Natale. *Ammonii teſtimonio Joh. Caſpar Suicerus in ſuo Theſaur. Eccl. Tom. I, col.* 746. *ſubjungit*: verum hæc diſtinctio ſuo apud probatos auctores caret fundamento, & ne id temere proferre videatur, *in medium allatis illico veterum Græcorum locis liquido evincit. Quod idem omnino de Beleti diſtinctione fieri debere crediderim, quandoquidem non ſolum duobus exemplis ſupra relatis, altero noſtri hujuſce Antiph. & altero Antiph. PP. Maurinorum contrarium ſuadetur; ſed inſuper animadverto nullo ſervato diſcrimine in veterum*

Menſis Septembris.

℣. Hodie nata eſt Beata Virgo Maria ex progenie David. Ut ipſa.

℟. Glorioſæ Virginis Mariæ &c.

℟. Diem feſtum præcelſæ Genitricis Dei Virginis Mariæ ſolemniter celebremus, quo inchoata eſt ejus felix Nativitas.

℣. Nativitatem hodiernam perpetuæ Virginis ſolemniter celebremus. Quo.

℟. Corde & animo &c.

℟. Regali ex progenie &c.

*Super III Cantica.*

*Ant.* Beatiſſimæ Virginis Mariæ. [*ut ſupra in* ℟. *uſque ad* ℣.]

℟. Ornatam monilibus.

℣. Aſtitit Regina. [*Req. pag.* 266.]

℟. Super ſalutem. ℣. Paradiſi.

℟. Nativitas glorioſæ &c.

℣. Glorioſæ Virginis Mariæ ortum digniſſimum recolentes. Cujus.

℟. Nativitas tua Dei Genitrix &c.

℣. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. Qui ſol.

℟. Felix namque es ſacra &c.

*Ad Matut.*

*Ant.* Nativitas glorioſæ &c.

*Ant.* Nativitas eſt hodie &c.

*Ant.* Regali ex progenie &c.

*Ant.* Corde & animo &c.

*Ant.* Cum jocunditate &c.

*In Euang.*

*Ant.* Nativitatem hodiernam &c.

*Ad Curſus,*

*Ant.* Aquæ multæ.

*Ant.* Quando nata eſt Virgo ſacratiſſima, tunc illuminatus eſt Mundus; ſtirps beata, radix ſancta, & benedictus Fructus ejus.

*Ant.* In [a] flore Mater, in partu Virgo, gaude & lætare Virgo Mater Domini.

*Ant.* Dilecte mi. [*Require pagina* 266.]

*Ad Veſper.*

*Ant.* Nativitas glorioſæ, *cum reliquis.*

℟. Nativitas glorioſæ.

℣. Glorioſæ Virginis.

*In Euang.*

*Ant.* Nativitas tua &c.

*Ad Proceſſionem.*

*Ant.* Sancta Maria ſuccurre miſeris &c.

*De*

a. prole.

*rum liturgicis libris indiſcriminatim utramque vocem adhiberi, ubi unica tantum juxta Beletum uſurpanda eſſet. Et ut rei exempla hoc deſiderari non patiar, in Gelaſiano Sacram. habemus:* In Vigiliis Natalis Domini, *& dein,* In Natali Domini in die. *In Sacram. Leonis ab Joſeph. Blanchino vulgato Anaſt. Tom. IV, pag.* LIV. VIII Kalendas Januarii Natale Domini. *In illo Gregorii juxta Pamelium:* VIII Kal. Januar..... Natale Domini: *& infra,* Aliæ Orationes de Natali Domini: *inſuper, VIII Kal. Julii,* Natale S. Joannis Baptiſtæ. *Idem Sacram. juxta nov. ed. col.* 5. In Vigilia Natalis Domini. *In libro Comitis Pameliana editionis:* In Vigilia Natalis Domini ad Miſſam: *&,* Dominica prima poſt Natale Domini. *Editionis Thomaſianæ vero.* Dominica I poſt Natale Domini: *&,* Hebdomada prima ante Natal. Domini. *In vetuſtiſſimo* Libro Gradali *inter dona Reginæ Theodolindæ Modœtiæ aſſervato habemus ſimili modo:* In Vigilia Natalis Domini in nocte: *& in vetuſtiſſimo MS. Reginæ Suecia, qui nunc temporis reponitur in Bibliot. Vat. Alex. ſub. num.* 9, *a Thomaſio primum, a Georgio deinde Tom.* III *Liturg. Rom. Pontif. vulgato, itidem occurrit nobis.* In Vigiliis Natalis Domini, *& VIII Kal. Jul.* In Natale S. Johannis. *Alia præterea colligi poſſent ejuſdem rei luculentiſſima teſtimonia, & quidem bene multa, atque depromi e Front. Kalend. aut ex aliis, quæ edita præſtant, omniumque manibus teruntur, veterum monimenta. Nec illa præſens hocce volumen verſantibus deerunt, in ſuperiori ſiquidem Vatic. Antiph. pag.* 39 *legitur:* In nocte Natalis Domini; *& pag.* 39, In die Natalis Domini. *At quum hactenus allegata ad rem noſtram firmandum ſatis ſuperque ſint, tuto ex illis erui poſſe confidimus prælatam a Beleto Nativitatis & Natalis diſtinctionem in veterum Latinorum operibus fundamentum nullum invenire; ſed pro hominis arbitratu potius conficta videtur.*

*De Sancto* (A) MAURITIO *& Sociis ſuis.*

*Ad Veſp. In Euang.*

*Ant.* Sanctum eſt verum & admirabile lumen, miniſtrans lucem his qui permanſerunt in agone certaminis; accipiunt ab ipſo ſplendorem ſempiternum, in quo aſſidue felices lætantur.

*Invitat.*

Regem regum Dominum, venite, adoremus, quia ipſe eſt corona Thebæorum Martyrum.

*Ad Noctur.*

℟. Abſterget, *cum reliq.*

*Ad Matut. Laudes.*

*Ant.* Sanctus Mauritius Legionem ſanctam præmonuit ut ad cæleſtia regna properarent. Beatus Exſuperius miles, Candidus & Victor junctis meritis ſe ſociaverunt.

*Ant.* Sancta Legio Acaunenſium Martyrum dum reſiſterent adverſariis, ſacro Duce Mauritio interveniente, immortalitatis compendium acquiſierunt.

*Ant.* Sanctorum corpora ſacri ſanguinis unda perfudit, pretioſorum corpora ſocietas conſecravit, quæ nobis Rodanus inundando reſudit.

*Ant.* Ecce factus eſt ſacer ille Acaunenſium locus per ſuffragia Sanctorum, ſalus præſentium, præſidium futurorum.

*Ant.* Pretioſa ſunt Thebæorum Martyrum vulnera ſancti Mauritii cum ſociis ſuis, qui ſub Maximiano mortem decreverunt ſuſcipere.

*In Euang.*

*Ant.* Flagrabat in beatiſſimis Martyribus glorioſus ardor, quia trucidandi, ſerro colla ſummittunt; qui ſub Maximiano perempti ſunt, quos multitudo Angelorum cum gaudio ſuſceperunt. Menſe Septembris.

*Ad Curſus.*

Juſtorum autem, *cum reliq.*

*Ad Veſp. Antiphonæ Matutin.*

*Ant.* Sanctus Mauritius, *cum reliquis.*

℟. Iſti ſunt ſancti.

*In Euang.*

*Ant.* Triumphabant ſancti Martyres Chriſti, qui ſub Maximiano mortem decreverunt ſuſcipere, & cum ſancto Mauritio regna cæleſtia acceperunt.

---

*In Nat. Sanctorum* COSMÆ & DAMIANI.

*Ant.* Coſmas & Damianus, Antimius, Leontius, Euprepius, hi quinque fratres a Deo coronati ſunt.

---

*In Vigilia Sancti* MICHAELIS ARCHANGELI.

*Ad Veſp.*

℟. Factum eſt ſilentium.

℣. Millia millium.

*In Euang.*

[*Ant.*] Dum ſacrum myſterium *&c.*

*Invitatorium.*

*Ant.* Regem Archangelorum *&c.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Introibo in domum tuam Domine, & adorabo ad templum ſanctum tuum. *Pſal.* Verba mea.

*Ant.*

(A) *De S. Mauritio &c.* In antiquis Eccleſiaſticis Libris E. R. non extat Feſtum iſtud; Metenſis tamen Regio illud propriis Antiphonis celebrabat; quæ forſan ipſæmet ſunt, quæ hic habentur. Amalarius cap. 28.

(1) *Ex Cod. Rateldi, atque ex Sacramentario Palat. Vat. 496 inter S. Mauritii Socios numerantur Exuperius, Candidus, Victor, Innocentius, & Vitalis. Vide Menardum not. 485 ad Sacramentarium Greg. & Georgium in notationibus ad diem X Kalend. Octobris.*

Menſis Septembris.

*Ant.* Stetit Angelus &c. *Pſal.* Domine Dominus.

*Ant.* Data ſunt ei &c. *Pſalm.* In Domino confido.

*Ant.* Aſcendit fumus &c. *Pſalm.* Domine, quis.

*Ant.* Michael Archangele &c. *Pſal.* Cæli enarrant.

*Ant.* Michael Præpoſitus &c. *Pſal.* Domini eſt.

℟. Factum eſt ſilentium &c.

℟. Stetit Angelus ſuper aram Templi &c.

℟. In conſpectu gentium nolite metuere &c.

℣. Stetit Angelus juxta aram Templi, habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa. Angelus.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Angelus Archangelus &c. *Pſ.* Judica me Deus quon.

*Ant.* Data eſt poteſtas Archangelo Michaeli ſuper animas juſtorum, atque peccatorum. *Pſlam.* Judica me Deus.

*Ant.* Concuſſum eſt mare &c. *Pſ.* Deus noſter refugium.

*Ant.* Laudemus Dominum &c. *Pſ.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Glorioſus apparuiſti &c. *Pſal.* Benedic. 1.

*Ant.* Michael Archangelus prælia-vit cum dracone antiquo; dedit ei Dominus victoriam ſempiternam. *Pſal.* Benedic. 11.

℟. In conſpectu Angelorum &c.

℣. Angelus qui fuit cum Jacob, ſit mecum in terra peregrinationis meæ; & benedicat vias meas Deus meus. Et confitebor.

℟. Hic eſt Michael &c.

℣. Angeli, Archangeli, Throni & Dominationes, Principatus & Poteſtates, Virtutes cælorum. Et oratio.

℟. Venit Michael &c.

*Super III Cant.*

*Ant.* Michael, Gabrihel &c.

℟. In tempore illo &c.

℟. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, Michael Archangelus qui pugnavit cum diabolo; gratia Dei, ille victor in cælis reſedit, & ille hoſtis antiquus patuit ruinæ magnæ.

℣. Millia millium. Et ille.

℟. Numquid ſcis quare venerim ad te? & nunc revertar ut prælier adverſus principem Perſarum, contradicentem tuis precibus & meæ legationi; veruntamen Michael Archangelus Princeps veſter, erit adjutor meus.

℣. Danihel vir deſideriorum intellige verba quæ loquor ad te, & ſta in gradu tuo. Veruntamen.

℟. Docebo te quæ ventura ſunt populo tuo in noviſſimis diebus, & adnuntiabo tibi quod expreſſum eſt in ſcripturis veritatis; & nemo eſt adjutor meus in omnibus his, niſi Michael Archangelus Princeps veſter.

℣. Ex die qua poſuiſti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conſpectu Domini; propterea exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos. Et nemo.

*Ad Matut.*

*Ant.* Dum præliaretur &c.

*Ant.* Dum committeret bellum draco cum Michaele Archangelo, exaudita eſt vox millia millium dicentium. Salus Deo noſtro.

*Ant.* Archangele &c.

*Ant.* Angeli &c.

*Ant.* Angeli, Archangeli &c.

*In Euang.*

*Ant.* Factum eſt ſilentium &c.

*Ad Curſus.*

*Ant.* Stetit Angelus.

*Ant.*

*Ant.* Aſcendit fumus.
*Ant.* Data eſt poteſtas.
*Ant.* Concuſſum eſt.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Michael Archangelus venit. *Pſal.* Lætatus ſum.
*Ant.* Michael Præpoſitus *&c. Pſal.* Qui confidunt.
*Ant.* Glorioſus apparuiſti. *Pſalm.* Niſi Dominus ædificaverit.
*Ant.* Laudemus Dominum. *Pſal.* Confitebor tibi Domine.
℟. Fidelis ſermo.

*In Euang.*

*Ant.* Archangele Chriſti, per gratiam quam meruiſti, deprecamur te per Unigenitum Dominum noſtrum, ut eripias nos de laqueo mortis. alleluja.
*Ant.* Michael, Gabriel, Raphael, ſummi Nuntii, & omnes ſancti Angeli Dei, intercedite pro nobis in conſpectu Domini.

*Verſus in I Nocturno.*

Adorate Dominum omnes Angeli ejus.

*In II Nocturno.*

℣. Benedicite Domino omnes.

*In III Nocturno.*

℣. In conſpectu Angelorum.

*Ad Matut.*

℣. Venit Michael Archangelus.

*Reſponſoriola.*

℟. Adorate Dominum omnes Angeli ejus.
℣. Audivit & lætata eſt Sion.
℟. Benedicite Domino omnes Angeli ejus.
℣. Potentes virtute, qui facitis verbum ejus.

RESPONS. ET ANTIPH.

℟. In conſpectu Angelorum pſallam tibi Deus.
℣. Adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor.

---

*De Sancto Dioniſio* (A)

*Ad Veſp. In Euang.*

*Ant.* Adeſt namque beati Dioniſii ſacratiſſima dies, in qua triumphans agonem explevit, & coronam martyrii accipere meruit de manu Domini.

*Ad Nocturn.*

*Ant.* Sanctus Dioniſius qui (tradente beato Clemente beati Petri Apoſtoli Succeſſore) verbi divini ſemina gentibus parturienda ſuſceperat.
*Ant.* Quo amplius gentilitatis ferverе cognovit errorem, illic intrepidus, a calore fidei flammatus, acceſſit, ac Pariſius (Domino ducente) pervenit.
*Ant.* Non veritus incredulæ gentis experiri feritatem; quia virtutem ſuam, præteritarum pœnarum recordatio roborabat.
*Ant.* Tunc mem.
*Ant.* Hunc.
*Ant.* Eccleſia illiſque necdum in locis erat, & populus ille novam conſtruxit, ac officia ſervientium Clericorum ex more conſtituit, probataſque perſonas honoris Secundi Ordinis ampliavit.
*Ant.* Cinctus ergo fide, & miſericordiam anteponens, paulatim ſociabat Deo, quos diabolo ſubtrahebat.
*Ant.* Tantas per illum Dominus dignabatur exercere virtutes, ut rebellium corda non minus miraculis, quam prædicationibus obtineret.



(A) *De S. Dionyſio &c.* Ex priſcis Codicibus diſcimus antè XI, vel X Sæculum celebrari non conſueviſſe hoc Feſtum in Eccleſia Romana.

Menſis Octobris.

*Ant.* Miroque modo inhermi viro non valebat plebs armata reſiſtere.

℟. Sancti tui Domine.

℟. Verbera carnificum.

℟. Certamen magnum.

*Ant.* Tunc memorata civitas & conventu Germanorum, nobilitate pollebat, quia eſſet ſalubris aere, jocunda flumine, fœcunda terris, arboribus nemoroſa, & vineis uberrima.

*Ad Matut.*

*Ant.* Hunc ergo locum Dei famulus elegit expetendum.

*Ant.* Hi ſancti viri a B. Dionifii nunquam ſuſtinuerunt abeſſe præſentia, quos in unum interrogatio percuſſoris invenit.

*Ant.* In hac ergo fidei pertinacia permanentes, reddentes terræ corpora, beatas cælo animas intulerunt.

*Ant.* Tali namque ad Dominum meruerunt profeſſione migrare, ut amputatis capitibus, adhuc putaretur lingua palpitans Dominum confiteri.

*Ant.* Beata nimium & Deo noſtro grata ſocietas; inter quos nec primus alter potuit eſſe nec tertius, ſed Trinitatem confitentes, trino meruerunt decorari martyrio.

*Ant.* Eligunt tetris Sigonæ profundiſque gurgitibus, Martyrum corpora perdenda committere.

*In Euang.*

*Ant.* In hoc ergo loco experiuntur infirmi, quantum Dei famulos conveniet honorari, ubi recipit cœcitas viſum, debilitas greſſum, & obſtrictæ aures merentur recipere auditum.

---

IN DEDICATIONE ECCLESIÆ.

*Ad Veſper.*

℟. Sancti Dei, dedit vobis Dominus locum iſtum, ut faciatis in eo mirabilia.

℣. Benedicta gloria Domini de loco ſuo. Ut faciatis.

*In Euang.*

*Ant.* O quam metuendus &c.

*Ad Invitat.*

*Ant.* Præoccupemus faciem Domini in confeſſione Sanctorum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Dominus in Templo ſancto ſuo. *Pſal.* in Domino confido.

*Ant.* Tollite &c. *Pſal.* Domini eſt terra.

*Ant.* Domine, dilexi decorem domus tuæ, locum tabernaculi gloriæ tuæ. *Pſ.* [xxv.] Judica.

*Ant.* Erit mihi Dominus &c. *Pſal.* Afferte.

*Ant.* Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat juventutem meam. *Pſ.* Judica [me Deus] & diſcerne.

*Ant.* Ædificavit &c. *Pſalm.* Deus noſter.

℟. In dedicatione Templi &c.

℟. Fundata eſt &c.

℟. Benedic Domine &c.

℣. Domum tuam, Domine, decet ſanctitudo in longitudinem dierum. Ven.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Non eſt hic aliud &c. *Pſalm.* Magnus Dominus.

*Ant.* Beati qui habitant &c. *Pſalm.* Quam dilecta.

*Ant.* Vidit Jacob &c. *Pſal.* Fundamenta.

*Ant.* Qui habitat &c.

*Ant.* Templum Domini &c. *Pſal.* Cantate. 1.

*Ant.* Benedicta gloria &c. *Pſ.* Dominus regnavit, exultet.

℟. Dum exiret Jacob.

℣. Vere Dominus eſt. [*Req. pag.* 223.]

℟. Si

℟. Si Dominus Deus meus.
℣. Vere Dominus eſt. [*Req. pag.* 223.]
℟. Erit mihi Dominus.
℣. Si Dominus Deus meus. [*Require ibidem.*]

*Super III Cant.*

*Ant.* Benedictus es in Templo *&c.* [*ut in* ℟. *uſque ad* ℣.] *Pſal.* Lætatus ſum. *Pſal.* Qui confidunt. *Pſal.* Niſi Dominus ædificaverit.
℟. Exaudiſti Domine.
℣. Qui Regis Iſrahel. [*Require infra inter* ℟℟. *de libro Regum.*]
℟. Domine ſi converſus.
℣. Qui Regis Iſrahel. [*Require ibid.*]
℟. Audi Domine ymnum.
℣. Qui regis. [*Require ibidem.*]
℟. Ornaverunt. ℣. In ymnis. [*Req. infra inter* ℟℟. *de Hiſtoria Machabæorum.*]
℟. In ymnis & confeſſionibus.
℣. Ornaverunt. [*Require ibidem.*]
℟. Tu Domine univerſorum.
℣. Qui regis. [*Require ibidem.*]
℟. Adduxiſti Sanctos tuos in præparationem, quam præparaverunt manus tuæ Domine.
℣. Altaria tua, Domine Virtutum, Rex meus & Deus meus; beati qui habitant in domo tua. Quam præparaverunt.

*Ad Matut.*

*Ant.* Domum tuam Domine *&c.*
*Ant.* Domus mea *&c.*
*Ant.* Hæc eſt Domus Domini *&c.*
*Ant.* Bene fundata eſt *&c.*
*Ant.* Lapides pretioſi *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Mane ſurgens Jacob *&c.* [*ut in* ℟. *Breviar. uſque ad* ℣.]

*Ad Curſus.*

*Ant.* Vidit Jacob ſcalam.
*Ant.* Erexit Jacob lapidem in titulum, fundens oleum deſuper. Dedicat. Eccleſiæ.
*Ant.* Ædificavit Moyſes.
*Ant.* Erit mihi.

*Ad Veſper.*

*Ant.* O quam metuendus.
*Ant.* Benedictus es in Templo.
*Ant.* Sanctificavit Dominus *&c.*
*Ant.* Fundamenta Templi hujus ſapientia ſua fundavit ea, in qua Dominum cæli collaudant Angeli. Si irruant venti & fluant flumina, non poſſunt ea movere unquàm; [a] funda enim erat ſupra petram.
℟. Adduxiſti. ℣. [b] Atria tua Domine.

*In Euang.*

*Ant.* Zachæe *&c.*

*Verſus unde ſupra.*

℣. Domine dilexi.
[℣.] Suſcepimus Deus.
[℣.] Beati qui habitant.
[℣.] Domum tuam.
[℣.] In conſpectu Angelorum.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Vota mea Domino reddam in atriis Domus Domini.
*Ant.* In Domum Domini. [*Req. pag.* 205.]
*Ant.* Niſi tu Domine. [*Require ibidem.*]
*Ant.* In conſpectu Angelorum. [*Req. ibidem.*]
*Ant.* Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum.

---

*Antiphonæ Matutinal.*

IN VIGIL. OMNIUM SANCTORUM. (A)

*Ad Veſper.*

℟. Sancti mei *&c.*



*a.* fundata. *b.* Altaria.

(A) *Omnium Sanctorum.* Hoc Officium ex compluribus aliis conſectum eſt poſt hujus Feſtivitatis inſtitutionem, quam Gregorio Papæ IV acceptam referunt.

Menſis Novembris.

*Ant.* O quam glorioſum eſt Regnum *&c.*

*Ad Invitat.*

*Ant.* Regem omnium Sanctorum Dominum, venite, adoremus.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Novit Dominus *&c. Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* Mirificavit *&c. Pſ.* Cum invocarem.

*Ant.* Admirabile *&c. Pſ.* Domine Dominus.

*Ant.* Domine, qui operati *&c. Pſ.* Domine, quis habitabit.

*Ant.* Hæc eſt generatio *&c. Pſ.* Domini eſt terra.

*Ant* Lætamini in Domino *&c. Pſ.* Beati quorum.

℟. Summæ Trinitati. ℣. Præſtet nobis. [*Require pag.* 208.]

℟. Felix namque es. ℣. Ora pro populo. [*Require pag.* 270]

℟. Te Sanctum. ℣. Cherubim.

℟. Inter natos. ℣. Fuit homo. [*Require pag.* 259.]

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Timete Dominum *&c. Pſ.* Benedicam.

*Ant.* Domine ſpes Sanctorum *&c. Pſ.* Exaudi Deus deprecationem.

*Ant.* Beati, quos elegiſti Domine! habitabunt in atriis tuis; etenim clamabunt & ymnum dicent. [*Pſ.*] Te decet.

*Ant.* Domine Deus Virtutum *&c. Pſ.* Quam dilecta.

*Ant.* Qui diligitis *&c. Pſ.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Benedicite Domino omnes Virtutes ejus; benedicite Miniſtri ejus qui facitis voluntatem ejus benedicite Domino. *Pſ.* Benedic. 1.

℟. Fuerunt ſine querela. ℣. Tradiderunt. [*Require hoc & ſequentia* ℟℟. *in Comm. Apoſt. Martyr. Confeſſ. & Virg.*]

℟. Iſti ſunt Sancti, qui pro teſtamento ℣. Tradiderunt.

℟. Sint lumbi veſtri. ℣. Vigilate ergo.

℟. Prudentes virgines. *vel* Reguum Mundi.

*Super III Cantica.*

*Ant.* Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt Sancti.

℟. Sancti tui Domine. ℣. Quoniam percuſſit.

℟. Fulgebunt juſti. ℣. Juſti epulentur.

℟. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum; beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

℣. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Beati pacifici.

℟. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cælorum: beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram: beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur: beati qui eſurinnt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.

℣. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Beati.

*I. Y.* Quos laudare cupis dic nobis ut ſociem.

℟. Laudamus pariter Sanctos & Sanctificantem.

Te Deum [laudamus.]

*In Matut. Laudibus.*

*Ant.* Iſti ſunt viri ſancti & amici Dei, quorum doctrina fulget Eccleſia.

*Ant.* Sapientiam Sanctorum narrant populi, & laudem eorum pronunciat omnis Eccleſia.

*Ant.* Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum ſuorum, & deducet illos in via mirabili.

*Ant.* Juſti autem in perpetuo vivent, & apud Dominum eſt merces eorum.

*Ant.* Gloria hæc eſt omnibus Sanctis ejus.

*In-*

*In Euang.*

*Ant.* In civitate Domini ibi ſonant jugiter organa Sanctorum: ibi cynamomum & balſamum, odor ſuaviſſimus, carmina eorum: ibi Angeli & Archangeli ymnum Deo decantant ante thronum Dei. alleluja.

*Ad Curſus Diurnos.*

*Ant.* Super nivem. [ *Hanc & ſequentes Ant. require infra in Comm. Apoſtol. Martyr. &c.* ]

*Ant.* Dabo Sanctis meis.

*Ant.* Sancti qui ſperant.

*Ant.* Ecce merces Sanctorum.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Virgam virtutis.

*Ant.* Generatio rectorum.

*Ant.* Venientes venient.

*Ant.* Juſti confitebuntur.

*Ant.* Lauda Hieruſalem.

℟. Beati qui perſecutionem.

*In Euang.*

*Ant.* Laudem dicite *&c.*

*Unde ſupra.*

*Ant.* Sanctorum precibus cunctorum, redde ſalutem corporis & animæ Chriſte tuis famulis.

*Ant.* Sancti mei qui in iſto ſæculo certamen habuiſtis, mercedem laborum ego reddo vobis.

*Ant.* Gaudete, & exultate omnes Sancti, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cælis.

*Ant.* In cæleſtibus regnis Sanctorum habitatio eſt, & in æternum requies eorum.

*Verſus.*

℣. Juſti autem.

℣. Lætamini in Domino.

℣. Exultent juſti.

℣. Juſtorum animæ.

℣. Mirabilis Deus.

*In Vigil.* S. MARTINI *Epiſcopi.* Menſis Novembris.

*Ad Veſper.*

℟. Beatus Martinus obitum. ℣. Viribus corporis.

*In Euang.*

*Ant.* Martinus trium mortuorum ſuſcitator magnificus, vivit in Chriſto gemma Sacerdotum mirifice laureatus.

*Ad Invit.*

Regem Confeſſorum Dominum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Martinus adhuc Catechumenus *&c. Pſal.* Beatus vir.

*Ant.* Sanctæ Trinitatis *&c. Pſalm.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Beatus Martinus dixit Juliano: Chriſti enim ſum miles, pugnare mihi non licet. *Pſal.* Domine, quid multiplicati.

*Ant.* Ego ſigno Crucis *&c. Pſ.* Cum invocarem.

*Ant.* Confido in Domino *&c. Pſal.* Verba mea.

*Ant.* Tetradius *&c. Pſal.* Domine Dominus noſter.

℟. Hic eſt Martinus *&c.*

[a] ℟. Domine, ſi adhuc *&c.*

℣. Domine ſi adhuc eodem labore ſtare me præcipis, munia tua devotus implebo. Fiat: *vel*, Oculis ac manibus.

℟. O Beatum virum *&c.*

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Dominus Jeſus Chriſtus *&c. Pſal.* In Domino confido.

*Ant.* Dum Sacramenta *&c. Pſ.* Domine, quis habitabit.

*Ant.* O virum ineffabilem, per quem *&c. Pſ.* Domine in virtute.

*Ant.* Sacerdos Dei Martine, aperti *&c. Pſ.* Domini eſt terra.

*Ant.* Martinus Epiſcopus migravit a ſæcu-

a. Monachus Sangallenſis lib. 2 de cura Eccleſiaſtica Caroli Magni num. 5, Tom. 2 Script. Francic.

Menſis Auguſti.

a ſæculo; vivit in Chriſto gemma Sacerdotum. *Pſ.* Benedicam Domino.

*Ant.* Sacerdos Dei Martine, Paſtor *&c.* *Pſ.* Bonum eſt confiteri.

℟. Oculis ac manibus *&c.*

℟. Dum Sacramenta *&c.*

℣. Orante ſancto Martino. Globus.

℟. Beatus Martinus obitum *&c.*

*Super III Cantica:*

*Ant.* Ora pro nobis beate Martine, ut digni efficiamur promiſſione Chriſti.

℟. Dixerunt diſcipuli *&c.*

℟. O beatum virum *&c.*

℟. Martinus Abrahæ ſinu *&c.*

℟. O quantus erat luctus omnium! quanta præcipue mœrentium lamenta Monachorum! quia & pium eſt gaudere Martinum, & pium eſt flere Martinum.

℣. Beati viri corpus uſque ad locum ſepulchri, ymnis canora cæleſtibus, turba proſequitur. Quia.

*Ad Matut.*

*Ant.* Dixerunt *&c.*

*Ant.* Domine, ſi adhuc *&c.*

*Ant.* O virum *&c.*

*Ant.* Oculis ac manibus *&c.*

*Ant.* Martinus Abrahæ *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* O quantus luctus omnium! quanta præcipue lamenta Monachorum, & Virginum chorus! quia pium eſt gaudere Martinum, & pium eſt flere Martinum.

*Ad Curſus.*

*Ant.* Sanctæ Trinitatis.

*Ant.* Beatus Martinus dixit Juliano.

*Ant.* Dum Sacramenta.

*Ant.* Sacerdos Dei Martine.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Dominus Jeſus Chriſtus. *Pſ.* Dixit Dominus.

*Ant.* O ineffabilem virum. *Pſ.* Confitebor.

*Ant.* Martinus Epiſcopus. *Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* Sacerdos Dei Martine. *Pſal.* Laudate pueri.

*Ant.* Ora pro nobis. *Pſalm.* Credidi.

℟. Martinus Abrahæ.

*In Euang.*

*Ant.* O Beatum virum *&c.*

*Ant.* O beatum Pontificem *&c.*

---

*De Sancto* BRICTIO. (A)

*Ad Veſper.*

*In Euang.*

[*Ant.*] Similabo eum.

℟. Ecce Sacerdos magnus.

℟. Juravit.

℟. Elegit te Dominus.

*Ad Matut.*

*Ant.* Poſt diſceſſum beatiſſimi Martini, beatus [1] Brictius ad Cathedram Epiſcopalem ſucceſſit.

*Ant.* Trigeſimo ordinationis ſuæ anno oritur contra eum lamentale crimen; nam quædam mulier (quæ cubiculariis veſtimenta abluebat) concepit & peperit, [2] & omne crimen ſuper Epiſcopum abjiciunt.

*Ant.*

(A) *De S. Brictio &c.* Nihil de eo in antiquioribus monumentis Eccleſiæ Romanæ.

(1) *In Antiph. Mſ. Compend. col. 835 hoc idem Sancti* Briſtii *vel* Briceii *Officium occurrit, & eo loci habetur:* Beatus Brictius Cathedram Epiſcopalem ſuſcepit.

(2) *Loco ſuper memorato legitur:* & omne crimen Epiſcopo objiciunt: *ubi Clariſſimi Editores apteſita ad marginem nota ſuſpicantur legendum eſſe:* & omnes, *non* & omne; *quod ipſis fortaſſe in mentem non incidiſſet, ſi Compend. Mſ. conſentientem noſtrum Antiphonarium vidiſſent.*

*Ant.* Illo quoque negante, juſſit afferri ſibi infantem; cumque oblatus fuiſſet, triginta ab ortu habens dies, dixit ad eum Brictius: Adjuro te per Deum, ut ſi ego te generavi, coram cunctis edicas.

*Ant.* Reſpondens autem infans coram omni populo, beato viro dixit: Non es tu (inquit) pater meus.

*Ant.* Sanctus Brictius ſatisfaciens populo, prunas ardentes ab urbe in byrro ſuo deferens, & ante ſepulchrum beati Martini coram populo projiciens, veſtimentum ejus inuſtum [1] apparuit.

*In Euang.*

*Ant.* Populis autem non credentibus, ſed ab Epiſcopatu eum projicientibus, Romam petiit flens & ejulans, atque dicens: Merito hæc patior, quia peccavi in Sanctum Dei.

---

*In Vigil. Sanctæ* CÆCILIÆ.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Virgo glorioſa ſemper &c.

*Invitator.*

*Ant.* Regem Virginum Dominum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Cæcilia virgo Almachium &c. *Pſ.* Beatus vir.

*Ant.* Expanſis manibus &c. *Pſal.* Quare.

*Ant.* Cilicio Cæcilia &c. *Pſal.* Domine quid.

*Ant.* Domine Jeſu Chriſte &c. *Pſ.* Cum invocarem.

*Ant.* Beata Cæcilia dixit &c. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

℟. Cantantibus organis &c.

℟. O beata Cæcilia &c.

℣. Cæcilia me miſit ad vos, ut oſtendatis mihi. Urbanum.

℟. Virgo glorioſa &c.

℣. Eſt ſecretum, Valeriane, quod tibi volo dicere: Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo cuſtodit corpus meum. Et diebus. Menſis Novembris.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Credimus Chriſtum &c. *Pſal.* Domine, quis habitabit.

*Ant.* Nos ſcientes &c. *Pſal.* Conſerva.

*Ant.* Cæcilia me miſit &c. *Pſ.* Domini eſt terra.

*Ant.* Tunc Valerianus &c. *Pſ.* Eructavit.

*Ant.* Triduanas &c. *Pſalm.* Deus noſter.

*Ant.* Virgo glorioſa &c. *Pſ.* Fundamenta.

℟. Cilicio Cæcilia &c.

℣. Ecce quam bonum & quam jocundum, habitare fratres in unum! Tyburtium.

℟. Cæciliam intra &c.

℟. Domine Jeſu Chriſte &c.

*Super III Cantica.*

*Ant.* Veni ſponſa Chriſti.

℟. Beata Cæcilia dixit Tyburtio &c.

℣. Suſcipe Domine ſeminum fructus, quos in Cæcilia ſeminaſti. Quia.

℟. Cæcilia me miſit ad vos &c.

℟. Dum aurora nocti finem daret &c.

*Ad Matutinum.*

*Ant.* Cantantibus organis &c.

*Ant.* Eſt ſecretum. [*ut ſupra in* ℣. *Reſponſorii.*]

*Ant.* Valeriane &c.

*Ant.* Benedico te, Pater Domini mei &c.

*Ant.* Cæcilia famula &c.

*In Euang.*

*Ant.* Dum aurora &c. [*ut ſup. in* ℟. *uſque ad* ℣.]

*Ad Curſus.*

*Ant.* Cæcilia Virgo.

*Ant.*

(1) *Ibidem in allegato Mſ. Comptud. legitur*: inuſtum non apparuit.

Mensis Novembris.

*Ant.* Cilicio Cæcilia.
*Ant.* Domine Jesu Christe.
*Ant.* Beata Cæcilia.

*Ad Vesper.*

*Ant.* Cantantibus organis, *cum reliquis.*

℟. Cæcilia intra cubiculum. . . .

*In Euang.*

*Ant.* Simile est regnum cælorum decem virginibus.

---

*In Vigil.* S. CLEMENTIS.

*Ad Vesper.*

*Ant.* Oremus omnes ad Dominum &c.

*De S. Felicitate.*

*Ant.* Si quis fecerit vo. [ *Req. infra Dom.* VIII *post Pentecosten.*]

*Super III Cant.*

*Ant.* Oremus omnes ad Dominum Jesum Christum, ut ostendat nobis Martyris sui corpus.

℟. Orante sancto Clemente &c.

℟. Phœbus & Cornelius discipuli beati Clementis dixerunt ad populum: Oremus omnes ad Dominum, ut ostendat nobis Martyris sui corpus. ℣. Invenerunt in modum templi marmorei habitaculum a Deo a a u. Oremus.

℟. Dedisti Domine &c. [ *ut in Ant. ad Vesper. in Breviario.* ]

℣. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Ut enar.

℟. Ora pro nobis beate Clemens, ut digni efficiamur promissione Christi. ℣. Tu autem Martyr Christi beate Clemens, ora pro nobis. Ut digni.

*In Matut.*

*Ant.* Orante &c.
*Ant.* Vidi supra &c.
*Ant.* De sub cujus &c.
*Ant.* Non meis &c.
*Ant.* Omnes gentes &c.

*In Euang.*

[*Ant.*] Dedisti Domine &c.

---

*In Vigil.* S. ANDREÆ *Apostoli.*

*Ad Vesper.*

℟. Dum deambularet Dominus.

*In Euang.*

*Ant.* Ambulans Jesus juxta mare Galileæ, vidit Petrum & Andream fratrem ejus, & ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum: at illi, relictis retibus & navi, secuti sunt illum. alleluja.

*Ad Invit.*

Adoremus glorioſissimum Regem Christum, qui victorem per crucis trophæum coronavit beatum Andream Apostolum.

I N I NOCTURNO.

*Ant.* Vidit Dominus &c. *Ps.* Cæli enarrant.

*Ant.* Venite post me &c. *Ps.* Domini est terra.

*Ant.* Relictis retibus &c. *Ps.* Beati quorum.

*Ant.* Unus ex duobus &c. *Ps.* Exultate justi.

*Ant.* Christus me misit &c. *Ps.* Benedicam Dominum.

*Ant.* Ego si patibulum. *Ps.* Erectavit.

℟. Cum perambularet &c.

℟. Mox ut vocem &c.

℣. Ad unius jussionis vocem, Petrus & Andreas, relictis retibus, secuti sunt Redemptorem.

℟. Homo Dei &c.

℣. Cumque carnifices ducerent &c.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Salve Crux, quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membris ejus tamquam margaritis ornata. *Ps.* Omnes gentes.

*Ant.*

*Ant.* Recipe me ab hominibus *&c.* *Pſal.* Exaudi Deus deprecationem.

*Ant.* Biduo vivens *&c.* *Pſal.* Exaudi Deus orationem.

*Ant.* Dignum ſibi Dominus *&c.* *Pſalm.* Te decet.

*Ant.* Non me permittas *&c.* *Pſal.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Dilexit Dominus *&c.* *Pſ.* Dominus regnavit, iraſcantur.

℟. Doctor bonus *&c.*

℟. Expandi manus *&c.*

℟. Salve Crux, quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex membris ejus tanquam margaritis ornata es; ſuſcipe Diſcipulum ejus qui pependit in te.

℣. O bona Crux, quamdiu deſiderata, & jam concupiſcenti animæ præparata! Suſcipe.

*Super III Cant.*

*Ant.* Videns Andreas Crucem *&c.*

℟. O bona Crux, quæ decorem *&c.*

℣. Salve Crux, quæ in Chriſti corpore dedicata es, & ex membris ejus, tamquam margaritis ornata. Accip.

℟. Cum vidiſſet beatus Andreas *&c.*

℣. Expecta me ſancta Crux humilem propter Dominum. Sicut.

℟. Dilexit Andream *&c.*

℣. Tu es Magiſter meus, Chriſte, quem dilexi, quem cognovi, quem confeſſus ſum; tantummodo in iſta voce exaudi me. Et ideo.

℟. Vir iſte in populo *&c.*

℣. Hic eſt fratrum amator & populi; hic eſt qui multum orat. Pro.

*In Matut. Laud.*

*Ant.* Salve Crux *&c.*

RESPONS. ET ANTIPH.

*Ant.* Beatus Andreas *&c.* Menſis Novembris.

*Ant.* Andreas Chriſti *&c.*

*Ant.* Concede nobis *&c.*

*Ant.* Qui perſequebantur *&c.*

*In Euang.*

[*Ant.*] Maximilla *&c.*

*Ad Curſus.*

*Ant.* Vidit Dominus P.

*Ant.* Venite poſt me.

*Ant.* Relictis retibus.

*Ant.* Ego ſi [a] pabulum.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Videns (A) Andreas Crucem.

*Ant.* Salve Crux.

*Ant.* Recipe me.

*Ant.* Biduo vivens.

*Ant.* Non me permittas.

℟. Dilexit Andream.

℣. Tu es Magiſter.

*In Euang.*

*Ant.* Cum perveniſſet *&c.*

---

*In Vigil. Omnium Apoſtolorum.*

*Ad Veſper.*

℟. Ecce ego mitto vos.

℟. Tollite jugum.

℟. Dum ſteteritis.

*In Euang.*

*Ant.* Eſtote fortes *&c.*

*Ant.* Dum ſteteritis ante Reges & Præſides, nolite præmeditari qualiter reſpondeatis; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

*Ad Invit.*

*Ant.* Regem Apoſtolorum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* In omnem terram. *Pſ.* Cæli.



a. patibulum.

(A) *Ant. Videns Andreas &c.* Commemorat Amalarius c. 16 proprias Veſperarum Antiphonas diei Feſti S. Andreæ ex Antiphonariis authenticis, quæ forte eæ ipſæ ſunt, quæ hic exhibentur.

Nat. Apoſtolorum.

*Ant.* Hæc eſt generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob. *Pſalm.* Domini eſt terra.

*Ant.* Lætamini in Domino & exultate juſti. *Pſalm.* Beati quorum.

*Ant.* Exultate juſti; rectos decet collaudatio. *Pſal.* Ipſe.

*Ant.* Clamaverunt &c. *Pſal.* Benedicam.

*Ant.* Conſtitues eos principes ſuper omnem terram; memores &c. *Pſalm.* Eructavit.

℟. Ecce ego mitto vos &c.

℟. Tollite jugum &c.

℟. Dum ſteteritis &c.

In II Nocturno.

*Ant.* Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham. *Pſ.* Omnes gentes..

*Ant.* Dediſti &c. *Pſal.* Exaudi Deus deprecationem.

*Ant.* Adnuntiaverunt &c. *Pſ.* Exaudi Deus orationem.

*Ant.* Exaltabuntur &c. *Pſal.* Confitebimur. *vel*, Beati quos. [ *Requiro pag. 276. Pſal.* ] Te decet.

*Ant.* Lux orta eſt &c. *Pſalm.* Dominus regnavit, exultet.

*Ant.* Cuſtodiebant. *Pſal.* Dominus regnavit, iraſcantur.

℟. Vidi conjunctos viros &c.

℟. Iſti ſunt triumphatores &c.

℟. Iſti ſunt qui viventes &c.

*Super III Cantica.*

*Ant.* Beati pacifici.

*Ant.* In patientia.

*Ant.* Vos eſtis.

℟. Iſti ſunt viri ſancti &c.

℟. Cives Apoſtolorum & domeſtici Dei advenerunt hodie, portantes pacem, illuminantes patriam; dare pacem gentibus, & liberare populum Domini.

℣. In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Dare.

℟. Fuerunt ſine &c.

℟. Beati eritis cum maledixerint &c.

℟. Nimis honorati ſunt amici tui, Deus, nimis confortatus eſt principatus eorum.

℣. Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur. Nimis.

*In Matut. Laud.*

*Ant.* Hoc eſt præceptum &c.

*Ant.* Majorem caritatem &c.

*Ant.* Vos amici &c.

*Ant.* Beati mundo corde &c.

*Ant.* Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.

*In Evang.*

*Ant.* Vos qui reliquiſtis omnia &c.

*Item ad Mat.*

*Ant.* Veſtri capilli.

*Ant.* Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. alleluja.

*Ant.* Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere, dicit Dominus.

*Ant.* Beati pacifici &c.

*Ant.* In patientia.

*In Evang.*

[*Ant.*] Tradent enim &c.

*Item in Matut. Laud.*

*Ant.* Tollite jugum meum ſuper vos, quia mitis ſum & humilis corde.

*Ant.* Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve, dicit Dominus.

*Ant.* Manete in dilectione mea, ſicut dilexi vos, dicit Dominus.

*Ant.* Vos eſtis lux Mundi, qui in patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.

*Ant.* Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui vos perſequuntur.

*In*

*In Euang.*

*Ant.* Jam non dicam vos ſervos, ſed amicos meos; quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. alleluja.

*Ant.* Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos; & poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. alleluja.

*Ant.* Beati eritis *&c.*

*Ad Veſperum.*

*Ant.* Juravit *&c.*

*Ant.* Confeſſio & magnificentia opus ejus.

*Ant.* Potens in terra erit ſemen ejus; generatio rectorum benedicetur.

*Ant.* Collocet *&c.*

*Ant.* Dirupiſti.

℟. Beati qui perſecutionem.

*In Euang.*

*Ant.* Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum; eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

*Item alio modo.*

*Ant.* Virgam virtutis tuæ emittet Dominus in ſplendoribus Sanctorum.

*Ant.* In conſilio Juſtorum & congregatione, magna opera Domini.

*Ant.* Collocet eos Dominus.

*Ant.* Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

*Ant.* Confortatus eſt *&c.*

℟. Fuerunt ſine querela.

*In Euang.*

*Ant.* Iſti ſunt triumphatores *&c.* [ *Require in* ℟. *uſque ad* ℣. *in Breviar.* ]

*Ant.* Iſti ſunt Sancti, qui pro lege Dei ſui morti ſe tradiderunt, & non dubitaverunt; ab iniquis interfecti ſunt, & in æternum vivent cum Chriſto; Agnum ſecuti ſunt, & acceperunt palmam.

*Verſus unde ſupra.* Nat. plurim. Mart.

℣. In omnem terram.

℟. Lætamini in Domino.

℟. Conſtitues eos.

℟. Nimis honorati.

---

*In Vigil. plurimorum Martyrum.*

*Ad Veſper.*

℟. Sancti mei, qui in iſto ſæculo, *vel*, Sint lumbi.

*In Euang.*

*Ant.* Iſti ſunt Sancti *&c.*

*Ad Matutin.*

*Ant.* Regem Martyrum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Secus decurſus *&c.*

*Ant.* Prædicantes præceptum Domini.

*Ant.* Filii hominum.

*Ant.* Scuto.

*Ant.* In univerſa terra.

*Ant.* Habitabunt in tabernaculo.

℟. Abſterget *&c.*

℣. Juſtorum autem animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illis tormentum malitiæ. Quoniam.

℟. Viri ſancti *&c.*

℟. Tradiderunt *&c.*

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Sancti qui in terra.

*Ant.* Hæc eſt generatio.

*Ant.* Lætamini in Domino.

*Ant.* Clamaverunt.

*Ant.* Beati, quos elegiſti.

*Ant.* Vindica Domine.

℟. Sancti tui Domine *&c.*

℟. Verbera carnificum *&c.*

℟. Hæc eſt vera fraternitas.

*Super III Cantica.*

*Ant.* Sancti eſtis, dicit Dominus; multiplicabo numerum veſtrum, ut oretis pro populo meo in loco iſto.

*Ant.* Dabo Sanctis meis.

Natal. plurim. Mart.

*Ant.* Scimus quoniam.

℟. Propter teſtamentum *&c.*

℟. In circuitu tuo, Domine, lumen eſt, quod nunquam deficiet; ubi conſtituiſti lucidiſſimas manſiones, ibi requieſcunt Sanctorum animæ.

℣. Magnus Dominus & laudabilis nimis, in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus. Ibi requieſcunt.

℟. Certamen magnum *&c.*

℣. Iſti ſunt Sancti, qui pro teſtamento Dei ſua corpora tradiderunt. Et eorum.

℟. Adoraverunt. ℣. Venientes autem. [ *Req. pag.* 193. ]

℟. Iſti ſunt Sancti, qui paſſi ſunt. ℣. Vindica Deus. [ *Req. ibidem.* ]

℟. Coronavit eos Dominus. ℣. Amaverunt Chriſtum. [ *Req. pag.* 194. ]

℟. Effuderunt. ℣. Vindica. [ *Req. pag.* 193. ]

℟. Fulgebunt Juſti ſicut lilium; & ſicut roſæ in Hiericho, florebunt ante Dominum.

℣. Juſti autem in perpetuo vivent, & apud Dominum eſt merces eorum. Et ſicut.

℟. Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.

℣. Juſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Lætabuntur.

℟. Beati qui perſecutionem. ℣. Beati mundo. [ *Req. pag.* 276. ]

℟. Beati pauperes. ℣. Beati miſericordes. [ *Req. ibidem.* ]

*In Matutinis Laudibus.*

*Ant.* Omnes Sancti.

*Ant.* De palma ad regna *&c.*

*Ant.* Corpora *&c.*

*Ant.* Martyres Domini *&c.*

*Ant.* Martyrum chorus *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Fulgebunt juſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto, diſcurrent; judicabunt nationes, & regnabunt in æternum.

*Item ad Matut.*

*Ant.* Juſtorum autem animæ in manu Dei ſunt; & non tanget illos tormentum malitiæ.

*Ant.* Si coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes Electorum eſt immortalis in æternum.

*Ant.* Tanquam aurum *&c.*

*Ant.* Spiritus & animæ Juſtorum.

*Ant.* Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.

*In Euang.*

*Ant.* Tradiderunt *&c.* [ *ut in* ℟. *uſque ad* ℣. *in Brev.* ]

*Item alio modo ad Matut.*

*Ant.* Super nivem dealbabuntur Sancti tui, Domine.

*Ant.* Dabo Sanctis meis *&c.*

*Ant.* Sancti, qui ſperant *&c.*

*Ant.* Sancti Spiritus, & animæ Juſtorum ymnum dicite Deo. alleluja.

*Ant.* Ecce merces *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Sancti per fidem *&c.*

*Item ad Mat.*

*Ant.* Cum eſſent in tormentis Martyres Chriſti, cæleſtia contemplantes, dicebant: Adjuva nos Domine, ut perficiamus opus tuum ſine macula.

*Ant.* Martyres Chriſti inter acerrimos dolores, ſpe gaudentes in tribulatione, orabant Dominum & dicebant: Judica Domine judicium noſtrum, & libera nos ab homine iniquo & doloſo.

*Ant.* Sancti eſtis (A) dicit Dominus; multi-

(A) *Ant. Sancti eſtis &c.* Hac de Antiphona Agobardus Epiſc. Lugdunen. meminit lib. de Correct. Antiphonarii.

multiplicabo numerum veſtrum, ut oretis pro populo meo in loco iſto.

*Ant.* Spiritus & animæ Juſtorum.

*Ant.* Exultabunt Sancti.

*In Euang.*

*Ant.* Cum vidiſſet IHS turbas, aſcendit in montem; & cum ſediſſet, aperiens os ſuum, docebat eos dicens: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

*Ant.* In cæleſtibus regnis.

*Ant.* Sancti mei, qui in iſto ſæculo certamen habuiſtis, mercedem laborum ego reddo vobis.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Virgam virtutis.

*Ant.* In conſilio Juſtorum.

*Ant.* Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.

*Ant.* Euntes ibant, & flebant, mittentes ſemina ſua.

*Ant.* Juſti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

℟. Beati, qui perſecutionem.

*In Euang.*

*Ant.* Abſterget Deus &c.

*Ant.* Verbera carnificum &c. [*ut in* ℟. *uſque ad* ℣. *in Brev.*]

---

*In Vigil. unius Martyris ſive Confeſſoris.*

*Ad Veſper.*

℟. Juſtus germinabit &c. ℣. Plantatus.

*In Euang.*

*Ant.* Qui vult venire &c.

*Invitat.* Nat. unius Mart. ſive Confeſſ.

*Ant.* Regem Sanctorum Dominum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* In lege (A) Domini &c.

*Ant.* Prædicans &c.

*Ant.* Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte ſancto ſuo.

*Ant.* Filii hominum &c.

*Ant.* Scuto &c.

*Ant.* In univerſa &c.

℟. Iſte ſanctus pro lege &c.

℟. Juſtus germinabit &c.

℟. Deſiderium &c.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Juſtus Dominus &c.

*Ant.* Habitabit &c.

*Ant.* Poſuiſti &c.

*Ant.* Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum.

*Ant.* Beatus quem &c.

*Ant.* Juſtus &c.

℟. Iſte cognovit &c.

℟. Stolam jocunditatis &c.

℟. Corona aurea &c.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Hic vir deſpiciens &c.

℟. Hic eſt vere Martyr &c.

℟. Poſuit coronam &c.

℟. Gloria & honore &c.

℟. Hic eſt vir qui non eſt. ℣. Iſte eſt qui contem.

℟. Puer meus. ℣. Donec ponam. [*Req. pag.* 264.]

*In Matut. Laud.*

*Ant.* Qui me confeſſus &c.

*Ant.* Qui ſequitur &c.

*Ant.*

(A) *Ant. In lege &c.* Hujus Antiphonæ compluriumque aliarum in Natalitiis Sanctorum ex Romano Antiphonario mentionem facit Amalarius cap. 17, qui cap. 18 commemorat tria ℟℟. a ſe poſita in Feſto S. Joannis Euangeliſtæ, quæ utique ex his communibus decerpſit: ſunt vero, *Juſtus germinabit*, *Iſte eſt*, *Iſte homo*: extant autem in hoc Antiphonario inter communia Sanctorum Officia.

Nat. unius Martyri. sive Confessoris.

*Ant.* Si quis mihi &c.
*Ant.* Qui mihi &c.
*Ant.* Volo, Pater &c.

*In Euang.*

[*Ant.*] Si quis per me intraverit, salvabitur, & pascua inveniet, dicit Dominus.

*Item in Matut. Laudib.*

*Ant.* Justum deduxit Dominus &c.
*Ant.* Amavit eum Dominus &c.
*Ant.* Coronavit eum Dominus corona justitiæ, & dedit illi nomen sanctum gloriæ.
*Ant.* Magnificavit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam gloriæ.
*Ant.* Justus germinabit &c.

*In Euang.*

*Ant.* Justus cor suum &c. [ *ut in Capit. Nonæ in Brev.* [
*Ant.* Iste sanctus pro lege &c.
*Ant.* Amavit eum Dominus &c.

*Ad Vesperum.*

*Ant.* Beatus vir qui suffert. [ *ut in Cap. ad Vesper. unius Martyr. in Brev.*]
*Ant.* Iste est qui contempsit &c.
*Ant.* Justus germinabit &c.
*Ant.* Ecce vere Israhelita, in quo dolus non est inventus.
℟. Iste cognovit.

*In Euang.*

*Ant.* Stolam jocunditatis induit eum Dominus, & coronam pulchritudinis posuit super caput ejus.

---

*In Vigil. unius Sacerdotis vel Confessoris.*

*Ad Vesper.*

℟. Justus germinabit.

*In Euang.*

*Ant.* Sacerdos & Pontifex.

*Ad Invit.*

Regem Confessorum Dominum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Beatus vir &c.
*Ant.* Beatus iste Sanctus &c.
*Ant.* Tu es gloria mea, tu es susceptor meus Domine, & tu exaltans caput meum; & exandisti me de monte sancto tuo.
*Ant.* Invocantem &c.
*Ant.* Lætentur &c.
*Ant.* Domine Dominus noster &c.
℟. Euge serve bone &c.
℟. Ecce Sacerdos &c.
℟. Juravit Dominus &c.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Domine, iste Sanctus &c.
*Ant.* Vitam &c.
*Ant.* Hic accipiet &c.
*Ant.* Iste pauper.
*Ant.* Beatus quem elegisti.
*Ant.* Justus ut palma.
℟. Posui adiutorium.
[a] ℟. Iste est qui &c.
℟. Amavit.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Beatus ille servus &c.
℟. Iste homo ab adolescentia partem meruit infirmos curare; dedit illi Dominus claritatem magnam, cæcos illuminare, & dæmones effugare. ℣. Ecce verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Dedit.
℟. Famulo meo. ℣. Inimicos ejus.
℟. Cibavit illum. ℣. In medio Ecclesiæ. [ *Require pag.* 192 ]
℟. Inveni David &c.
[b] ℟. Iste homo perfecit &c.
℟. Dominus qui elegit te, ipse te coronavit corona justitiæ; via enim Domini, recta facta est coram te.
℣. Via

a. Amal. cap. 18. b. Amal. ibidem.

℣. Via Juſtorum recta facta eſt, & iter Sanctorum præparatum eſt. Via.

℟. Vere famulus (A) Dei, in quo dolus non eſt inventus; qui dum eſſet Summus Pontifex, terrena non metuit, ſed cæleſtia deſiderans; ideo ue in ſtadio poſitus, Domini Jeſu Chriſti confeſſor effectus eſt.

℣. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus ſuis placuit Deo, & inventus eſt juſtus. Domini.

℟. Elegit te Dominus &c.

℣. Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes & holocauſta. Ad ſacrificandum.

*Ad Matut.*

*Ant.* Ecce Sacerdos &c.

*Ant.* Non eſt inventus &c.

*Ant.* Ideo &c.

*Ant.* Benedictionem omnium gentium dedit illi, & teſtamentum ſuum confirmavit ſuper caput ejus.

*Ant.* Statuit illi teſtamentum ſempiternum, & dedit illi Sacerdotium magnum.

*In Euang.*

*Ant.* Qui dum eſſet Summus &c.

*Ant.* Similabo eum &c.

*Item ad Matut.*

*Ant.* Domine quinque &c.

*Ant.* Quinque mihi, Domine, talenta tradidiſti &c.

*Ant.* Euge ſerve bone.

*Ant.* Serve bone.

*Ant.* Fidelis ſervus.

*In Euang.*

*Ant.* Euge ſerve bone &c.

*Ad Veſper.* Nat. unius Sacerdotis vel Confeſſoris.

*Ant.* Juravit Dominus.

*Ant.* In conſilio Juſtorum.

*Ant.* Confeſſio.

*Ant.* Dirupiſti Domine.

*Ant.* Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua.

*Ant.* Dominus qui elegit.

*In Euang.*

*Ant.* Serve bone & fidelis, quia.

*Ant.* Homo iſte fecit mirabilia in vita ſua; & probatus, perfectus inventus eſt in gloria æterna.

*Ant.* O quam venerandus es egregie Confeſſor Chriſti! qui terrena contempſiſti, & cæli januas exultans petiſti; modo victor fulges in virtute cæleſti; ideoque ſupplices exoramus, ut intercedas pro nobis ad Dominum Jeſum Chriſtum.

*Item ad Matut. Laudes.*

*Ant.* Iſti ſunt Sancti viri.

*Ant.* Sapientia Sanctorum.

*Ant.* Corpora Sanctorum:

*Ant.* Sacerdotes Dei.

*Ant.* Exultabunt Sancti.

*In Euang.*

*Ant.* Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, dicit Dominus.

*Verſus unde ſupra.*

℣. Gloria & honore.

℣. Poſuiſti Domine.

℣. Magna eſt gloria ejus.

℣. Juſtum deduxit Dominus.

℣. Juſtus ut palma.

℣. Ecce Sacerdos magnus.

*In*

(A) ℟. *Vere famulus &c.* Hoc ℟. in Natalitiis Summorum Pontificum cantari conſueviſſe Amalarius cap. 28 teſtatur: in eo ℟. Metenſe Antiphonarium habebat, *In ſtadio poſitus*; Romanum vero, *In oratione poſitus*: noſtrum Exemplar ſecutum eſt Metenſe, ideo *In ſtadio* habet: cæterum initium hujus ℟. hoc modo profert Amalarius: *Hic eſt vere famulus Dei*.

ata I. Virginum.

*In Natali SS. Virginum.*

*Ad Veſper.*

℟. Diffuſa eſt.

*In Euang.*

*Ant.* Virgo glorioſa ſemper. [ *Req. hanc Ant. & alia quæ hic ſequuntur, in Natalitiis SS. Cæciliæ, Agnetis, Agathæ, & feſtis S. Mariæ.* ]

*Invitat.*

*Ant.* Regem Virginum Dominum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Induit me Dominus. *Pſalm.* Beatus vir.

*Ant.* Dexteram meam. *Pſal.* Quare fremuerunt.

*Ant.* Poſuit ſignum. *Pſal.* Domine quid multiplicati.

*Ant.* Mel & lac ex ejus. *Pſal.* Cum invocarem.

*Ant.* Ipſi ſoli. *Pſal.* Verba mea.

*Ant.* Cujus pulchritudinem. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

℟. Hæc eſt Virgo ſapiens *&c.*

℟. Amo Chriſtum. ℣. Mel & lac.

℟. Dexteram meam. ℣. Induit me Dominus.

℟. Ipſi ſum deſponſata. ℣. Propter veritatem.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Chriſtus circumdedit me. *Pſ.* In Domino confido.

*Ant.* Ipſi ſum deſponſata. *Pſ.* Domine quis habitabit.

*Ant.* Jam corpus. *Pſalm.* Domine in virtute.

*Ant.* Specie tua. *Pſalm.* Eructavit.

*Ant.* Adjuvabit eam. *Pſalm.* Deus noſter.

*Ant.* Mens mea. *Pſalm.* Fundamenta.

℟. Veni electa mea. ℣. Specie tua.

℟. Induit me Dominus. ℣. Induit me.

℟. Jam corpus ejus. ℣. Ipſi ſum deſponſata.

℟. Mel & lac. ℣. Cujus pulchritudinem.

*Super III Cant.*

*Ant.* Veni ſponſa Chriſti *&c.*

℟. Veni ſponſa Chriſti *&c.*

℟. Pulchra facie. ℣. Specie tua.

℟. Virgo glorioſa. ℣. Aſtitit regina.

℟. Diffuſa eſt gratia. ℣. Specie tua.

℟. Concupivit Rex ſpeciem tuam; quia ipſe eſt Deus tuus, & adorabunt eum.

℣. Specie tua *&c.* Quia.

℟. Propter veritatem *&c.*

℣. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem; propterea unxit te Deus Deus tuus. Et de.

℟. Dilexiſti juſtitiam *&c.* ℣. Specie tua *&c.*

℟. Specie tua *&c.*

*In Matut. Laudib.*

*Ant.* Hæc eſt virgo.

*Ant.* Hæc eſt virgo.

*Ant.* Inventa bona *&c.*

*Ant.* Media nocte *&c.*

*Ant.* Tunc ſurrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades ſuas.

*In Euang.*

*Ant.* Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus; media autem nocte clamor factus eſt, Ecce, Sponſus venit, exite obviam Chriſto Domino.

*Ant.* Veni electa.

*Ant.* Prudentes virgines *&c.*

*Ant.* Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.

*Ant.* Veni ſponſa.

*Item*

*Item in Matut. Laud.*

*Ant.* Vidi ſpecioſam ſicut columbam, & circumdabant eam flores roſarum & lilia convallium.

*Ant.* Veni electa mea.

*Ant.* Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem, in cubilibus, & in hortis aromatum.

*Ant.* Ornatam in monilibus filiam Hieruſalem, Dominus concupivit.

*Ant.* Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.

*In Euang.*

*Ant.* Filiæ regum in honore tuo, aſtitit regina a dextris tuis, in veſtitu deaurato, circumamicta varietate.

*Ad Curſus.*

*Ant.* Chriſtus circumd.

*Ant.* Ipſi ſum deſponſata.

*Ant.* Annulo ſuo.

*Ant.* Ego Chriſtum conf.

*Ad Veſper.*

*Ant.* Vidi ſpecioſam, *cum reliquis*.

℟. Pulchra facie.

*In Euang.*

*Ant.* Simile eſt &c.

*Ant.* Simile eſt regnum cælorum decem virginibus, quæ accipientes lampades ſuas, exierunt obviam ſponſo & ſponſæ; quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. alleluja, alleluja, alleluja.

*Verſus unde ſupra.*

℣. Diffuſa eſt.

℣. Specie tua.

℣. Dilexiſti juſtitiam.

℣. Adjuvabit eam.

RESPONS. ET ANTIPH.

℣. Audi filia. Natal. Virginum.

*Item in Euang.*

*Ant.* Simile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſciu.n congreganti; quam, cum impleta eſſet, educentes, & ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.

℟. Simile eſt regnum &c.

℣. Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus.

℟. Quinque prudentes acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus; media autem nocte clamor factus eſt: Ecce, Sponſus venit, exite obviam Chriſto Domino.

℣. Audi filia, & inclina aurem tuam, quia concupivit Rex ſpeciem tuam. Media.

℟. Audivi vocem de cælo venientem. Occurrite omnes virgines ſapientes, oleum recondite in vaſis veſtris, dum Sponſus advenerit.

℣. Media autem nocte clamor factus eſt. Ecce Sponſus venit, exite obviam ei.

---

*Reſponſoria* (1) *de Libro Regum.*

℟. Deus omnium exauditor &c.

℟. Dominus qui eripuit me &c.

℟. Montes Gelboe &c.

℟. Ego te tuli de domo &c.

℣. Uſque in æternum præparabo ſemen tuum, & ædificabo in generationem & generationem Sedem tuam. Firm.



(1) *Eodem hoc ordine abſolutis Officiis de Communi Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, atque Virginum, diſponuntur in Compendienſis Mſ. Antiph. Reſponſoria de Libro Regum, ut & deinde de aliis Libris veteris Teſtamenti, quæ diverſis anni temporibus olim canebantur ſicut & nunc temporis moris eſt. In Antiphonario Baſilicæ Vaticanæ ponuntur ſuis locis reſpondentibus illis temporibus in quibus uſurpari conſueverant: hic ordo Monachorum arbitratu fortaſſe mutatus eſt. Conferantur quæ ad hæc reſcripſit Amal. cap. 70. Ceterum de his Reſponſoriis vide & ea quæ ex Amalario adnotavit noſter Thomaſius ſupra ad pag. 115, & in aliis deinde inſequentibus locis Antiph. Baſilicæ Vaticanæ.*

Hiſtoria de Lib. Regum.

℟. Exaudiſti Domine &c.
℣. Qui regis Iſrahel, intende, qui deducis velut ovem, Joſeph. Bened.
℟. Domine, ſi converſus &c. ℣. Qui regis &c. [*ut ſupra.*]
℟. Audi Domine ymnum &c.
℟. Peccavi ſuper &c.
℟. Recordare Domine &c.
℣. Quieſcat, Domine, ira tua a populo tuo & a Civitate ſancta tua. Ut ñ.
℟. Præparate corda &c.
℣. Auferte deos alienos de medio veſtri. Et lib.
℟. Factum eſt, dum tolleret Dominus Heliam per turbinem in cælum, Heliſæus clamabat, dicens: Pater mi, pater mi, currus Iſrahel, & auriga ejus.
℣. Oro, Domine, ut fiat ſpiritus tuus duplex in me; at ille: Si videris quando tollar a te, erit quod petiſti. Pater.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Cognoverunt omnes &c.
*Ant.* Loquere Domine, quia audit ſervus tuus.
*Ant.* Obſecro Domine &c.
*Ant.* Prævaluit David &c.
*Ant.* Nonne iſte eſt David, de quo canebant in choro, dicentes: Percuſſit Saul mille, & David decem millia in millibus ſuis?
*Ant.* Iratus rex Saul, dixit: Mihi dederunt mille, & filio Iſai dederunt decem millia.
*Ant.* Quis enim in omnibus ſicut David fidelis inventus eſt in regno tuo, egrediens & regrediens, & pergens ad imperium regis?
*Ant.* Dixitque David ad Dominum, cum vidiſſet Angelum cædentem populum: Ego ſum qui peccavi, ego inique egi; iſti, qui oves ſunt, quid fecerunt?
*Ant.* Clamabat Heliſæus ad Heliam: Pater mi, pater mi, currus Iſrahel, & auriga ejus.
*Ant.* Unxerunt Salomonem &c.
*Ant.* In excelſis tuis occiſus es; doleo ſuper te frater mi Jonatha, decore nimis.
*Ant.* Rex autem David operto capite incedens, lugebat filium ſuum Abſalon. Fili mi, fili mi Abſalon! quis mihi det ut ego moriar pro te, fili mi Abſalon?

---

*Reſponſoria de Libro Sapientiæ.*

℟. In principio Deus &c.
℣. Ego in altiſſimis habito, & thronus meus in columna nubis. Ante.
℟. Emitte Domine &c.
℟. Da mihi Domine &c.
℣. Domine pater & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu maligno. Quon.
℟. Domine pater & Deus &c.
℣. Da mihi Domine ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiam. Et animo.
℟. Gyrum cæli &c.
℟. Initium ſapientiæ &c.
℣. Diſperſit dedit pauperibus. Laudatio.
℟. Verbum iniquum &c.
℣. Ne forte ſatiatus evomam illud, & perjurem nomen Dei mei. Sed.
℟. Magna enim ſunt &c.
℣. Deduxiſti ſicut oves populum tuum in manu Moyſi & Aaron. Magn.
℟. Ne derelinquas &c.
℟. Quæ ſunt &c.
℣. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.
℟. Præbe fili &c.

℟. Fili

(1) *Vide ſupra ad pag. 118.*

℟. Fili mi noli deficere a diſciplina Domini, & ne fatigeris dum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus, corripit, & quaſi pater in filio[a] comae ii. ℣. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Quem.

℟. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut multiplicentur tibi anni vitæ tuæ.
℣. Honora Dominum de ſubſtantia tua, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. Ut.

℟. Averſio parvulorum interficiet eos, & proſperitas ſtultorum perdet illos; qui autem me audierit, abſque terrore conquieſcet.
℣. O viri! ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Qui autem.

℟. Super ſalutem & omnem pulchritudinem dilexi ſapientiam, & propoſui, pro luce habere illam; venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.
℣. Dixi Sapientiæ: Soror mea es, & Prudentiam, vocavi amicam meam. Ve.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Sapientia ædificavit *&c.*
*Ant.* Ego in altiſſimis *&c.*
*Ant.* Omnis ſapientia *&c.*
*Ant.* Sapientia clamitat *&c.*
*Ant.* Sicut malum inter ligna ſilvarum, ſic Dilectus meus inter filios, aeuia.

*Ant.* Præbe fili cor tuum mihi; oculi tui videant æquitatem, ut addatur gratia capiti tuo.

*Ant.* Magna enim ſunt judicia tua, Domine, & inenarrabilia verba tua; magnificaſti populum tuum & honoraſti.

*Ant.* Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret a principio; necdum erant abyſſi, & ego parturiebar; quando præparabat cælos, aderam cum eo componens omnia. Hiſtoriæ de Lib. Sapientiæ. [1]

a. complacet ſibi.

(1) *Conſule ſuperiorem pag.* 136.

*Reſponſoria de Job.* [1]

℟. Si bona *&c.*
℣. In omnibus his non peccavit Job labiis ſuis, neque ſtultum quid contra Deum locutus eſt. D.

℟. Antequam comedam *&c.*
℣. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat; æquitatem proponat contra me. Et ven.

℟. Utinam appenderentur *&c.*
℟. Quare detraxiſtis *&c.*
℣. Militia eſt vita hominis ſuper terram; & ſicut dies mercenarii, dies ejus. Ve.

℟. Induta eſt caro mea *&c.*
℟. Memento mei Deus, quia ventus eſt vita mea; nec aſpiciat me viſus hominis.
℣. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Nec.

℟. Nunquid Dominus ſupplantat *&c.*
℟. Paucitas dierum *&c.*
℣. Ecce in pulvere ſedeo, & in pulvere dormio; & ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam. Ante.

℟. Ne abſcondas me Domine *&c*
℣. Voca me, & reſpondebo tibi; aut certe loquar, & tu reſponde mihi. Et form.

℟. Quis mihi tribuat *&c.*
℟. Nocte os meum *&c.*

Hiſtoriæ de Lib. Job.

℟. Scio Domine quia morti me traditurus es, ubi conſtituta eſt omnis domus viventium: ſpero in te Domine, quia non ad conſumptionem meam emittis manum tuam; & ſi in profundum inferni demerſus fuero, inde me liberabis.

℣. Si aſcendero in cælum, tu illic es; & ſi deſcendero in infernum, ades. Inde.

℟. Adeſto dolori meo Deus, nimium fatigor, & cecidit in luctum cithara mea, & cantatio mea in ploratione.

℣. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in ſilentium. Et cantatio.

℟. Verſa eſt &c.

℣. O cuſtos hominum, quare me poſuiſti contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi gravis? Parce.

℟. Nonne cognoſcet Deus vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? quod ſi ambulavi in vanitate, aut feſtinavit in dolo pes meus, appendat me in ſtatera juſta, & probet Deus innocentiam meam.

℣. Quis* deus ut veniat petitio mea, & quod expecto tribuat mihi Deus. Appendat.

℟. Deſiderium meum Omnipotens audi, & tribue mihi adjutorem, qui æquitatem proponat contra me, ut perveniat ad victoriam judicium meum.

℣. Nolo multa. Ut perveniat.

℟. Inclinans faciem meam, ingemiſcam commovebor omnibus membris meis; ſcio enim Domine, quia impunitum me non dimittis; & ſi ſum impius, quare non ſum mortuus, ſed laboro?

℣. Quæ eſt enim fortitudo mea, ut ſuſtineam? aut quis finis meus ut patienter agam? Et ſi ſum.

℟. Qui conſolabatur me, receſſit a me; quæro quod volui, & non inveni; offundent oculi mei lachrimas, quia repletus ſum amaritudine.

℣. Fletum deduxerunt oculi mei, & palpebras meas cooperuit umbra mortis. Quia.

℟. Auditu auris audivi te Domine, nunc autem oculus meus videt; idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.

℣. Unum locutus ſum (quod utinam non dixiſſem) quibus ultra unum non addam, ſed ponam digitum ori meo. Et ago.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Cum audiſſet &c.

*Ant.* Quantas habeo iniquitates & peccata, reſponde mihi; cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tibi?

*Ant.* In omnibus his &c.

*Ant.* Cives mei vermes ſunt, cutis mea aruit, devorata caro, os meum putruit nimis; datus ſum in obprobrium Mundo, & jam non cognoſcor ab amicis meis.

*Ant.* Auditu auris &c. [*ut ſupra in* ℟. *uſque ad* ℣.]

---

*Reſponſoria de Tobia.*[1]

℟. Peto Domine ut &c.

℣. Qui regis Iſrahel, intende, qui deducis velut ovem Joſeph. Ne re.

℟. Omni tempore &c.

℣. Memor eſto fili, quoniam pauperem vitam gerimus; habebis multa bona, ſi timueris Deum. Et omni.

℟. Me-

*a.* det.

(1) *De his Reſponſoriis egit Thomaſius ſuperiori pag.* 119.

℟. Memor eſto fili &c.
℣. Fiducia magna erit coram ſummo Deo eleemoſyna, omnibus qui faciunt eam. Habebis.
℟. Sufficiebat nobis &c.
℟. Benedicite &c.
℟. Tempus eſt ut revertar ad eum qui me miſit; vos autem benedicite Deum. Quia.
℟. Tempus eſt &c.
℣. Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viventibus confitemini ei. Et enarr.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Ne reminiſcaris &c.
*Ant.* Omni tempore &c. [*ut ſupra in* ℟. *uſque ad* ℣.]
*Ant.* Memor eſto fili &c. [*ut ſupra in* ℟. *uſque ad* ℣.]

---

*Reſponſoria de Judith.*[1]

℟. Adonay Domine &c.
℣. Qui regis Iſrahel. Exaudi.
℟. Tribulationes &c.
℟. Benedixit te Dominus &c.
℟. Recordare mei Domine omni potentatui dominans; da ſermonem rectum & bene ſonantem in os meum, ut placeant verba mea in conſpectu Principis: everte cor ejus in odium repugnantium nobis, & in eos qui conſentiunt eis; nos autem libera in manu tua Deus noſter in æternum.
℣. Qui regis Iſrahel &c. Nos.
℟. Nos alium Deum &c.
℟. Dominator Domine &c.
℟. Domine Deus qui &c.
℣. Diſrumpe vincula populi tui Deus noſter, & diſperde omnia mala quæ venerunt ſuper nos. Et.

Hiſtoriæ de Tobia, Judith, & Heſter.

℟. Vos qui in turribus &c.
℟. Laudate Dominum &c.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Adonay Domine &c.

---

*Reſponſoria de Heſter.*

℟. Domine Rex omnipotens &c.
℟. Conforta me &c.
℣. Da nobis Domine locum pœnitentiæ, & ne claudas ora canentium te [a] oie. Et.
℟. Spem in alio &c.
℟. Miſerere Domine populo tuo, quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere de terra; ne deſpicias partem tuam quam redemiſti ex Ægypto; ſed converte luctum noſtrum in gaudium, ut viventes laudemus te Domine.
℣. Da nobis Domine locum pœnitentiæ &c. [*ut ſupra.*]
℟. Da nobis Domine locum pœnitentiæ &c. [*ut ſupra.*]
℣. Qui regis Iſrahel, intende. Et ne.
℟. Memento (A) mei &c.
℣. Memento verbi tui ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. In domo.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Domine Rex omnipotens &c.

---

*Reſponſoria de Hiſtoria Machabæorum.*[2]

℟. Adaperiat &c.

℟. Tua

a. Domine.

(A) ℟. *Memento &c.* Hoc ℟. Eſdræ poſt ℟℟. de Eſther locum habuiſſe in antiquis Antiphonariis indicat Amalarius cap. 74: retinet in noſtro Codice antiquum locum.[3]

(1) *Vide Thomaſium loco mox citato.*
(2) *Confer ſupra pag.* 141.
(3) *Et in Compend. Mſ. Antiph. præſens* ℟. *eumdem hunc locum retinet.*

Hiſtoriæ Machabæorum.

℟. Tua eſt potentia &c.
℟. Refulſit Sol &c.
℟. Impetum &c.
℟. Ornaverunt &c.
℟. In ymnis &c.
℟. Congregati ſunt &c.
℟. Dixit Judas &c.
℣. Et nunc clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri Deus noſter. Sicut.
℟. Hic eſt fratrum amator &c.
℣. Ecce, quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum! Hic.
℟. Exaudiat Dominus &c.
℣. Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis, & faciat pacem. Dominus.
℟. Congregatæ ſunt &c.
℣. Qui regis Iſrahel, intende. Domine.
℟. Tu Domine univerſorum, qui nullam habes indigentiam, voluiſti Templum tuum fieri in nobis; conſerva Domum iſtam immaculatam & in æternum, Domine.
℣. Qui regis Iſrahel, intende. Con.
℟. Diſrumpam (A) vincula populi mei, dicit Dominus, & diſperdam omnia mala quæ induxi ſuper eum, & auferam univerſum laborem a facie terræ & a Civitate iſta.
℣. Refulſit Sol in clypeos aureos, & reſplenduerunt montes ab eis. Et auf.
℟. Aperi cælos tuos Domine, & vide afflictionem noſtram; circumdederunt nos gentes ad puniendum nos. Sed tu Domine extende brachium tuum, & libera animas noſtras.
℣. Qui regis Iſrahel, intende. Sed.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Adaperiat &c.

*Ant.* Da pacem Domine in diebus noſtris; quia non eſt alius qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.

*Ant.* Extende Domine brachium tuum, & libera animas noſtras, ne pereamus.

*Ant.* Libera nos Deus noſter in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo.

---

*Reſponſoria de Prophetis.*[1]

℟. Vidi Dominum &c.
℟. Aſpice &c.
℟. Aſpice &c.
℟. Super muros &c.
℣. Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei. Tota.
℟. Muro tuo &c.
℟. Suſtinuimus &c.
℟. Miſit Dominus &c.
℟. Anguſtiæ &c.
℟. Laudabilis populus &c.
℟. Genti peccatrici &c.
℟. Redemit Dominus populum &c.
℣. A fructu frumenti, vini & olei ſui multiplicati ſunt. Et ultra.
℟. A ſa-

(A) ℟. *Diſrumpam &c.* Vetuſta exemplaria exhibebant hoc ℟. inter alia de Machabæis, quibus noſtrum Apographum conſentit. Amalar. in ſuo Antiphonario alibi collocavit: idem capp. 75 & 77.[2]

(1) *Vide ſupra pag.* 144.

(2) *Amal. cap.* 75 *habet*: Reſponſorium [ Diſrumpam vincula populi mei ] non reperi in libro Machabæorum: ideo poſui illum inter reſponſorios de quacumque tribulatione ſit neceſſe clamare. *Et cap.* 77, Inveni quoſdam reſponſorios diſperſe poſitos per diverſa officia nocturnalia, qui non conveniebant cum ceteris; quales ſunt ( Diſrumpam vincula populi mei ) quem inveni inter reſponſorios de Machabæis &c. *Amalarii ſententiam hoc loco ſequutus eſt & ille, qui Antiphonarium Mſ. Codicis Compendienſis ordinavit.*

℟. A facie &c.

℣. Converte nos Deus Salutaris noſter, & averte iram tuam a nobis. Et ne.

℟. Fluctus tui ſuper me tranſierunt, & ego dixi: Expulſus ſum ab oculis tuis; putas videbo Templum ſanctum tuum?

℣. Abyſſus vallavit me, & pelagus cooperuit caput meum. Putas.

℟. Indicabo tibi &c.

℟. Qui cælorum &c.

℣. Qui regis Iſrahel, intende. Exaudi.

℣. Non in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi.

℟. Civitatem iſtam &c.

℣. Avertatur &c. *Item* ℣. Qui regis Iſrahel, intende. Exaudi.

℟. Præcipita Domine omnes operarios iniquitatis, & divide linguas eorum; quoniam vidi iniquitatem & contradictionem adverſus ſanctam civitatem tuam Hieruſalem: muro tuo inexpugnabili circumcinge nos Domine Deus noſter.

℣. Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum invocatum eſt ſuper nos; ne derelinquas nos. Muro.

*Antiphonæ unde ſupra.*

*Ant.* Vidi Dominum &c.

*Ant.* Super muros &c.

*Ant.* Qui cælorum &c.

*Ant.* Suſtinuimus &c. [ *ut in* ℟. *uſque ad* ℣. ] non in æternum iraſcaris nobis Deus Iſrahel.

---

*Antiphonæ* (A) *ad Ymnum trium Puerorum.*

*Ant.* Tres in fornace ignis deambulabant, & collaudabant Dominum Regem, canentes ex uno ore ymnum dicebant: Benedictus es Deus. alleluja. Ant. de Hymno trium Puerorum.

*Ant.* Video virum ſimilem Filio Dei, confortantem Pueros in camino ignis.

*Ant.* Laudemus viros glorioſos, qui vicerunt regna Mundi. alleluja.

*Ant.* Ymnum dicamus, alleluja, Domino Deo noſtro. alleluja.

*Ant.* Benedictus Dominus Sidrac, Miſac, Abdenago, qui eruit ſervos ſuos de camino ignis ardentis. alleluja.

*Ant.* Ambulabant in camino ignis Pueri tres, & in medio eorum Filius Dei; & ymnum dicebant Deo. alleluja.

*Ant.* In camino ignis Pueri tres uno ore collaudabant Deum. alleluja.

*Ant.* Caminus ardebat ſepties quam ſolebat, & pueri tui Domine in medio pſallebant. Ananias dicebat, Sanctus Deus. Azarias pſallebat, Sanctus Fortis. Miſahel voce magna clamabat, Sanctus & immortalis. alleluja.

*Ant.* Tres ex uno ore clamabant in camino ignis, & pſallebant. Benedictus Deus.

*Ant.* Ambulabant in camino ignis Pueri tres ( & inter illos Deus erat Rex ) & dicebant: Deum Regem habemus. alleluja.

*Ant.* Non ceſſabant miniſtri regis ſuccendere flammas ut ſanctos Dei Pueros comburerent: e cælo venit tanquam ſpiritus roris flantis, refrigerium præſtabat Sanctis. alleluja.

*Ant.* Tres video viros ambulantes per medium ignis; & aſpectus quarti, ſimilitudo eſt Filii Dei. alleluja.

*Ant.*

(A) *Antiphonæ ad hymnum trium puerorum &c.* Amalar. capp. 70. & 78.

Ant. de Cantico Zachariæ.

*Ant.* Tres Pueri in camino, Trinitatem figurantes, & ignis minus conculcantes, te laudantes, canebant. Benedictus es Deus patrum noſtrorum. alleluja.

*Ant.* Sidrac, Miſac, Abdenago quaſi ex uno ore ymnum dicebant Regi magno. alleluja.

*Ant.* Sidrac, Miſac, Abdenago magni ſervi Dei excelſi.

*Ant.* Tres pueri *&c.*

*Ant.* Laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula benedicite.

*Ant.* In camino ignis ardentis Pueri tres, & in medio eorum deambulabat Rex, una voce dicebant: Benedictus es Deus.

*Ant.* Ananias, Azarias, Miſahel Domino ymnum dicite in æternum.

---

*De Cantico [1] Zachariæ Prophetæ.*

*Ant.* Benedictus Deus Iſrahel.

*Ant.* Benedictus Dominus, quia viſitavit & liberavit nos.

*Ant.* Benedictus Dominus, quia viſitavit nos, & ab inimicis noſtris liberavit nos.

*Ant.* Viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

*Ant.* Viſita Domine plebem tuam, ſicut locutus es Deus Iſrahel.

*Ant.* Viſita & libera plebem tuam Domine.

*Ant.* Viſitavit nos Dominus, & illuminavit nos, & ab inimicis noſtris liberavit nos.

*Ant.* Erexit Dominus nobis cornu ſalutis in domo David pueri ſui.

*Ant.* Erexit Dominus nobis cornu (alleluja) in domo *&c.* (alleluja) ſicut locutus eſt. alleluja.

*Ant.* In domo David pueri ſui fecit redemptionem Dominus plebi ſuæ.

*Ant.* Memorare Domine teſtamenti ſancti tui, ſicut locutus es per os Sanctorum.

*Ant.* Salutem ex inimicis noſtris; de manu omnium qui nos oderunt, libera nos Domine.

*Ant.* De manu omnium qui nos oderunt, libera nos Domine.

*Ant.* Deus Iſrahel libera nos de manu omnium qui nos oderunt.

*Ant.* Ad faciendam nobis Domine miſericordiam, liberati ſerviamus Domino.

*Ant.* Jusjurandum quod juravit Dominus, daturum ſe nobis.

*Ant.* Liberati, ſerviamus Domino Deo noſtro in ſanctitate.

*Ant.* In ſanctitate ſerviamus Domino, & liberabit nos ab inimicis noſtris.

*Ant.* Cum juſtitia & ſanctitate ſerviamus Domino, & liberabit nos ab inimicis [a] oi.

*Ant.* Ad dandam ſcientiam plebi tuæ Domine, in remiſſionem peccatorum eorum.

*Ant.* Da ſcientiam plebi tuæ Domine in remiſſionem peccatorum eorum.

*Ant.* Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri viſitavit nos Oriens, ex alto.

*Ant.* Illuminare Domine his qui in tenebris ſedent, & dirige pedes noſtros in viam pacis Deus Iſrahel.

*Ant.* Illumina Domine ſedentes in tenebris & umbra mortis.

*Ant.*

a. noſtris.

(1) *Non Zachariæ illius qui inter minores Prophetas annumeratur, ſed patris Joannis Baptiſtæ, uti exipſis Antiphonarum verbis vel cœcutienti apertiſſime patet.*

*Ant.* Sedentes in tenebris & umbra mortis illumina Domine Deus Iſrahel.

*Ant.* Dirige pedes noſtros in viam pacis Deus Iſrahel.

*Ant.* In viam pacis dirige nos Domine.

---

*Ant. de Cantico S. Mariæ.*

*Ant.* Magnificat anima mea Dominum.

*Ant.* Magnificat anima mea Dominum, & ſanctum nomen ejus.

*Ant.* Magnificat anima mea Dominum.

*Ant.* Magnificat te ſemper anima mea, Deus meus.

*Ant.* Magnificamus te Domine, quia feciſti nobiſcum magnalia, ſicut locutus es.

*Ant.* Magnificemus Chriſtum Regem Dominum, qui ſuperbos humiliat, & exaltat humiles.

*Ant.* Exultat ſpiritus tuus in Domino Deo Salutari meo.

*Ant.* In Deo Salutari meo exultavit ſpiritus meus.

*Ant.* Quia reſpexit Deus humilitatem meam, beatam me dicent omnes generationes.

*Ant.* Reſpexiſti humilitatem meam Domine Deus meus.

*Ant.* Reſpexit Dominus humilitatem meam, & fecit in me magna qui potens eſt.

*Ant.* Quia fecit mihi Dominus magna, quia potens eſt, & ſanctum nomen ejus.

*Ant.* Fecit mihi Deus magna, quia potens eſt. Antiph. de Cantico S. Mariæ.

*Ant.* Sanctum eſt nomen tuum Domine a progenie in progenies.

*Ant.* Miſericordia Dei & ſanctum nomen ejus ſuper timentes eum.

*Ant.* A progenie in progenies miſericordia Domini ſuper timentes eum.

*Ant.* Fecit Dominus potentiam in brachio ſuo, & exaltavit humiles.

*Ant.* Fac Deus potentiam in brachio tuo, & exalta humiles.

*Ant.* Depoſuit potentes, Sanctos perſequentes, & exaltavit humiles, Chriſtum confitentes.

*Ant.* Exalta Domine humiles, ſicut locutus es.

*Ant.* Eſurientes replevit bonis Dominus, & potentes divites dimiſit inanes.

*Ant.* Suſcepit Iſrahel puerum ſuum, recordatus Dominus miſericordiæ ſuæ.

*Ant.* Suſcepit Deus Iſrahel puerum ſuum, ſicut locutus eſt ad Abraham & ſemen ejus; & exaltavit humiles uſque in ſæculum.

*Ant.* Sicut locutus es ad patres noſtros Domine, recordare miſericordiæ tuæ.

*Ant.* Ad patres noſtros Dominus locutus eſt a progenie in progenies.

*Ant.* Abraham & ſemen ejus uſque in ſæculum magnificat Dominum.

---

RESPONS. ET ANTIPH.

*Incipiunt* (A) *Ant. Dominicis diebus.*[1]

DOMINICA I

*Poſt Penteceſten.*

[*Ant.*] Deus charitas eſt, & qui manet



(A) *Ant. Dominicis diebus &c.* Antiphonas de Euangeliis excerptas Metenſes olim Can-

(1) *Et in Compend. Mſ. Antiphonario hæ Antiphonæ eodem hoc in loco occurrunt, atque inſcribuntur*: Incipiunt Antiph. per Dominicas ab Octava Penteceſten uſque ad Adventum Domini.

Antiph. in Domin. eis poſt Pentecoſten.

manet in charitate [a], & Deus in eo. aeuia.

*Ant.* Homo [1] quidem erat dives, & induebatur purpura & byſſo, & epulabatur cottidie ſplendide; & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de menſa divitis, & nemo illi dabat; ſed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. aeuia.

*Ant.* Factum eſt autem, ut moreretur mendicus & portaretur ab Angelis in ſinu Abrahæ.

*Ant.* Pater Abraham, miſerere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguam meam.

*Ant.* Fili, recordare quia recepiſti bona in vita tua, & Lazarus ſimiliter mala.

*Ant.* Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei (habeo enim quinque fratres) ut teſtetur illis; ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.

*Ant.* Dives ille guttam aquæ petiit, qui micas panis Lazaro negavit.

magnam, & vocavit multos; miſit ſervum ſuum hora cœnæ dicere Invitatis, ut venirent, quia omnia parata ſunt. aeuia.

*Ant.* Exi cito in plateas & vicos, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos compelle intrare, ut impleatur domus mea. aeuia.

*Ant.* Domine, factum eſt, ut imperaſti, & adhuc locus eſt.

---

DOMINICA III
*Poſt Pentecoſten.*

*Ant.* Fratres, exiſtimo enim, quod non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. aeuia.

*Ant.* Eſtote ergo miſericordes, quia & Pater veſter miſericors eſt. aeuia.

*Ant.* Nolite judicare, ut non judicemini; in quo enim judicio judicaveritis, judicabimini, dicit Dominus.

*Ant.* Ejice primum hypocrita trabem de oculo tuo, & tunc videbis ut educas feſtucam de oculo fratris tui. aeuia.

---

DOMINICA II
*Poſt Pentecoſten.*

*Ant.* Quidam homo fecit cœnam

DOMINICA III [2]
*Poſt Pentec.*

*Ant.* Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & ſi perdiderit unam ex illis,

a. in Deo manet.

Cantores aſſerebant a Romana Eccleſia accepiſſe per primos Magiſtros, qui melodiam cantus Romani docuerant infra terminos Francorum: at Romanæ Eccleſiæ Magiſtri ab Amalario interrogati, nequaquam ſe illas cantare reſponderunt: præſtat ipſum legere Amalarium cap. 68. In Vaticano Antiphonario nullæ ſunt hujuſmodi Antiphonæ.

(1) Homo quidem, *ita legitur in prima Thomaſii editione: apud Dionyſium a S. Martha habes*: Homo quidam &c.

(2) *Illic fortaſſe legendum eſſe videbitur*. Dom. IV poſt Pentec. *At opponitur Antiph. Cod. Compend. in quo eadem illa antiphona Dom. III poſt Pentecoſten aſſcribuntur: & indicium aliquod inibi invenitur quo ſuſpicetur, quæ antiphonæ in hoc noſtro Antiph. in priori Dom. III leguntur, eaſdem ad Dom. IV pertinuiſſe: hæc enim Dominica IV Cod. Compend. habet Antiph.* Eſtote ergo miſericordes. *At ſi noſter hic liber cum illo Mſ. Compend. conferatur, licet in multis eidem ſimilis exiſtat, ut majorem cum illo conſenſum ubique ſervet quam cum Antiph. Baſil. Vatic. tanta nihilominus deprehenditur rerum pertinacia atque varietas, ut ſuperior animadverſio, ejuſque generis alia omnes, tenuiſſima conjectura fines nulla egredi videantur.*

illis, nonne dimittit nonaginta novem in deſerto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inveniat illam? aeuia.

*Ant.* Quæ mulier habens dragmas decem, & perdiderit dragmam unam, nonne accendit lucernam, & evertit domum, & quærit diligenter, donec inveniat eam?

*Ant.* Congratulamini mihi quia inveni ovem meam quæ perierat, dicit [a] oiu.

*Ant.* Dico vobis, gaudium eſt Angelis Dei ſuper uno peccatore pœnitentiam agente.

---

DOMINICA V.

*Ant.* Aſcendens Jeſus in navem, & ſedens docebat turbas. aeuia.

*Ant.* Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus; in verbo autem tuo laxabo rete. aeuia.

*Ant.* Dixit autem Dominus Simoni: Noli timere, ex hoc enim homines eris capiens.

---

DOMINICA VI.

*Ant.* Audiſtis quia dictum eſt antiquis, Non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio.

*Ant.* Si offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adverſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo; & tunc veniens, offeres munus tuum. aeuia.

---

DOMINICA VII.

*Ant.* Miſereor ſuper turbam, quia jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent; & ſi dimiſero eos jejunos, deficient in via. aeuia. Antiph. in Domin eis poſt Pentecoſten.

*Ant.* Præcepit Jeſus turbæ diſcumbere ſuper terram, & accipiens ſeptem panes, gratias agens, fregit, & dabat Diſcipulis ſuis ut apponerent; & [b] appo.

*Ant.* Accipiens Dominus ſeptem panes, gratias agens, fregit, & dabat Diſcipulis ſuis; & appoſuerunt turbæ, & manducaverunt, & ſaturati ſunt. aeuia.

*Ant.* Erant autem qui manducaverant, quaſi quatuor millia, & dimiſit eos.

---

DOMINICA VIII.

*Ant.* Fratres, debitores ſumus non carni, ut ſecundum carnem vivamus.

*Ant.* Attendite a falſis prophetis, & qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces; a fructibus eorum cognoſcetis eos. aeuia.

*Ant.* Non poteſt arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.

*Ant.* Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in Regnum cælorum; ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. aeuia.

*Ant.* Si quis fecerit voluntatem Patris mei, ipſe intrabit in Regnum cælorum. aeuia.

---

DOMINICA IX.

*Ant.* Dixit dominus villico. Quid

a. Dominus. b. appoſuerunt.

Antiph. in Dominicis, poſt Pentecoſten.

hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ. aeuia.

*Ant.* Dixit autem villicus intra ſe. Quid faciam? quia dominus meus aufert a me villicationem; fodere non valeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos ſuas.

*Ant.* Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

---

DOMINICA X.

*Ant.* Cum appropinquaret Dominus Hieruſalem, videns civitatem, flevit ſuper illam, & dixit: Quia ſi cognoviſſes & tu, quia venient dies in te, & circumdabunt te undique, & ad terram proſternent te, eo quod non cognoviſti tempus viſitationis tuæ. aeuia.

*Ant.* Videns Dominus civitatem Hieruſalem, flevit ſuper illam, dicens, Quia ſi cognoviſſes quæ ad pacem tibi; nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.

*Ant.* Scriptum eſt enim. [ *Require pag.* 222. ]

*Ant.* Domus mea. [ *Require ibidem.* ]

---

DOMINICA XI.

*Ant.* Stans a longe publicanus, nolebat oculos ad cælum levare, ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus, propitius eſto mihi peccatori.

*Ant.* Duo homines aſcenderunt in Templum ut orarent, unus Phariſæus, & alter Publicanus. Phariſæus ſtans, hæc apud ſe orabat. Deus, gratias tibi ago, quia non ſum ſicut cæteri homines, raptores, injuſti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Publicanus autem ſtans, percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus, propitius eſto mihi peccatori.

*Ant.* Deus, propitius eſto mihi peccatori.

---

DOMINICA XII.

*Ant.* Dum tranſiret Dominus per medios fines Tyri, ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

*Ant.* Quanto eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

*Ant.* Bene omnia fecit; ſurdos fecit audire, & mutos loqui.

---

DOMINICA XIII.

*Ant.* Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones; qui etiam deſpoliaverunt eum, & plagis impoſitis, abierunt, ſemivivo relicto.

*Ant.* Samaritanus quidam iter faciens, & videns eum ſemivivum relictum, miſericordia motus eſt; & appropians, alligavit vulnera ejus, infundens oleum & vinum; duxit in ſtabulum, & curam ejus egit.

*Ant.* Quis tibi videtur proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? Et ait: Ille qui fecit miſericordiam in illum. Vade, & tu fac ſimiliter. aeuia.

---

DOMINICA XIV.

*Ant.* Dum intraſſet Jeſus in quoddam

dam caſtellum, occurrunt ei decem viri leproſi; qui ſteterunt a longe, & levaverunt vocem, dicentes: Jeſu Præceptor, miſerere noſtri.

*Ant.* Nonne decem mundati ſunt? & novem ubi ſunt? Non eſt inventus qui rediret & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Vade, quia fides tua te ſalvum fecit. aeuia.

---

*Sabbato Menſis VII.*
*XII Lect.*

*Ant.* Dixit autem dominus ad cultorem vineæ: Ecce, anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio; ſuccide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?

---

DOMINICA XV.

*Ant.* Nolite ſoliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus? aut, Quid bibemus? ſcit enim Pater veſter cæleſtis quid vobis neceſſe ſit. aeuia.

*Ant.* Reſpicite volatilia cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea; ſed Pater veſter cæleſtis paſcit illa; nonne vos magis pluris eſtis?

*Ant.* Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt; non laborant, neque nent; dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis.

*Ant.* Quærite primum Regnum Dei & juſtitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vobis. aeuia.

---

DOMINICA XVI.

*Ant.* Acceſſit Jeſus ad loculum, & ait adoleſcenti: Tibi dico, ſurge; & ſurrexit qui erat mortuus, & cœpit loqui. aeuia. Antiph. in Dominicis poſt Pentecoſten.

*Ant.* Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes, quia propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia Deus viſitavit plebem ſuam.

*Ant.* Propheta magnus ſurrexit in nobis, quia Deus viſitavit plebem ſuam.

---

DOMINICA XVII.

*Ant.* Cum intraret Jeſus in domum cujuſdam Principis Phariſæorum Sabbato, manducare panem, & ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum; ipſe autem apprehenſum ſanavit eum, ac dimiſit.

*Ant.* Cum vocatus fueris ad nuptias, recumbe in noviſſimo loco, & dicet tibi qui te invitavit: Amice aſcende ſuperius; & erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. aeuia.

*Ant.* Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; & qui ſe humiliat, exaltabitur.

---

DOMINICA XVIII.

*Ant.* Magiſter, quod eſt mandatum magnum in Lege? ait illi Jeſus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. aeuia.

*Ant.* Quid vobis videtur de Chriſto? cujus filius eſt? dicunt ei omnes: David. Dicit eis Jeſus: Quomodo David in ſpiritu vocat eum, Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede a dextris meis?

*Ant.* Omnes enim vos fratres eſtis, & pa-

Antiph. in Dominicis poſt Pentecoſten.

& patrem nolite vocare vobis ſuper terram; unus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt; nec vocemini magiſtri, quia Magiſter veſter unus eſt, Chriſtus.

FERIA IV.

*Ant.* Colligite primum zizania, & alligate ea faſciculis ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum, dicit Dominus.

---

DOMINICA XIX.

*Ant.* Dixit Dominus paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua; Vade in domum tuam, quia fides tua te ſalvum fecit. aeuia.

*Ant.* Cum vidiſſet Jeſus fidem illorum, dixit paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & p.

*Ant.* Tulit ergo lectum ſuum in quo jacebat, magnificans Deum, & omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

---

DOMINICA XX.

*Ant.* Dicite Invitatis: Ecce, prandium meum paravi; Venite ad nuptias, dicit Dominus.

*Ant.* Nuptiæ quidem paratæ ſunt, ſed qui invitati erant, non fuerunt digni: ite ad exitus viarum, & quoſcunque inveneritis, vocate ad nuptias, dicit Dominus.

---

DOMINICA XXI.

*Ant.* Erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum; hic, cum audiſſet quia Jeſus veniret in Galilæam, rogabat eum ut ſanaret filium ejus. Amen dico tibi, ego veniam.

*Ant.* Domine deſcende ut ſanes filium meum, priuſquam moriatur. Dicit ei Jeſus: Vade, filius tuus vivit. aeuia.

*Ant.* Cognovit autem pater quia illa hora erat in qua dixit Jeſus: Filius tuus vivit; & credidit ipſe & domus ejus tota.

---

DOMINICA XXII.

*Ant.* Dixit autem dominus ſervo: Redde quod debes. Procidens autem ſervus ille, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

*Ant.* Patientiam habe in me domine, peccavi, & omnia reddam tibi.

*Ant.* Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me; nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum? dicit Dominus.

---

DOMINICA XXIII.

*Ant.* Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces. aeuia.

*Ant.* Interrogatus a Judæis Dominus, Si licet cenſum dare Cæſari? reſpondit Jeſus, & dixit: Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. aeuia.

---

DOMINICA XXIV.

*Ant.* De quinque panibus & duobus piſcibus ſatiavit Dominus quinque millia hominum.

*Ant.* Satiavit Dominus quinque millia hominum de quinque panibus & duobus piſcibus.

*Ant.*

*Ant.* Cum ſublevaſſet oculos Jeſus, & vidiſſet magnam multitudinem venientium ad ſe, dicit ad Philippum: Unde ememus panes ut manducent hi? hoc autem dicebat tentans eum; ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus.

[ *In M.S. Antiphonario S. Gregorii hactenus exhibito hæc ante Titulum in principio leguntur.* ]

A . . . . . *Protus.*

NONANVOIAV.

Primum mandatum Amor Dei eſt.

*Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Sicut erat &c.*

*Ant.* Ecce nomen Domini.

*Ant.* Angelus Domini. [ *ita longo ordine Antiphonæ leguntur: ſunt tamen multa ſtudio eraſa.* ]

✠

*Sæculorum. Amen. b.*

*Ant.* Benedictus Dominus in æternum.

*Ant.* Benedictus Dominus Deus meus.

*Ant.* Benedixit filiis tuis.

*Autenticus Tetartus.*

NOEOFANE. II.

In Sepulchro quieſcit Chriſtus ſeptimo die.

*Gloria Patri &c.*

✠

(1) *Laudatus ſæpe Mſ. Compend. Antiph. hoc ſubjungit antiphonas Dominica XXV, & XXVI poſt Pentecoſten, & alia deinde nonnulla, quæ quilibet per ſe videre, ſi lubeat, poterit.*



# APPENDIX LIBRI

## RESPONSORIALIS ET ANTIPHONARII

Continens varia excerpta ex vetuſtis Codicibus ad Antiphonas, Reſponſoria, Eccleſiaſticoſque Curſus pertinentia.

---

## *Ex Codice M.S. Membranaceo in folio minori, Monaſterii S. Galli in Helvetiis.*

*Autenticus Protus.* (A)
NONANOFANE. (B)
Primum mandatum Amor Dei eſt.
RESPONS. ET ANTIPH.
*Gloria Patri & Filio &c.*
*Ant.* Ecce nomen Domini.
*Sæculorum. Amen.*



(A) *Authenticus Protus &c.* De Tonis Authenticis ac Plagialibus conſule Cardinalem Bonam de Pſalmodia cap. 17, §. 3, alioſque Scriptores de Muſica.

(B) *Nonanofanæ &c.* His literis ſignificantur (ni fallor) Notæ Muſicæ, per literas Alphabeti expreſſæ a Petro Eccleſiæ Romanæ Cantore tempore Adriani Papæ. Vide B. Notkeri Balbuli vitam in Actis Sanctorum die VI Aprilis, & Gloſſarium Caroli du Freſne verb. *Nota Muſica*.

*Ant.* Virgo Dei Genitrix.
*Sæculorum. Amen.*
[ *Ita per contextum ſemper alternæ Antiphonæ*, & Sæculorum. Amen. ]
*Plagis Proti.*
NOFAGIS.
Secundum eſt Amor proximi.
*Gloria Patri & Filio &c.*
*Ant.* Juſte & pie vivamus.
*Sæculorum. Amen.*
*Ant.* Conſolamini conſolamini.
*Autenticus Deuterus.*
NOFOEANE.
Die tertia gratiæ nobis Chriſtus natus eſt.
*Gloria Patri &c.*
[ *Ita Autenticus Tetartus & Plagis Tetarti, ut ſupra ſubalternant. Poſt hæc legitur.* ]
*Incipiunt Antiphonæ ad Invitatoria.*
Deum qui venturus eſt.
Rex noſter adveniet Chriſtus.
Ecce veniet Rex, occurramus.
Regem Prothomart. Stephani &c.
Venite exultemus &c.
[ *Poſt hæc Rubrica.* ]
*Incipiunt Reſponſoria & Antiphonæ per circulum anni.*
DOMINICA I
*De Adventu Domini.*
*Ad Veſper.*
℟. Audite verbum Domini gentes &c. [ *ut in ſuperiori libro. Hic liber habet* ℟℟. & *Ant. per totum annum.* ]

---

# *Ex Codice M.S. Membranaceo in 4. ejuſdem Monaſterii S. Galli in Helvetiis.*

Hoc quoque Gregorius, Patres de more ſecutus &c.
*Ad Veſperum.*
℟. Ecce dies venient, dicit Dominus &c. [ *alia ut ſupra pag.* 171. ]
*Reſponſoria.*
℟. Aſpiciens a longe &c. [ *quæ liber proſequitur uſque ad Sabbatum Sanctum incluſive. Inde ſequuntur* ℟℟. *de Communi Sanctorum.* ]



Digitized by Google

# *Ex vetuſtiſſimo* (A) *Codice M.S. Membranaceo Palatino ſignato num.*487 *in Bibliotheca Vaticana, in quo continentur vetuſtiores, germanioreſque libelli* [1] *Ordinis Romani.*

*De Officiis in noctibus ac* [a] *Cœna Domini uſque in Paſcha.*

*Igitur a Dominica, quam Sedes Apoſtolica* [2] *Mediana voluit nuncupari, uſum obſervantiæ credimus intimandum. Undè & ea, quæ ipſo die dicuntur, numerum dierum oſtendant, ut eſt illud*: Quartadecima die ad veſperum; *&* paulo poſt. Et in quintadecima Solemnitatem celebrabitis. *A quo die uſque in Vigilia ſanctæ Dominicæ Reſurrectionis in nullo Reſponſorio decantetur*, Gloria. *A Cœna vero Domini nec in Pſalmis, nec in nullo loco decantatur* Gloria *uſque in Paſcha.*

*Eadem vero nocte ſurgent ad Vigilias hora noctis* VIII, *& tunc Eccleſia ſit omne lumine decorata. Nec more ſolito*, Deus in adjutorium meum, *dicent, nec* Gloriam, *nec Invitatorium; ſed Cantor incipit in Pſalmis Antiphonam, ſicut in Antiphonario continetur. Sed in fine Nocturnæ Lector benedictionem non petit, nec Presbyter more ſolito benedictionem complet; & quando finit Lector, non dicit*, Tu autem Domine; *ſed ex verbis Lectionis jubetur facere finem. Lumen* (B) *autem Eccleſiæ ab initio cantus Nocturnæ inchoatur extingui; hoc tamen ordine, ut ab introitu ipſius Eccleſiæ incipit paulatim tutari; ut verbi gratia, peracto primo Nocturno, videa-*



a. a.

(A) *Ex vetuſtiſſimo Codice &c.* Ordo Romanus antiquitus non eo modo quo apud nos editus eſt, circumferebatur; diſcretis namque libellis continebatur, quibus potiora per annum explicabantur Officia; Amal. c. 52. Inveniuntur uno in Codice vetuſtiſſimo Palatino ſimul compacti Libelli præfati in Bibliotheca Vaticana; unde hæc quæ ad noſtrum facere videbantur inſtitutum, excerpſimus. Cæterum Ordo ille Romanus editus ab Hittorpio, farrago potius eſt diverſorum rituum ſecundum varias conſuetudines; itaut antiquiores, germanioreſque Romanos ritus in tanta varietate diſcernere ſine eorum libellorum ope pene ſit impoſſibile.

(B) *Lumen autem &c.* In Baſilica Lateranenſi, ubi Divinis aſſiſtebat Officiis Romanus Pontifex, ritus extinctionis luminum non ſervabatur. Amalar. cap. 44.

(1) *Ejus generis libelli memorantur ab Amalar. lib.* 1 *de Eccl. Offic. cap.* 20, *& de Ord. Antiph. cap.* 44 *vocanturque ab eodem* Ordines Romani. *Noſtrum hunc ex Palatino in Vatic. Biblioth. Mſ. poſt Thomaſii editionem recuſit ex eodem Vatic. Codice, atque ex altero Colbertino, & Cl. Mabillonius Tom.* II *Muſ. Italici pag.* 30 *& ſequentibus. Ex Mabillonii Muſeo una cum illius obſervationibus eundem Ordinem iterum dedit hiſce diebus Antonius Ludovicus Muratori ad calcem tom.* II, *pag.* 1003 *& ſequent. ſuæ Liturgiæ Romanæ veteris, Venetiis editæ hoc eodem anno* MDCCXLVIII, *in qua ex Mabillonio atque Ven. noſtro Thomaſio varia in unum, duobus voluminibus compegit.*

(2) Mediana *olim dicebatur ea Quadrageſima Dominica, qua nunc temporis* Dominica Paſſionis *nuncupatur. Vide Front. Kal. pag.* 159 *edit. Veronenſis.*

*videatur eorum pars tertia eſſe extincta ; medio Nocturno iterum tertia ; tertio vero expleto ( exceptis ſeptem lampadibus ) nihil lumen relinquunt ; quæ in Matutinis extinguuntur hoc ordine.* [1] *Initium Pſalmi primi ſit Cuſtos ſemper paratus in loco dextræ partis Eccleſiæ prope lampadibus, ut ubi audierit Antiphonam, teneus cannam in manu ſua, tutat lampada una : in finem vero Pſalmi ipſius tutat aliam partis ſiniſtræ ; in ſecundo Pſalmo, cum Antiphonam audierit, tutet dextra parte alia ; ſic una ex parte una, alia ex alia tutantur uſque* [2] *ad Euangelium. In Euangelio vero tutatur mediana lampada.* [3]

. . . . . .

*Feria V, veſpere nuda ſint Altaria uſque mane Sabbato ; & ipſa die ad Veſperum non cantatur Reſponſorium.*

*A Paſcha uſque in Octabas Domini ad omnes Curſus non cantatur Reſponſorium, nec Lectio recitatur ; ſed pro Verſu & Reſponſorio cantatur Reſponſorium Gradale,* Hæc dies quam fecit Dominus : *tantum* (A) *prima* [4]. *In Dominicum Paſchæ ſuper,* Venite, *dicis* (B) All. *ante* Præoccupemus faciem ejus, *& per omnes Pſalmos cantatur,* Allel. *In ſecunda Feria ad* Venite, *& per totam Ebdomadam dicunt Antiphonam,* Reſurrexit Dominus vere. alleluja.

*Ad Veſperos* (C) *die Paſchæ ſancto.*

*Convenientes Scholæ temporius cum Epiſcopis & Diaconibus in Eccleſia majore ad locum* [5] *Crucifixi, incipiunt* [6] Kyrie eleiſon,

(A) *Tantum prima*, hoc eſt prima vice dumtaxat ſine repetitione, & propterea ſine ℣. qui repetitionis cauſa addebatur Reſponſoriis. In libro de Divinis Officiis ſub nomine Alcuini clarius dicitur : *Ante Euangelium dicunt Reſponſorium Hæc dies, ſine Verſu.*

(B) *Alleluja ante Præoccupemus &c.* In edito Romano Ordine emendatius, *Alleluja de Antiphona Præoccupemus faciem Domini*, id eſt ſecundum Tonum Invitatoriæ Antiphonæ, quæ incipit *Præoccupemus* ; niſi velimus accipere hoc modo, dicendam ſcilicet eſſe Antiphonam *Præoccupemus &c.* præpoſito *Alleluja* ipſæmet Antiphonæ.

(C) *Ad Veſperas &c.* Vide Amalarium cap. 52, Ordinem Romanum editum, & lib. de Divinis Officiis ſub nomine Alcuini.

(1) *Mabillonius loc. cit. pag. 31 hoc habet* : Initio primi pſalmi &c. *quod aut ipſum editorem præſtitiſſe conſtat, ut veteris Librarii* τὸ σφάλμα *emendaret, & quidem non ſemel in præſentia, ſed ſæpe ac ſæpius ; aut quod Mſ. Colbertini dictionem præ illa Vaticani potius imitari eidem placuerit.*

(2) *Hoc eſt uſque ad Canticum* Benedictus, *quem canticum una cum illo B. Virg. Mariæ* Magnificat *Euangelium nuncupatum ab antiquis fuiſſe, noſtra hujus voluminis veterum Antiphonaria ubique teſtantur.*

(3) *Quæ ex eodem Ordine hoc & paullo inferius ante voces*, A Paſcha uſque in Octabas &c. *omittit Thomaſius, utpote quæ Miſſæ celebrationem in Feriis V, VI, & Sabbato majoris Hebdomadæ, aliaſque earumdem dierum proprios ritus reſpiciant, non vero Officium ſive Curſum nocturnum atque diurnum ; videantur apud Mabillonium loco non ſemel jam laudato.*

(4) *Apud Mabill. ibi legitur*, tantum ſemel.

(5) *Conſule qua de* loco Crucifixi *docuit Thomaſius ſuperiori pag. 95, not.* (A). *Ritum inibi memoratum apud ſuos adhuc ſervari monet Mabill. ad præſentem locum pag. 37, not. a.*

(6) *In vulgato Ordine Romano de hujus diei Curſu, & inſequentium uſque ad octavas Paſchæ, legitur* : Die ſancto Paſchæ conveniente Schola temporius cum Epiſcopis & Diaconibus ad Sanctum Joannem in Eccleſia majore ad locum Crucifixi, Incipiunt Kyrie eleiſon &c. *quod ſane contrarium Amalario videtur, qui lib. IV, cap. 23 ait* : habemus ſcriptum in Romano Ordine, ac non dicatur, Kyrie eleiſon, ſive Chriſte eleiſon ad ullum curſum in memoratis diebus, ( *illis nimirum de quibus agitur in præſentia* ) ſed ſine retractatione cantemus, Hæc dies &c. *Cetera de his Veſperis videndus idem Amalarius de Ord. Ant. cap. 52 : videndus & Antiphonarius Mſ. Compendienſis col. 784 & 785, quo integra hujuſce Romani Ordinis illa pars inſerta legitur, qua eaſdem Veſperas reſpicit, locumque rubrica cujuſdam tenet.*

eleiſon, & *veniunt uſque ad Altare. Aſcendentibus Diaconibus* (A) *in Pogium, Epiſcopi & Presbyteri ſtatuuntur in locis ſuis, & Schola ante Altare.*

*Finito* Kyrie eleiſon, *annuit Archidiaconus Primo Scholæ; & ille inclinans ſe illi,* [a] *incipiens* Alleluja *cum Pſalmo* Dixit Dominus Domino meo. *Poſt hunc annuit Secundo vel cui voluerit; ſed & omnibus incipientibus hoc modo præcipit; dicit igitur* Alleluja *cum Pſalmo CX.*

*Sequitur poſt hunc Primus Scholæ cum* [1] *Paraphoniſtis infantibus*, Alleluja. *Et* [2] *reſpondens Paraphoniſte, ſequitur Subdiaconus cum Infantibus*, Alleluja. Dominus regnavit, & *reliqua.* [ *Require ſupra pag.* 95. ] & *ſemper reſpondent Paraphoniſtæ, & adnuntiant verba Infantibus.* ℣. Parata ſedes tua Deus. [ *Require ibid.* ] *Item* ℣. Elevaverunt flumina Domine. [ *Require ibidem.* ] *Poſt hos Verſus ſalutat Primus Scholæ Archidiacono, & illo annuente, incipit*, Alleluja, *cum* [3] *melodiis cum Infantibus; qua expleta reſpondent Paraphoniſtæ* [4] *primam.*

*Poſt hanc incipit Tertius*, Alleluja *cum* [5] *Pſal. CXI. Hunc ſequitur*, Alleluja, Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. ℣. Epulemur in azymis [ſinceritatis & veritatis.]

*Hoc expleto, ordine quo ſupra, incipit Archidiaconus in Euangelio Antiphonam*, Scio quod Jeſum quæritis. [ *Require pag.* 95. ] *Poſt hanc dicit Sacerdos Orationem, & deſcendunt ad Fontes cum Antiphona*, In die Reſurrectionis meæ. [ *Require ibidem.* ] *Quam ut finierint, dicit Primus Scholæ*, Alleluja, *cum Pſalmo CXII. Sequitur*,

a. incipit.

(A) *Aſcendentibus Diaconibus in Pogium &c.* Pogium hoc loco ſumitur pro his marmoreis cancellis ſive tabulis, quibus Sanctuarium a Choro & Eccleſia diſcernitur; qui ita ſunt in antiquis Urbis Baſilicis conſtructi, ut ex illorum parte poſteriore gradus Sanctuarii ſive Presbyterii, ſenſim aſſurgant, ut qui in area ſunt ejuſdem Sanctuarii, & iiſdem pectore tenus inniti, & circumſpicere inde totum Eccleſiæ cœtum commode poſſint. Pectoralia vocarunt inferioris ætatis Scriptores, quæ melius *Meniana* appellarentur. Videtur is proprius Levitarum locus, qui (interdicto in Presbyterio ſibi conſeſſu juxta priſcos Canones) decenter hunc locum tenebant; ubi medii inter Pontificem una cum Presbyteris, ac Chorum Cantorum & Populum, illis quidem miniſtrare, his vero præeſſe tanquam Inſpectores ac Monitores facile poterant. Pontifex namque contra Altare in medio ſub Abſide ſedebat, Epiſcopis ad dexteram, Presbyteris ad ſiniſtram conſidentibus. Schola vero Cantorum, cæterique Subdiaconi ac Clerici minores ante Sanctuarium & Altare in Eccleſiæ ſinu, in Choro ſcilicet mœniato, conſiſtebant.

(1) Paraphoniſtæ, παραφώνισται, *iidem ac latine* Cantores.

(2) *Apud Mabill.* Et reſpondent paraphoniſtæ. *Antiph. Mſ. Compend.* Et reſpondeant paraphoniſtæ.

(3) *Mabill.* cum melodiis infantium: *Antiph. Compend. Mſ.* cum melodiis infantibus.

(4) *Mabill. ibi non habet* primam, *at ejus vocis loco ſcribit* ſemel: *& Antiph. Mſ. Compend. legit* primum.

(5) *Conſentit hoc loco Mabill. editio: at noſter Mſ. Cod. Palat. præfert*, cum Pſalmo C. X. *& Antiph. Compend. Mſ.* cum Pſal. Beatus vir.

*quitur*. Alleluja. [1] O Kyrius ebaſileoſen. [ euprepian enedyſato. enedyſato Kyrios dynamin, Kæ periezoſato. ] *Item Verſum*. [2] Kæ car iſtereoſen tin icumenin, itis u ſaleuthiſetæ. *Finito, ordine quo ſupra, poſt hanc ſequitur Diaconus Secundus in Euangelio Antiph.* Venite & videte locum, ubi poſitus erat Dominus. alleluja, alleluja. *Deinde Oratio*.

*Et tunc vadunt ad ſanctum Joh. ad Veſtem* (A) *canentes Antiphonam*. Lapidem quem reprobaverunt. [ *Req. infra pag. ſeq.* ] *deinde* Allel. *cum Pſal. CXIII.* ] *Req. pag.95.* ] *Deinde Primus Scholæ dicit cum Pueris*. Alleluja. Venite, exultemus Domino. [ jubilemus Deo Salutari noſtro.] ℣. Præoccupemus faciem ejus [ in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei. ] ℣. Hodie ſi vocem ejus [ audieritis, nolite obdurare corda veſtra. ] *Poſt hanc ſequitur Diaconus Antiph.* Cito euntes, dicite diſcipulis ejus. [ *Require pag.95.* ] *Deinde Orat. ſemper* [3] *abſque* Kyrie eleiſon.

*Et tunc vadunt* [4] *ad ſanctum Andream ad Crucem, canentes Antiph.* Vidi aquam egredientem de Templo a latere dextro, alleluja; & omnes ad quos pervenit aqua iſta, ſalvi facti ſunt, & dicent. Alleluja, alleluja. *Poſt hanc dicant*, Alleluia, [5] *cum Pſalmo CXIII.* [ *Require ubi ſup.* ] *Quo finito, Schola incipit*. Alleluja. Venite, exultemus Domino, & *reliqua ut ſupra*. *Poſt dic. Antiph.* Cito euntes. *deinde Oratio*.

*Deinde deſcendunt Primates Eccleſiæ ad accubita, invitante* [6] *Notario* [a] *Vicedomno*,

a. Vicedomni.

(A) *S. Joannem ad Veſtem*. In libro de Divinis Officiis ſub Alcuini nomine dicitur *Ad S. Joannem ad Fontes, ſeu ad Veſtem*. Extat nunc uſque Oratorium S. Joannis Baptiſtæ ad Fontes Lateranenſes a S. Hilaro Papa conſtructum: quod cur hic vocetur *ad Veſtem*, me fateor ignorare. [7]

(1) Ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν [ ἐνεπρέπετο ἐνεδύσατο. ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο. ]

(2) Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται.

(3) *Confer Amalarii locum a nobis relatum in ſuperiori nota 6, pag.308.*

(4) *Mabill. hæc ait*: Templum Sancti Andreæ proximum erat baſilicæ Vaticanæ, a Symmacho Papa conſtructum.

(5) *Mabillonii, & Dionyſii a S. Martha exemplaria ibi præ ſe ferunt*, cum Pſalmo CXIIII.

(6) *Et Mabillonius illic habet*: notario Vicedomnos; *ſed melius apud Maurin. PP. legitur*: notario Vicedomini; *conſtat enim notarios a Vicedominis diſtinctos fuiſſe. De Vicedominis inter cæteros videri merentur e recentioribus Thomaſſin. de veteri Eccleſ. Diſcipl. tom.I, lib.II, cap.98 & 99, atque tom.III, lib.II, cap.6 & cap.55, & alibi: Muratorius tom.V antiquit. Ital. pag.310: Georgius tom.I Liturg. Rom. Pont. pag.33 & ſequent. Du Cangius ad vocem* Vicedomini Eccleſiarum, *& Suicerus in voce* οἰκονόμος, *quam vocem a Græcis eo ſenſu uſurpatam facile erediderim, quo altera* Vicedomini *utebantur aliquando ſuperioris ævi Latini*.

(7) *Thomaſii animadverſioni in præſentia de ſua conjecturam addidit Mabillonius loco citato pag.38, qua ſuſpicatur Oratorium Sancti Joannis Baptiſtæ ad Fontes Lateranenſes dictum fuiſſe* S. Joannem ad Veſtem, *quod baptizandi veſtes ibi deponebant poſt baptiſmum eaſdem reſumturi: Hanc doctiſſimi viri opinionem ſequuntur Maurini Operum D. Greg. editores tom.III ad eumdem hunc præſentis Ordinis locum: at eodem Tom.III pag.370 in Obſervationibus Præviis ad Antiphonarium longe meliorem ſententiam, ſolidioremque proponunt hiſce verbis*. Lib.3 S. Gregorius jubet ad ſe tranſmitti tunicam S. Johannis, quæ penes quemdam Epiſcopum erat. Eam, ut optaverat, Romam delatam, & ſub altari S. Johannis in baſilica Conſtantiniana collocatam narrat Johannes Diaconus lib.3 vitæ ſancti Greg. cap.57, ac ſeq.. Quæ quidem veſtes, inquit Johannes, uſque hactenus tantis miraculis coruſcare probantur &c. Ab hac fortaſſe ſacra tunica, baſilica S. Johannis, in qua aſſervabatur, dicta eſt; S. Johannes ad Veſtem. *Quam veriſimilis ſit hæc interpretatio nullus non videt*.

*cedomno, & [1] bibunt ter de græco. 1. de pactiſi, & uno de procoma.*

*Poſtquam biberint, omnes Presbyteri [2] & Acolyti per ſingulos Titulos redeunt ad faciendas Veſperas, & bibent de dato Presbyteri.*

*Hæc ratio [3] per totam Hebdomadam ſervabitur uſque in Dominica in Albis.*

---

FERIA SECUNDA.

*Ad Veſper. iterum ad Lateranis, ordine, quo ſupra, ingrediuntur, his* Alleluja [3] *mutatis.*

*Poſt Pſalmum CXI.*

Alleluja. Domine refugium factus es nobis a generatione [&] progenie. ℣. Priuſquam montes fierent aut firmaretur orbis terræ; a ſæculo & uſque in ſæculum tu es Deus.

*In Euangelio dicit Diaconus Antiph.* Nonne ſic oportuit pati Chriſtum, & intrare in gloriam ſuam? Alleluja.

*Data Oratione, deſcendunt ad Fontes cum Antiph.* Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt, & eſt mirabile in oculis noſtris. allel. alleluja.

*Deinde poſt Pſalm. CXII ſequitur.*

Alleluja. [4] O pimænon ton Iſrael, proſches, ho hodigon hoſi probaton, ton Joſeph; ho cathimenos epi ton Cherubin, emphanethi enantion Ephræm Kæ Beniamin Kæ Manaſſe. ℣. Ampelon ex Ægyptu metiras, * enim meteras * exebales ethni; kæ catephyteuſas tas rhizas autis; hodopieſas emproſthen autis; kæ epleroſe tin gin.

*Poſt hanc in Euangelio Ant.* Cognoverunt Dominum, alleluja, in fractione panis. alleluja.

*Et data Oratione, cum Antiphona, qualem volueris pro loco, deſcendit ad ſanctum Andream, dictoque Pſal. CXIII ſequitur.*

Alleluja. In exitu Iſrael ex Ægypto, domus Jacob de populo barbaro. ℣. Facta eſt [ Judæa ſanctificatio ejus, Iſrael poteſtas ejus: Iſrael regnavit in ea.]

℣. Mare vidit, [ & fugit; Jordanis converſus eſt retrorſum. ] *In Euangel. Antiph.* Surrexit Dominus vere, alleluja, & apparuit Petro, alleluja. *Sequitur Oratio.*

---

FERIA III.

*Iterum ad Lateranis.*

*Poſt Pſalmum CXI.*

Alleluja. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; cantabo & pſalmum dicam Domino.

℣. Exur-

4. Amal. cap. 52.

(1) *Apud Mabill.* & bibunt ter, de Græco ſemel, de Pactis ſemel, de Pro.oma ſemel. *Antiph. Mſ. Compend.* & bibant ter de græco vino de pactiſi & de procantu. *In altero apud Mabill. Mſ. legitur:* de Græco primo, de Pactiſi ſecundo, de Procovio tertio. *In vulgato Ord. Rom. habemus:* de græco primo, de Pactiſi ſecundo, de Procovia tertio. *Cetera* Pacti & Proſoma *ſive* Procovio *aut* Procovia *loca deſignare, in quibus vina ita naſcebantur, ex ipſis Ordinis verbis merito colligi. vide Mabillonius.*

(2) *Apud eumdem Mabill. & Maurin. PP. legitur:* omnes presbyteri, & omnes diaconi, ſea ſubdiaconi, vel omnes acolythi &c.

(3) *Mabill.* mutantes.

(4) Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ πρόσχες, ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατον τὸν Ἰωσήφ. Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶν, ἐμφάνηθι, ἐναντίον Ἐφραὶμ καὶ Βενιαμὶν, καὶ Μανασσῆ.

Ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας τὰς ῥίζας αὐτῆς. Ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς, καὶ ἐπλήρωσας τὴν γῆν.

(5) *Apud Mabill.* Feria III ad veſperum iterum ad Lateranis &c. *Mabillonio conſonat & Mſ. Compendienſis.*

℣. Exurge gloria mea, [ exurge pſalterium & cithara; exurgam diluculo. ]
℣. Ut liberentur dilecti tui.

*In Euangelio Antiphona.*

Stetit Jeſus in medio Diſcipulorum ſuorum. [ *Require pag.96.* ] *Et data Oratione, deſcendunt ad Fontes cum Antiphona.*

*Poſt Pſalmum CXII dicit.*

Alleluja. [1] Proſechete laoſmu to nomo mu: clinate to us hymon is ta rhimata tu ſtomatoſmu.
℣. Anixo en parabolæs [ to ſtoma mu; phthenxomæ problemata aparches. ]

*In Euangelio Antiphona.*

[a] Vide manus meas. [ *Req. pag.97.* ]

*Data Oratione, item ad Sanctum Andream. Poſt Pſalmum CXIII dicitur.*

Alleluja. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, [ quoniam exaudiſti omnia verba oris mei; & ] In conſpectu Angelorum [ pſallam tibi. ]
℣. Adorabo ad Templum ſanctum tuum, [ & confitebor nomini tuo Domine. ]
℣. Super miſericordiam tuam, [ & veritate tua; quoniam magnificaſti ſuper nos nomen ſanctum tuum. ] *In Euangelio Antiphona.* Iſti ſunt ſermones, quos dicebam vobis. [ *Req. pag.240.* ]

---

FERIA IV.

*Poſt Pſalmum CXI.*

Alleluja. Alleluja. Te decet hymnus Deus in Sion, [ & tibi reddetur votum in Jeruſalem. ]
℣. Replebimur in bonis domus tuæ, [ ſanctum eſt Templum tuum, mirabile in æquitate. ] *In Euangelio Antiph.* Mittite in dexteram navigii rete. [ *Require pag.97.* ]

*Data Oratione, itur ad Font. Poſt* [2] *Pſal.CXII.*

Alleluja. Confitemini Domino, & invocate nomen ejus; [ annuntiate inter Gentes opera ejus. ]
℣. Cantate ei, & pſallite ei; [ narrate omnia mirabilia ejus. ]
*Item* ℣. Laudamini in nomine ſancto ejus; [ lætetur cor quærentium Dominum. ]

*In Euangelio Antiphona.* [3] Dixit Diſcipulis ſuis ille, quem diligebat Jeſus, Petro. Dominus eſt. alleluja.

*Data Oratione, item ad ſanctum Andream. Poſt Pſalmum CXIII inchoantes*, Hæc dies, *reſpondent omnes*, Quam fecit Dominus; [ exultemus, & lætemur in ea. ] [4] *ſine* [b] *añ.*

*In Euangel. Antiph.* Hoc jam tertio manifeſtavit. [ *Require ubi ſupra.* ]

*Per Titulos, tantummodo* [c] *Pſalm. cum* Alleluja, [5] *dicunt .. RG.* Hæc dies quam fecit Dominus. *Ant.* Tulerunt Dominum meum, & neſcio ubi poſuerunt eum. [ *Require pag.97.* ]

[*Ant.*] Aſcendo ad Patrem meum. [ *Req. pag.112.* ]

*Ant.* Venit Maria nuntians Diſcipulis. [ *Req. pag.97.* ]

FE-

a. Videte. b. forte, ſine Verſu. c. Amal. cap. 52.

(1) Προσέχετε λαός μου τῷ νόμῳ μου. κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου.
℣. Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγξομαι προβλήματα ἀπαρχῆς.

(2) *In noſtro Palat. Mſ. & apud Mabill. legitur:* poſt Pſalm.CXIII.

(3) *Apud Mabill.* Dixit ille diſcipulus quem diligebat Jeſus, Petro &c. *Mſ. Compend.* Dixit diſcipulus quem diligebat &c.

(4) *Mabill.* ſine antiphona; *Mſ.Comp.* uſque in finem.

(5) *Mabill.* dicunt, vel grad. Hæc dies &c.

FERIA V.

*Poſt Pſalm.* [a] *CXII.*

Alleluja. Lætatus ſum [in his quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus.]

℣. Stantes erant [pedes noſtri in atriis tuis Jeruſalem.]

℣. Rogate quæ ad pacem ſunt [Jeruſalem; & abundantia diligentibus te.]

*In Euangelio Ant.* Undecim Diſcipuli. [*Req. pag.* 98.]

*Data Oratione, deſcendunt cum Antiphona ad Crucem* [1] *ad Cubicellum rigodemnus. Pſal.* [b] *CXIII.* GR. Hæc dies quam fecit Dominus [&c.] *Ant.* Data eſt mihi omnis. [*Require ubi ſupra.*]

*Inde poſt Orationem ad Fontes poſt Pſalmum CXIII.*

Alleluia. Qui confidunt in Domino, [ſicut mons Sion, non commovebitur in æternum, qui habitat in Jeruſalem.]

℣. Montes in circuitu ejus, & Dominus in circuitu populi ſui ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.]

℣. Ut non extendant juſti [ad iniquitatem manus ſuas, benefac Domine bonis & rectis corde.]

*In Euangelio Ant.* Euntes, docete omnes gentes. [*Req. pag.* 241.] [2]

*Ant.* Ego autem vobiſcum ſum, alleluja, omnibus diebus. alleluja.

RESPONS. ET ANTIPH.

a. CXI. b. CXII. c. CXIII.

(1) *Noſter Palat. Mſ. illic habet*: ad Cubicellum rigodempus. *Mabill. legit*: ad Cubicellum Rigodem. *ad quæ nil aliud adnotavit, niſi*, ita in utroque codice, Vaticano & Colbertino. *Editores Operum D. Gregorii col.* 789 *tom.* III *indicium nobis ſufficiunt aut in Mſ. Compend. ea verba deſiderari; aut legi ob veuſtatem, ſive contractum aliquod vitium, nullatenus poſſe. Quid autem illa ſibi velint fatear me prorſus ignorare.*

(2) *Illic alteram interponit antiphonam ve'us Mabillonii membrana dicens*: Item ant. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis, afferte. Item ant. Ecce ego vobiſcum &c.

(3) *Mabill.* Poſt Pſalmum CXV.

FERIA VI.

*Poſt Pſalmum* [a] *CII.* [3]

Alleluja. Cantate Domino Canticum novum, quia mirabilia [fecit Dominus.]

℣. Notum fecit Dominus [Salutare ſuum, ante conſpectum Gentium revelavit juſtitiam ſuam.]

℣. [4] Gaviſi ſunt Diſcipuli, alleluja, [viſo Domino. alleluja.]

*Data Oratione, deſcendunt ad Fontes. Poſt Pſal.* [c] *CXI.*

Alleluja. [5] Hi urani diygundæ doxan Theu, piyſin de chyron autu anangelli to ſtereoma.

℣. Himera ti himera ereugetæ rhima, kæ nyx nycti anangelli gnoſin.

*In Euang. Ant.* Accipite Spiritum Sanctum. [*pag.* 114.]

---

SABBATO.

*Poſt Pſalmum CXI.*

Alleluja. [6] Deute agalliaſometha to Kyrio, alalaxomen to Theo to Soteri hymon.

℣. Prophthaſomon..... to proſopon autu en exomologiſi, Kæ en pſalmis alalaxomen auto.

℣. Hoti Theos megas Kyrius, Kæ Baſileos megas epi paſan tin gin.



(4) *Qui hoc verſiculus inſcribitur in Mabill. exemplar dicitur*: In Euangelio ant. Gaviſi ſunt &c.

(5) Οἱ ἄγγελοι διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα.

℣. Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν.

(6) Δεῦτε ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ, ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρι ἡμῶν.

℣. Προφθάσωμεν ..... τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, καὶ ἐν ψαλμοῖς ἀλαλάξωμεν αὐτῷ.

℣. Ὅτι Θεὸς μέγας κύριος, καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

*Et in eadem Eccleſia ſequitur Antiphona.*

Quia vidiſti me, Thomas, credidiſti; beati qui non viderunt, & crediderunt. [alleluja.] *Pſal.* Beatus vir qui timet. *Poſt hanc.*

Alleluja. Omnes gentes plaudite manibus, [jubilate Deo in voce exultationis.]

℣. Quoniam Dominus [1] ſurrexit terribilis [& Rex magnus ſuper omnes deos.]

℣. Aſcendit Deus in jubilatione, [& Dominus in voce tubæ.]

*In Euang. Antiph.* Mitte manum tuam & cognoſce. [2] [*Req. pag.* 100.]

*Data Oratione, & finitur.*

---

# *Ex vetuſto M.S. Codice Membranaceo Monaſterii S. Galli in Helvetiis.*

*Incipit Ordo a Dominica Mediana uſque in Octabas Paſchæ.*

*Igitur a Dominica, quam Sedes Apoſtolica Medianam voluit nuncupari, uſum obſervantiæ credimus intimandum; unde & ea quæ ipſa die dicuntur, numerum dierum oſtendunt; unde eſt illud.* Quartadecima die ad veſperum. *& paulo poſt,* In quintadecima Solennitatem celebrabitis. *A quo die uſque in Vigiliam ſanctæ Reſurrectionis in nullo Reſponſorio decantatur,* Gloria, *nec in,* Venite. *A Cœna vero Domini, nec in Pſalmis, nec in ullo loco decantatur,* Gloria, *uſque in Paſcha.*

## FERIA V. *Cœnæ Domini.* [3]

*Media nocte ſurgendum eſt, & tangitur ſignum; & poſt hæc niſi in nocte* [a] *ſanctum Paſchæ ad Matutinum. At vero Eccleſia omni lumine decoretur, & more ſolito,* Deus in adjutorium meum *non dicant, nec* Gloriam, *nec Invitatorium, ſed Cantor incipit in Pſalmis Antiph. ſicut in Antiphonario continetur. Nec Presbyter complet in fine Orationem, ſed tacite ſurgendum eſt; & Lector benedictionem non petat, & quando finit, non dicat,* Tu autem; *ſed ex verbis Lectionis jubetur facere finem. Lectiones vero legantur III de Lamentatione Hieremiæ Prophetæ, ubi dicit:* Quomodo ſedet ſola civitas. *uſque,* Cogitavit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. *Tres de Tractatu S. Auguſtini in Pſalmo,* Exaudi Deus orationem meam, *primo. Tres de Apoſtolo,*

a. ſancta.

(1) *Apud Mabill.* Quoniam Dominus ſummus terribilis.

(2) *Illic additur apud Mabill.* Item ant. Miſi digitum meum. Item ant. Hæc autem ſcripta ſunt. & data oratione finitur in nomine Domini. *In noſtro autem Mſ. Palat. heic ſequitur ſtatim ille Ordo de Acolythorum Ordinatione in Sancta Romana Eccleſia a Mabillonio editus Muſei Ital. tom.* II, *pag.* 85.

(3) *Monet Thomaſius in* Præmonitione *ad* Partem alteram *veterum Titulorum Sacror. Bibliot. & juxta noſtram editionem tom.* I, *pag.* 295, *hæc & quæ alibi infra ſequuntur ex Mſs. S. Galli, nil aliud eſſe quam fragmentum ſuperioris Codicis, ſive Romani Ordinis Palat. Mſ.* 487.

*ſtolo, ubi ait ad Corinthios* [1] *cap.*LVII. Ego accepi a Domino, quod & tradidi vobis. *IX Pſalmos. IX Lectiones.* [2] *IX. Reſponſor. Cum autem omnia completa ſunt, ſequitur Matutinum. Matut. completo, non dicatur* Kyrie eleiſon, *nec*, Et nos inducas in temptationem.

*Ipſa vero die omne Diurnale Officium in ſimul canunt.*

---

FERIA VI.

*In Paraſceven media nocte ſurgendum eſt: dicuntur IX Pſalmi cum Reſponſoriis. III Lectiones de Lamentatione Hieremiæ, ab eo loco ubi ait*: Cogitavit Dominus diſſipare, *uſque*, Miſericordiæ Domini multæ. *Tres de Tractatu ſancti Auguſtini de Pſalmo* LXIII. *Tres de Apoſtolo, ubi ait ad Hebræos* [3] *cap.*V. Feſtinemus ergo ingredi. *Deinde ſequitur Matutinum. Lucernæ extinguuntur. Luminaria autem Eccleſiæ ab initio cantus nocturni incboantur extingui; hoc tamen ordine, ut ab introitu ipſius Eccleſiæ incipiat paulatim tutari; ut verbi gratia, peracto primo Nocturno, videatur pars eorum tertia eſſe extincta; medio Nocturno iterum tertia, tertio vero expleto (exceptis* VII *lampadibus) nihil luminis relinquitur; quæ in Matutino hoc ordine extinguantur; in initio Pſalmi primi ſit Cuſtos ſemper paratus in loco dexteræ partis Eccleſiæ prope lampadibus, ut ubi audierit Antiph. teneus cannam in manu ſua, tutat lampadem unam; in finem Pſalmi ipſius aliam ſiniſtræ partis. Sic una ex parte una, alia ex alia tutantur uſque ad Euangelium; in Euangelio vero tutatur mediana lampada.*

. . . . . .

*Et poſt paululum Veſperam dicit unuſquiſque privatim, & ſic vadunt ad menſam.*

---

SABBATO.

*Media nocte ſurgendum eſt. Dicuntur IX Pſalmi cum Reſp. Tres Lectiones leguntur de Lamentatione Hieremiæ, ab eo loco ubi dicit*: Miſericordiæ Domini multæ, *uſque ad finem. Deinde leguntur Omeliæ Sanctorum Patrum ad ipſum diem pertinentes. Et in candelis accendendis vel extinguendis, ſicut ſuperius habetur.*

*Item ipſa die* [a] *Diurnale Curſum ſeparatim canunt.*

---

[IN PASCHA]

*In ipſa nocte poſt gallorum cantum,* [b] *matutino rumpente luce tenebras, ſurgentes, in Eccleſia veniunt, & mutua caritate ſe invicem oſculantes, dicunt.* Deus in adjutorium meum. *Sequitur Invitatorium cum*, Alleluja. *Sequuntur tres Pſalmi cum Antiph.* Beatus vir. Quare fremuerunt. Domine quid multiplicati ſunt. *Sequuntur vero tres Lectiones cum Reſponſoriis. Prima Lectio de Actibus Apoſtolorum; ſequitur ſecunda & tertia de Omeliis ſancti Auguſtini. Sequitur Matutinum cum*, Alleluia.

*Infra Albas Paſchæ ſuper* Venite. Surrexit Dominus vere, alleluja: &



a. Diurnalem. b. matutina.

(1) *Vide Thomaſium loco nuper laudato.*
(2) *Confer quæ diximus ſupra pag.*88, *not.*1.
(3) *Cap.*VIII, *non* V, *ibi legendum eſſet juxta Thomaſ. eodem loc. cit. tom.*I, *pag.*291.

*tres Pſalmos ſuper Nocturnam imponuntur per ſingulas noctes uſque in Octabas Paſchæ, ideſt, Fer.*II, Cum invocarem. Verba mea. Domine ne in furore tuo. *Fer.*III, Domine Deus meus in te ſperavi. Domine Dominus noſter. In Domino confido. *Fer.*IV, Salvum me fac Domine. Uſquequo Domine. Dixit inſipiens. *Fer.*V, Domine quis habitabit. Conſerva me Domine. Exaudi Domine juſtitiam meam. *Fer.* VI, Cæli enarrant. Exaudiat te Dominus. Domine in virtute tua. *Feria* VII, Domini eſt terra. Ad te Domine levavi. Judica me Domine quoniam in innocentia.

*Item a Paſcha uſque in Octabas ad omnes Curſus non cantatur Reſponſorium, nec Lectio recitatur; ſed pro Verſu & Reſponſorio cantatur Grad.* Hæc dies. *tantum prima.*

*Poſt Octabas vero Paſchæ ſuper*, Venite, *& ſuper omnes Pſalmos*, Alleluja *cantant. In Secunda Feria ad*, Venite, *& ſuper tota Hebdomada*, Surrexit Dominus vere. alleluja.

---

# *Ex Codice M.S. ejuſdem Monaſterii S. Galli in Helvetiis.*

*Incipit Ordo librorum Catholicorum, qui in Eccleſia Romana ponuntur ad legendum.*

*In primis in Septuageſima Paſchæ ponunt* [a] *Eptaticum uſque in quintam decimam diem ante Paſcha.*

*In quinta decima die ante Paſcha ponunt Hieremiam Prophetam uſque in Cœnam Domini.*

*In Cœna Domini leguntur Lectiones tres ex Lamentationibus Hieremiæ Prophetæ, ab eo loco ubi dicitur.* Quomodo ſedet ſola, civitas plena populo! *uſque*, Cogitavit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. *Et poſt hæc leguntur Omeliæ ſanctorum Patrum ad ipſum diem pertinentes.*

*In Paraſceve ſimiliter leguntur Lect. tres ex Lamentationibus Hieremiæ Prophetæ uſque*, Miſericordiæ Domini multæ. *Deinde leguntur Omeliæ ſanctorum Patrum ad ipſum pertinentes.*

*In Subbato Sancto ſimiliter leguntur Lect. tres ex lamentationibus Hieremiæ Prophetæ ab eo loco ubi dicit.* Miſericordiæ Domini multæ, *uſque ad finem Prophetæ. Deinde leguntur Omeliæ ſanctorum Patrum ad ipſum diem pertinentes.*

*In ſanctiſſima die Paſchæ leguntur Omeliæ* III *Sanctorum Patrum, ad ipſum diem pertinentes.*

*Dein Secunda Feria Paſchæ ponunt Actus Apoſtolorum, & ſeptem Epiſtolas Canonicas, ſive Apocalypſin Johannis uſque Octabas Pentecoſten.*

*In Dominica Octabas Pentecoſten ponunt libros Regum & Paralipomenon uſque in Dominicam primam menſis Auguſti.*

*In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Proverbia Salomonis, & Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum, & librum Sapientiæ, vel librum Jeſu filii Syrach,*

a. Heptateuchum.

*Syrach, uſque Dominicam primam menſis Septembris.*

*In Dominica prima menſis Septemb. ponunt librum Job, & librum Tobiæ, & Judith, ſive Heſter & Ezra uſque Dominicam primam menſis Octobris. Deinde ponunt libros Machabæorum uſque in Dominicam primam menſis Novembris. Deinde ponunt Ezechiel & Daniel, ſive XII Prophetas Minores uſque Dominicam primam de Adventu Domini.*

*In Dominica prima de Adventu Domini ponunt Eſaiam Prophetam uſque Natalem Domini.*

*In Vigiliis Nat. Domini leguntur Lect. tres de Eſaia Propheta.*

*Prima Lectio ſic continet in capite.* Primo tempore adleviata eſt terra Zabulon & terra Neptalim, *uſque*, Curvemini ſub vinculo, & cum interfectis cadatis. Super his omnibus non eſt averſus furor ejus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta.

*Secunda Lectio ſic continet in capite.* Conſolamini conſolamini populus meus, dicit Dominus Deus veſter, *uſque*, Quia manus Domini fecit hoc, & ſpiritus ejus creavit illud.

*Tertia Lectio ſic continet in capite:* Conſurge conſurge, induere fortitudinem brachium Domini, *uſque*, Quia quibus non erat narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati ſunt.

*Poſt hæc leguntur Omeliæ ſanctorum Patrum ad ipſum diem pertinentes.*

*In Natal. ſancti Stephani leguntur Lect. tres de Actibus Apoſtolorum, ubi dicit.* In diebus illis creſcente numero Diſcipulorum, factus eſt murmur Græcorum adverſus Hebræos, *uſque*, Factum eſt autem magnum gaudium in illa civitate.

*Poſtea leguntur Omeliæ ſanctorum Patrum ad ipſum diem pertinentes.*

*In Natal. ſancti Johannis Evangeliſtæ leguntur Lect. III de Apocalypſi a capite libri uſque*, Quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata ſunt. *Et poſtea leguntur Omeliæ, ſi fuerint, ad ipſius Feſtivitatem pertinentes.*

*In Natal. Innocentium ſimiliter leguntur Lectiones de Apocalypſi ubi dicit.* Et vidi in dextera ſedentis ſuper thronum, *uſque*, Et facta ſunt tonitrua & voces & fulgura, & terræmotus factus eſt magnus. *Et poſtea leguntur Sermones ad ipſum diem pertinentes.*

*In Octabas Domini ſimiliter leguntur ipſæ Lectiones, quæ in Vigilia Natalis Domini; &, ſi fuerint, Omeliæ ad ipſum diem pertinentes.*

*In Vigilia Theophaniæ leguntur Lectiones III de Eſaia.*

*Prima Lectio ſic continet in caput.* Omnes ſitientes venite ad aquas, *uſque*, Erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.

*Secunda Lectio ſic continet in caput.* Surge inluminare, *uſque*, In tempore ejus ſubito faciam iſtud.

*Tertia Lectio ſic continet in caput.* Gaudens gaudebo in Domino, *uſque*, oculus non vidit (Deus) abs te, quæ præparaſti expectantibus te. *Et poſtea leguntur Omeliæ ſanctorum Patrum ad ipſum diem pertinentes.*

*Item in Octab. Theophan. ſimiliter leguntur ipſæ Lectiones, quæ in* [a] *Theonia. Sermones ad ipſum diem pertinentes.*

*A Natale Innocentium uſque ad Septuage-*

a. Theophania.

*tuageſimam ponunt Epiſtolas B. Pauli Apoſtoli.*

*A Purificatione S. Mariæ leguntur Cantica Canticorum, ſive Omeliæ ad ipſum diem pertinentes.*

*In Cathedra ſancti Petri leguntur Lectiones, quæ in Natale omnium Apoſtolorum.*

*In Adnuntiatione ſanctæ Mariæ leguntur III Lectiones de Eſaia Propheta.*

*Prima Lectio ſic continet in caput.* Erit in noviſſimis præparatus mons Domus Domini, *uſque*, Exaltabitur autem Dominus ſolus in illa die.

*Secunda Lectio ſic continet in caput.* Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo, *uſque*, A diebus ſeparationis Ephraim a Juda cum Rege Aſſyriorum.

*Tertia Lectio ſic continet in caput.* Egredietur virga de radice Jeſſe, *uſque*, Ipſum deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum. *Sive Omeliæ ad ipſum diem pertinentes.*

*In Inventione ſanctæ Crucis leguntur Lect. quæ in Natale plurimorum Martyrum.*

*In Aſcenſa Domini leguntur Lectiones tres de Actibus Apoſtolorum.*

*Prima Lectio ſic continet in caput.* Primum quidem ſermonem feci de omnibus, o Theophile, *uſque*, Et Maria Mater Jeſu & fratribus ejus.

*Secunda Lectio ſic continet in caput.* Et in diebus illis exſurgens Petrus in medio Fratrum, *uſque*, Et adnumeratus eſt cum XI Apoſtolis.

*Tertia Lectio ſic continet in caput.* Qui ergo receperunt ſermonem ejus, baptizati ſunt, *uſque*, Qui ſalvi fierent in idipſum. *Et poſtea leguntur Omeliæ ad ipſum diem pertinentes.*

*In Dominica Pentecoſtes leguntur Lect. III de Actibus Apoſtolorum.*

*Prima Lectio ſic continet in caput.* Et cum complerentur dies Pentecoſten, *uſque*, Audivimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.

*Secunda Lectio ſic continet in caput.* Stupebant autem omnes & mirabantur, ad invicem dicentes. Quidnam vult eſſe hoc? *uſque*, Et erit omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.

*Tertia Lectio ſic continet in caput.* Viri Iſraelitæ audite verba hæc, Jeſum Nazarænum adprobatum a Deo, *uſque*, Quoſcumque advocaverit Dominus noſter.

*In Nat. ſancti Johannis Baptiſtæ leguntur Lect. III ex libro Sapientiæ.*

*Prima Lectio ſic continet in caput.* Juſtum deduxit Dominus per vias rectas, *uſque*, Et dedit illi hæreditatem vel claritatem æternam.

# *Ex vetuſtiſſimo Codice membranaceo majoribus literis ſcripto, in Bibliotheca Vaticana, ſignato n.* 3835.

*Incipiunt Lectiones in Vigiliis B. Petri Apoſtoli.*

I.

Petrus autem & Joannes aſcendebant in Templum ad horam orationis nonam, *uſque*, Pœnitemini igitur & convertimini, ut deleantur veſtra peccata.

*Item alia Lectio.*

II.

Factum eſt autem, Petrus dum pertranſiret univerſos, deveniret ad Sanctos qui habitabant Lyddæ, *uſque*, Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.

*Item alia Lect.*

III.

Eodem autem tempore miſit Herodes Rex manus, ut affligeret quoſdam de Eccleſia, *uſque*, Verbum autem Domini creſcebat & multiplicabatur.

*Expliciunt Lectiones Actuum Apoſtolorum.*

[ *Sequuntur mox in Codice ſex Lectiones ſive prolixi Sermones SS. Auguſtini, Leonis & Hieronymi ad hoc feſtum pertinentes, ac ſubjungitur.* ]

*Expliciunt Sermones in Natale S. Petri Apoſtoli de Prima Vigilia.*

*Item incipiunt Lectiones de Natale Apoſtolorum in Secunda Vigilia.*

I.

Factum eſt autem in craſtinum ut congregarentur Principes eorum & Seniores & Scribæ in Hieruſalem, *uſque*, Et repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & loquebantur verbum Domini cum fiducia.

*Explicit.*

*Item alia Lectio ejuſdem.*

II.

Joſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis, quod eſt interpretatum, Filius conſolationis, *uſque*, Et nos ſumus teſtes horum verborum, & Spiritus Sanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus ſibi.

*Explicit.*

*Item alia Lectio ejuſdem.*

III.

Aſcendit Petrus in ſuperiora, ut oraret circa horam ſextam, *uſque*, Audierunt autem Apoſtoli & Fratres qui erant in Judæa, quoniam & Gentes receperunt verbum Dei.

*Expliciunt Lectiones Actuum Apoſtolorum numero tres.*

[ *Deſcribuntur poſtea ſex Sermones SS. Au-*

(1) *Noſtro judicio Codex ille nono Eccleſiæ ſæculo recentior dici non debet: in eo variis leguntur Sermones S. Leonis Pontificis, S. Auguſtini, & S. Joannis Chryſoſtomi in Paſſione Domini, & aliis Jeſu Chriſti Apoſtolorum, S. Joannis Baptiſtæ Feſtivitatibus; quos Sermones pag. 240 excipit Lectionarium quod hoc loco a Clariſſimo noſtro Thomaſio ut plenior reddatur antiquæ diurni Curſus diſciplina, deſcribitur.*

*SS. Auguſtini & Leonis Papæ, hæc appoſita in fine clauſula.* ]

*Expliciunt Sermones in Natale B. Petri Apoſtoli* [1] *de ſecunda Vigilia numero IX.*

*Incipiunt Lectiones in Vigilias B. Pauli Apoſtoli.*

I.

Saulus autem adhuc ſpirans minarum, *uſque*, Et quomodo in Damaſco fiducialiter egerit in nomine Domini Jeſu Chriſti.

*Item alia Lectio.*

II.

Placuit itaque Apoſtolis & Senioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, *uſque*, Et Eccleſiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero cotidie.

*Item alia Lectio.*

III.

Factum eſt autem, euntibus nobis ad orationem puellam quandam habentem ſpiritum [2] pythonem obviare nobis, *uſque*, Baptizatus eſt ipſe & omnes ejus continuo in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

*Explicit.*

. . [3] . . . . . .

*Expliciunt Lectiones in Prima Vigilia S. Pauli Apoſtoli, numero decem.*

*Item incipiunt Lectiones ejuſdem B. Pauli Apoſtoli in Secunda Vigilia.*

*De Actibus Apoſtolorum.*

I.

Paulus autem cum Athenis Jeſum & ſurrectionem adnuntiaret, *uſque*, & Dionyſius Areopagita & mulier nomine Damaris, & alii cum eis crediderunt Domino Deo noſtro Jeſu Chriſto.

*Item alia Lectio ejuſdem.*

II.

Factum eſt poſt hæc, egreſſus Paulus ab Athenis, venit Corinthum; & inveniens quemdam Judæum nomine Aquilam, *uſque*, Perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, confirmans omnes diſcipulos, docens & ſuadens de regno Dei.

*Item alia Lectio.*

III.

Factum eſt autem, cum Apollo eſſet Corinthi, & Paulus (peragratis ſuperioribus partibus) veniret, *uſque*, Ita fortiter verbum Dei creſcebat & confirmabatur.

*Explicit.*

. . [4] . . . . . .

*Expliciunt Sermones de Secunda Vigilia Beati Pauli Apoſtoli numero* X.

*Ex*

(1) *In prima hujus operis editione illic legitur*: de ſecundo ad Vigilia, *quod ad calcem emendaverat Thomaſius monendo legendum eſſe* de ſecunda Vigilia: *ſed quod reputatum erat veteris membrana vitium, revera fuit exſcriptoris error; & ideo locum, ſicut in Mſ. legitur, reſtituimus.*

(2) *Mſ. Codex illic habet*, phythonem.

(3) *Eo loci in Mſ. ſequuntur quatuor Sermones Sancti Auguſtini* in Natali Beati Pauli Apoſtoli: *quibus finitis legitur*: Alter Sermo Sancti Auguſtini ſcriptus eſt in ſecunda Vigilia Beati Petri Apoſtoli, Lectione IV. *Hæc excipiunt duo alii Sermones* in Natali Beati Pauli Apoſtoli, *quos ſequitur*, Sermo Sancti Gregorii Nazianzeni de Apologetico (*ita in Mſ.*) *Deinde habentur quæ hoc edita leguntur*: Explicient Lectiones &c.

(4) *In eodem Mſ. illic ſequuntur Sermones Sanctorum Auguſtini, Joannis Chryſoſtomi, & Hilarii Epiſcopi Pictavienſis*, in Natali Beati Pauli Apoſtoli: *quibus finitis*, Expliciunt Sermones &c. *uti hoc habemus.*

# *Ex Ordine Romano membranaceo ſcripto ſub Othone I Imperatore, in Bibliotheca Vallicellana, collato cum alio Codice M.S. Monaſterii S. Galli in Helvetiis uſque ad lineam* 13 *ſeq. pag.* 325 *colum.* 1.

*Dominica prima de Adventu Domini.*

*Antiphona ad Invitatorium.* Regem venturum Dominum.

*Reſponſoria & Antiphonæ ſicut in*[2] *Capitulari habetur.*

*Infra Hebdomadam in,* Venite [exultemus] *ut ſupra, ſed* (A) *Minorem. Reſponſoria ut ſupra repetuntur.*

*Antiphonæ in Euangelio ſive ad Matutinum ſive ad Veſperas, interim dum de Euangelio habuerint, ipſæ dicuntur; cum autem explicuerint, dicitur Antiphona de Prophetis. Iſto modo agitur per totum Adventum.*

*In Vigilia Nativitatis Domini quinque Lectiones leguntur cum totidem Reſponſoriis; nam in Pſalmis ad Nocturnos cotidianæ Antiphonæ. In Matutino, Laudes ſicut habetur in Capitulari.*

*Item in*[3] *Natali Domini ad Vigilias ſic agitur ad Sanctam Mariam. In primis non dicitur Invitatorium, ſed ſtatim incipitur Ant.* Dominus dixit ad me; *& reliqua ſicut ſcripta ſunt.*

℟. Ecce jam venit horâ.
℟. Hodie nobis cælorum.
℟. Beata Dei Genitrix.
℟. Hic qui advenit.
℟. O Regem cæli.
℟. Quem vidiſtis.
℟. Hic eſt dies præclarus.
℟. Continet in gremio.

*In Matutinis Laudibus ſicut in*[4] *Capitulari.*

*Item in media nocte poſt finitam Miſſam*



(A) *Sed minorem.* Quid ſit Antiphona ad Invitatorium minor, certe deſignare nequeo. Haud ignoro apud diverſas Eccleſias variari pro Feſtorum, Feriarumque diverſitate Invitatorii repetitiones; ſed difficile crediderim ſeculo x vel xi id diſcriminis uſurpatum vel maxime in Romanis ritibus, in quibus nullum ea de re veſtigium invenitur in antiquis Scriptoribus. Quare facile adducor, ut exiſtimem *per minorem* Antiphonam Invitatorii, intelligi Tonum ejuſdem Ferialem. Radulphus Tungrenſis propoſ. 16 *Invitatorium feriale in tono feriali, Regem venturum.* Et propoſ. 19 de Feriis Paſchalibus. *Privatis diebus Invitatorium erit parvum & ſub tono feriali.*

(1) *Codex videtur ſcriptus ſub initium* xi *ſeculi, ſignat.* D. V.

(2) Capitulare *in antiquis Romanæ Eccleſiæ Ordinibus, idem denotat ac librum Epiſtolarum & Euangeliorum ad Miſſam, ut apud Mabill. Muſei Ital. tom.* II, *pag.* 19, & 33. *At hoc loco crediderim* Capitulare *uſurpari pro Antiphonario & Reſponſoriali, quemadmodum locus ipſe manifeſto indicare videtur. In antiquis Ordinibus eo loci diceretur: Reſponſoria & Antiphonæ ſicut in* Antiphonario *habetur: cujus rei exempla eoſdem Ordines verſantibus ſæpe occurrent.*

(3) Item in Natali Domini &c. *ob duplex ſcilicet illius noctis Vigiliarum Officium. de quo vide Thomaſium ſuperiori pag.* 37 *not.* (c) & *quæ a nobis dicta ſunt pag.* 39 *ſub notatione* (2).

(4) *Certe ibi & paullo infra liber Lectionum nullo modo ſignificari poteſt.*

*ſam, ad Nocturnum, in primo*, Domine labia mea aperies. *Invitator. Antiph.* Chriſtus natus eſt nobis. *Pſal.* Venite [exultemus.] *Pſalmos quotidianos duodecim. Lectiones novem.* ℟℟. *novem de Natali Domini. In Matutinis Laudibus ſicut in Capitulari habetur. Ad Veſperas ſimiliter.*

*Deinde uſque in Octavas, Antiph. in* Venite, Regem natum Dominum. *Antiph. ſeu Reſponſoria de Natali Domini.*

*In Octavas Domini ad Nocturnos ſicut in Natali Domini. In Matutinis Laudibus, ſicut in Capitulari habetur.*

*Poſt Octavas vero uſque in Theophaniam ſive nocte, ſive die omnia de Cotidianis.*

*In Theophania*, Domine labia mea aperies, *non dicunt, nec Invitatorium cantant; ſed ſtatim Antiphonam cum Pſalmo incipit. Reliqua omnia ſicut in Capitulari habentur. Ad Veſperas ſuper Pſalmos* [a] *aũ de Cotidianis tantum diebus. Antiphonam in Euangelio, de ipſa Feſtivitate dicunt. Similiter in Octava Domini ad Veſperas.*

*A Theophania uſque in Octavas, Antiph.* Chriſtus apparuit nobis, [1] *Minorem. Antiph. in Euangelio &* ℟℟. *de Theophania Domini.*

*In Octava Theophaniæ, Antiphona in* Venite, Chriſtus apparuit nobis. *ad Nocturnos ſicut in Theophania.*

*Ab Octava Theophaniæ uſque Septuageſimam de Cotidianis diebus.*

*In Sabbato Septuageſimæ ad Veſperas ſuper Pſalm.* Alleluja. *In Euangelio*, Alleluja.

*In Septuageſima, in* Venite, [2] Alleluja, *ſimiliter in* [*Pſal.*] Beatus vir. [*Pſal.*] Domine Deus meus. [*& Pſal.*] Salvum me fac Domine. *In Secundo vero Nocturno ſive in Tertio ſuper Pſalmos omnes*, Alleluja. *Reſponſoria vero, & in Matutinis Laudibus, ſicut in Capitulari habetur. Nam poſt Matutinos, per Oratoria*, Alleluja *cantatur.*

*A Septuageſima vero uſque in Quadrageſimam, ſicut in Capitulari habetur.*

*A Quadrageſima vero uſque ad Paſſionem Domini, ſicut in Capitulari habetur, præter quod Primam mutant, ideſt, in Capite Quadrageſimæ in primis cantant Pſalmum* Qui habitat, *poſtea*, Beati immaculati; *uſque*, Legem pone mihi Domine.

*A Paſſione Domini uſque in diem Palmarum, ſicut in Capitulari habetur.* Gloria [Patri] *non dicunt in Reſponſoriis. Ad Primam Pſalm.* Deus Deus meus reſpice, *&*, Beati immaculati.

*A die Palmarum uſque in Cœnam Domini*, Gloria [Patri] *non dicunt nec in Invitatorio in Pſalmis nec in Reſponſoriis.*

*In Cœna Domini, nec*, Deus in adjutorium meum, *nec Invitatorium, nec* Gloria [Patri] *in Pſalmis nec in Reſponſoriis dicunt; & poſt Matutinum non dicitur* Kyrie eleiſon, *ſed tantum dicitur Oratio.*

*In Paraſceve non dicitur* Domine labia mea aperies, *nec Invitatorium, nec* Gloria *in Pſalmis. Antequam ſedeant, ab Epiſcopo aut Presbytero non petit benedictionem qui legit; & cum finem debet facere, non dicit*, Tu autem Domi-

a. forte, Antiphonæ.

(1) *Vide Thomaſium ſupra, pag. 321 not.* (a)

(2) *Conſule quæ leguntur ſupra in noſtris Antiphonariis, ut & ad pag. 67 not.* (a), *& pag. 208 nota itidem* (a).

Domine miſerere nobis. *Et Orationem non dicunt*, *nec* Kyrie eleiſon.

*Similiter agitur ad Nocturnos in Sabbato Sancto.*

*In bis* (A) *duobus* [1] *dicbus nec* (B) *Prima nec Tertia nec Sexta nec Nona cantatur publice.*

*Dominica Paſchæ ad Nocturnos*, *in* Venite [ exultemus, ] Alleluja. *In Matutinis Laudibus*, *ſicut in Capitulari habetur. Prima*, *nec Tertia*, *nec Sexta*, *nec Nona a ſancto Paſcha uſque in Octavas*, *non cantatur. Ad Nocturnos ſive ad Matutinas Laudes*, *pro Verſu*, Hæc dies [a] ℟. All. *tantum prima. Ad Veſperas tres Pſalmos uſque in Sabbatum*, *& per ſingulos Pſalmos*, Alleluja. *Nam ad Nocturnos ſemper mutantur Pſalmi tres & tres in unaquaque nocte.*

*In Sabbato vero mutantur Pſalmi ad Veſperas*, *& de ipſo die cantatur cum* Alleluja, *& Verſus dicitur*, Dicite in nationibus.

*Dominica Octavas Paſchæ*, *in* Venite [ exultemus, ] Alleluia. *In* [ *Pſ.* ] Beatus vir, *in* [ *Pſ.* ] Domine Deus meus, [ *&* ] *in* [ *Pſalm.* ] Salvum me fac Domine, Alleluia. *In* [2] *Mediano Nocturno ſive in Tertio per ſingulos Pſalmos*, Alleluja.

*Item in nocte in Dominicis diebus*, *unde cantant Reſponſoria*, *inde repetunt. In primo Nocturno tres Lectiones*, *item Reſponſoria. In Dominicis diebus raro evenit ut novem canteutur*, *ſed ſemper octo.*

*Lectiones vero aut tres aut quinque aut ſeptem aut novem in Vigilia Sanctorum*, *aut ubilibet contigerit*, *leguntur; nam quatuor* [3] *aut ſex vel octo nullo modo;*



a. In Cod. S. Galli deeſt, ℟. All.

(A) *In bis duobus &c.* Antiquitus poſtremis majoris hebdomadæ diebus noctu dumtaxat decantabantur Officia in Eccleſia Romana. Diurnos autem Curſus quiſque ſecreto ſeorſim perſolvebat. Vita S. Mauri per Fauſtum ſcripta, & Antiphonar. Vaticanum pag. 90.

(B) *Prima &c.* Ut multa ex antiquis ritibus hoc in Ordine promuntur, ita admixta ſunt in eo aliqua, quæ x Seculo in uſu erant. Inter ea arbitror & id eſſe ut per Albas Paſchales Horæ Diurnæ non cantentur; nam Sæculo IX cantabantur ut Amalar. ſcribit cap. 52. In antiquiori Otdine Romano ſupra pag. 308 dilucide præſcribitur cantandum ad Horas ℟. Gradale *Hæc dies*.

(1) *Vide quæ monuimus pag. 90, not.* (2).

(2) In Mediano, *ſcilicet* in ſecundo Nocturno. *Vide Du Cangium ad eam vocem in Gloſſario.*

(3) *Hinc facile apparet diſparem in Lectionibus nocturni Curſus numerum Eccleſiam antiquiſſimis etiam temporibus elegiſſe: ita & qui ad Miſſa ſollemnem celebrationem adhibentur Miniſtri, numero diſpares ſunt, de quibus videndus Amalarius de Eccleſiaſticis Officiis Lib. III, cap. V & Romani Ordines: in Orationibus etiam ſive Collectis quæ in Miſſa dicuntur, poſt invectum earum multiplicem numerum adverſus vetuſtiſſimum Romanæ Eccleſiæ morem, quæ unicam tantum uſurpabat, monente Micrologo in Obſervationibus Eccleſiaſticis cap. XV. diſpar itidem numerus ſervatus fuit. At difficultas hoc proponitur quomodo componantur ad locum* Libri Diurni Romanorum Pontificum *tit. VII, pag. 67 edit. Joannis Garnerii, ubi Epiſcopus ait*: Spondeo atque promitto me omni tempore per ſingulos dies, a primo gallo uſque mane, cum omni ordine Clericorum meorum Vigilias in Eccleſia celebrare, ita ut ..... ab hoc Æquinoctio (*ſcilicet Autumni*) ad Paſcha quatuor Lectiones cum Reſponſoriis, & Antiphonis ſuis dicantur. *Hoc ſane tum noſtro huic Ordini, tum dictis ſuperius contraire certiſſime patet: at meminiſſe oportet non unum fuiſſe antiquitus omnium Eccleſiarum morem in divinis celebrandis Officiis: quæ etiam ad Epiſcopi, Abbatis, aut cujuſvis Eccleſiæ rectoris nutum ſæpe mutabantur: licet Romana Eccleſia diſparem in Lectionibus nocturni Curſus præcipiat, a Monachis plerumque duodecim legebantur, uti*

*modo ; quia antiquitus talis conſuetudo non fuit .*

*De eo quod licitum eſt , ſi evenerit duas Antiphonas in Euangelio dicere , primam de ipſo die , aliam de Natalitiis Sanctorum , aut undelibet evenerit.*

*De eo quod licitum eſt ( ſi neceſſe fuerit , aut tardior hora eſt ) Tertiam vel Sextam ſeu & Nonam inſimul cantare , & tantum ſemel* , Deus in adjutorium meum [ intende , ] *dicere ; ſimiliter & Reſponſorium vel Verſum tantum unum poſt finitam Novam cantare .*

## *De Feſtis Sanctorum , qualiter apud Romanos celebrentur .*

*In primis congregant ſe ad Eccleſiam ſero , ad Vigilias peragendas illius Sancti , cujus Natalis fuerit .* Domine labia mea aperies , *& Invitatorium non dicunt ; ſed ſtatim incipiunt Antiph. in Pſalmos cujuſcumque fuerit aut Apoſtolorum aut cujuslibet Sanctorum . Qui voluerint novem Lectiones facere , novem Pſalmos decantent ; qui vero ſeptem , cantent ſex ; qui vero quinque , ſimiliter ſex .*

*Ad Veſperas , ſi fuerint Antiphonæ propriæ , dicuntur , ſin autem ,* Alleluja *dicitur . In*[a] *Euangelio dicatur Antiphona de Sanctis .*

*Item in nocte Feſtivitatis ipſorum , ad Nocturnos in* Venite [ exultemus , ] *Antiphona ( ideſt Invitatorium ) de Sanctis , Minorem . Pſalmos Cotidianos deſerunt , & Verſus de Sanctis . Lectiones aut tres , aut quinque , aut ſeptem , aut ( ſi voluerint ) novem ad ipſum Natalitium pertinentes , leguntur . Reſponſoria vero de ipſo die Sanctorum . In Matutinis Laudibus , ſi propriæ fuerint Antiphonæ , Pſalmi dicuntur Dominicales ; ſin vero , Pſalmi dicuntur Cotidiani ; Antiph. de Sanctis in ipſis Pſalmis. In Euangelio , Antiphona , ſi propria fuerit , ipſa dicitur ; quod ſi non , qualem volueris , dicis .*

*Ad*

a. In Cod. S. Galli . In benedictione & in Euangelio Ant. &c.

*uti a Martene* de antiquis Monachorum ritibus *edocemur : in nocte Natalis Domini juxta Caſarium Arelatenſem in Regula recapitulatione cap.xv , in Gallia duodecim Lectiones legebantur , & totidem præſcribi in Lectionario Luxovienſi antiquiſſimo teſtatur laudatus Martene* de Antiq. Eccl. diſcipl. in Div. eccleb. Officiis *cap.xii , pag.83. Idem etiam noſtri hujuſce Ordinis locus , cujus verba veteris ritus aliquam reſtitutionem indicare videntur , innuit fortaſſe eidem ritui derogatum alienando fuiſſe : quod de aliis ritibus ſubinde in ipſa Romana Eccleſia evenuiſſe multis in hoc noſtro præſenti volumine exemplis edocemur . Nec quemquam moveat vetus monimentum ſupra laudatum inſcribi* Librum diurnum Romanorum Pontificum : *exinde enim non ſequitur illum librum ad uſum ſolius Romanæ Eccleſiæ olim fuiſſe , aut ſolos germanicos in eo haberi ejuſdem Eccleſiæ veteres ritus : quandoquidem conſtat & ejuſmodi libros ab Eccleſia Romana initio profectos , Romanæ Eccleſiæ inſcriptionem retinuiſſe & poſtquam ad alterius Eccleſiæ uſum accommodati erant : Monaſterii ſancti Galli Antiphonarium a Thomaſio hoc in volumine vulgatum Gregorii Magni nomen in fronte præ ſe fert :* Hoc quoque Gregorius &c. *Antiphonarium alter ad uſum Cœnobii Sancti Petri Ferrarienſis in Gallia ſimili modo ſub Gregorii nomine inſcribitur ſuperiori pag.172 . Hoc idem de quo agimus , Romani Ordinis fragmentum , quantum veterem ipſum membranam expendendo conjicere mihi licuit , ad uſum alicujus Galliarum Eccleſiæ fuit : nec tamen quod Eccleſiæ Romanæ libri dicantur , inde colligi poteſt ſolos illius Eccleſiæ ritus in iiſdem reperiri . Ad hæc noſter* Libri Diurni *locus Ven. Thomaſii opinione in ſua ad præſens volumen Præfat. Gregorii Magni ætatem antecedit ; quibus animadverſis omnis qua proponi poteſt , evaneſcit difficultas . Ceterum de* Libro diurno Romanorum Pontificum , *cujus diu ab eruditis viris expectati publice edendi ex veluſtiſſima membrana Roma curam ſuſcepit Holſtenius : quem demum ex altero Mſ. Cod. vulgavit P. Garnerius Pariſiis anno* MDCLXXX , *videatur Garnerius ipſe in Præfatione ad eumdem Librum ; Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis prioris libri Dialogo* XX , *pag.233 , & qui eumdem Antonium Auguſt. notis illuſtravit Stephanus Baluzius pag.433 : inſuper & Mabillonius Muſei Italici tom.I , pag.75 partis I , & pag.32 alterius II partis.*

*Ad Veſperas* [a] *in majorum Feſtorum, dicuntur Pſalmi de Sanctis. In Evangelio Antiphona, ut ſupra diximus. In Minore Feſto, tantum Verſus & Antiphonam in Evangelio dicant de Sanctis.*

*Paſſiones* [1] *Sanctorum vel Geſta ipſorum, uſque Adriani tempora tantummodo ibi legebantur; ubi Eccleſia ipſius Sancti vel Titulus erat. Ipſe vero a tempore ſuo* [b] *renuere juſſit, & in Eccleſia Sancti Petri legendas eſſe conſtituit.*

† *Incipit Ordo a Dominica Mediana uſque in Octavam Paſchæ de Officiis Divinis diebus ac noctibus breviter digeſtus.*

*Dominica quinta de Paſſione Domini, ponunt Hieremiam Prophetam: uſque in Cœnam Domini legitur.*

*A Dominica, quam Sedes Apoſtolica* [2] *Medianam voluit nuncupari, uſum obſervantiæ credimus intimandum; unde & ea quæ ipſa die dicuntur, numerum dierum oſtendunt, ut eſt illud.* Quarta decima die ad veſperum, & *paulo poſt.* In quintadecima ſolempnitatem celebrabitis. *A quo die uſque in Vigiliam ſanctæ Dominicæ Reſurrectionis, ut in nullo Reſponſorio decantetur,* Gloria Patri, *nec in* Venite: *a Cœna vero Domini nec in Pſalmis, nec in nullo loco decantetur,* Gloria Patri, *uſque in Paſcha.*

*De Officiis Divinis in Cœna Domini uſque in Octavam Pentecoſtes.*

*Feria Quinta Majoris Hebdomadæ, eadem nocte ſurgitur ad Vigilias hora noctis octava; & tangitur* [3] *campanæ ſignum ſicut aliis diebus (& poſt hæc non tangitur ad Matutinum, niſi in nocte ſancti Paſchæ) & tunc Eccleſia omni lumine decoretur. Venientibus autem omnibus in Eccleſiam, infra Chorum more ſolito non dicatur,* Domine labia mea aperies, *nec,* Deus in adjutorium meum intende, *nec,* Venite; *ſed Cantor incipiat in Pſalmis Antiphonam,* Zelus domus tuæ comedit me; *& reliquas ſicut in Antiphonario continetur. In fine Pſalmorum non dicatur* Gloria, *nec in Reſponſoriis, nec in nullo loco, nec finis ſubtrahatur. Poſt tres Pſalmos dicatur verſus pleniter, non* (A) *ſubtrahendo finem; ſed & in finem*

*a.* In eod. Cod. In Majorum Feſta Sanctorum. *b.* In eod. Cod. renovere.

(A) *Non ſubtrahendo finem.* Quid ſit Verſum pleniter quidem dicere, ſed ejuſdem finem non ſubtrahere, res eſt mihi aliquantulum obſcura. Invenitur in antiquioribus Ritualibus præſertim Prænonſtratenſibus ejuſmodi locutio, ſed ejus ſignificantia non traditur. In Regula ſancti Benedicti cap. 13 præſcribitur, ut *Pſalmus LXVI dicatur ſine Antiphona, ſubtrahendo modice ſicut in Dominica, ut omnes occurrant ad Quinquageſimum*

(1) *Celebris evaſit apud Scriptores Thomaſio poſteriores locus iſte, poſtquam ex eo Mabillonius Commentarii in Ordinem Romanum §. XIX, num. 1, pag. CXXVII, & CXXVIII, atque Martene* De antiq. Eccl. Diſcipl. in Divin. celeb. Officiis cap. V, *num. IV, pag. 31, collegerunt Geſta ſi decretum de non uſurpandis in Sacris Lectionibus Martyrum Actis, uſque ad Adriani primi tempora in Romana Eccleſia perduraſſe. Geſaſii illud decretum vide apud Fon aninum ad calcem ſui Tract. de Antiquitatibus Aorta.*

(2) *Repete quæ diximus ſupra ad pag. 307 not. 2 occaſione ejuſdem vocis.*

(3) *Vetus Ordo in die Cœna Domini a Menardo editum nota 282 in Sacram. Gregor. ſicut & Ordo X apud Mabill. Muſei tom. II, pag. 97 diſerte præcipit, ut mane* hora tertia vel texta ſonetur ſignum, ut omnes veniant in Eccleſiam. *Ad hæc in eodem Menardi Ordine legimus:* Ipſo die ſonentur campanæ ad Miſſam & ad ceteras horas, ſicut mos eſt diebus feſtis, & ſic ſileant uſque in Sabbato ſancto.

*finem Nocturni Lector benedictionem non petit ; nec Pontifex aut Presbyter more ſolito benedictionem complet ; & quando finit Lector lectionem, non dicit,* Tu autem Domine, *ſed ex verbis Lectionis jubetur facere finem, aut certe ex terminatione. Lectiones vero leguntur tres de Lamentationibus Hieremiæ Prophetæ, ab eo loco ubi dicit* : Quomodo ſedet ſola civitas ! *cum pronuntiatione* Aleph, *uſque*, Cogitavit Dominus diſſipare murum filiæ Sion. *Tres de Tractatu ſancti Auguſtini in Pſalmo ſexageſimo tertio, ideſt*, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor ; *& tres de Apoſtolo. Prima, ubi ait ad Corinthios cap.* [1] *cap.* LVII. Ego accepi a Domino quod & tradidi vobis. *Secunda Lectio ſic incipit*: Similiter poſtquam cœnavit. *Tertia* : De Spiritualibus autem, nolumus vos ignorare. *Novem itaque Pſalmi, novem Lectiones, novem Reſponſoria per omnia complenda ſunt. Accenduntur in quibuſdam locis in hac nocte* XXIV *lumina, & extinguuntur per ſingulas Lectiones & Reſponſoria ; quæ ſimul per tres noctes fiunt* LXXII. *Lumen autem Eccleſiæ, apud Romanos ab initio cantus nocturni inchoatur extingui, hoc tantum ordine, ut ab introitu ipſius Eccleſiæ incipit paulatim tutari ; ut verbi gratia, peracto primo Nocturno, videatur eorum pars tertia eſſe extincta ; medio Nocturno iterum tertia ; tertio vero expleto ( exceptis ſeptem lampadibus ) nihil luminis relinquatur. Sequuntur Matutini, in quibus ſimiliter non dicatur*, Deus in adjutorium meum intende, *nec*, Gloria Patri ; *ſed Antiphonæ tantum ſuper Matutinas Laudes : & in Matutinis ſeptem lampades hoc ordine extinguantur : in initio Pſalmi primi ſit Cuſtos ſemper paratus in loco dextræ partis Eccleſiæ prope lampades ; at ubi audierit primam Antiphonam, tenens cannam in manu ſua, tutat lampadem unam ; in finem vero Pſalmi ipſius, tutat aliam ſiniſtræ partis ; ſic una ex parte una, alia ex parte alia tutentur uſque ad Evangelium. In Evangelio vero ante* Benedictus, *non dicatur Lectio, ſed Verſus tantum ; & ſtatim tutatur mediana lampada, vel ſubtrabitur & ſervatur, ut ita veniat, ut* Benedictus Dominus Deus Iſrahel, *abſque lumine pſallatur.* Benedictus *finito cum Antiphona, non dicatur*, Kyrie eleiſon, *nec*, Et ne nos inducas in tentationem, *neque Preces, neque Orationes alta voce more ſolito, ſed* [2] *cum tacite ; factoque ſigno a Priore, omnes pariter ſurgunt ; ſicque finiantur Vigiliæ Nocturnæ atque Matutini. Matutino autem completo, vadunt per Oratoria, Pſalmos canendo cum Antiphonis, ſine* Gloria.

*Eodem*

a. forte, Tantum.

*mum* Pſalmum. Quo in loco ſubtrahere nil aliud eſt, quam vocem protrahere. Idcireo ( ni fallor ) inde petita explanatione, dicendum videtur ut Verſus in hoc triduo dicantur quidem pleniter, ſed eorum finis non protrahatur per plures Notas, ut fieri ſolet in ejuſmodi Verſibus decantandis. Quam interpretationem noſtra tempora confirmant ; nam Cantores in triduo majoris hebdomadæ Neuma abſcindunt a Verſibus, breviore eos Nota concludendo.

(1) *Vide Thomaſium Admonit. prævia in alteram veterum Sacror. Biblior. Titulorum Partem pag.* 295 *tom.* 1, *noſtræ editionis. Hinc ſane patet quem uſum habent veteres ſacrorum Bibliorum Sectiones.*

*Eodem die Altari templi & parietes, ſive pavimenta Eccleſiæ laventur, & vaſa Domino ſacrata purificantur.*

*Ad Primam autem non dicitur*, Deus in adjutorium meum, *ſed tantum Pſalmi*, *ſine* Gloria, *& ſine* Kyrie eleiſon, *ac ſine Precibus: ſed tantum in Choro communiter ſtent prout ſupra, & ita finiatur: ſimiliter eodem die Tertia, Sexta, Nona.*

---

# *In antiqua membrana inſerta Codici membranaceo M.S. Bibliothecæ Vaticanæ num.651 extant hæc ℟℟. & Antiph. de S. Anna, antiquioribus notis muſicis ſignata.*

[*De ſancta Anna.*]

[℟.] O fulgens clara ſtirps Davitica, micans quaſi Solis jubar in æthera! Ex qua proceſſit Anna inſigniter glorioſa, & felix meritis fulgens præcipuis.

℣. Nobilis vere dignaque progenies, cunctoque Mundo valde gratioſa. Ex qua.

℟. Venerabilis, Deo digna, Anna beatam Mariam concipiens, immenſas Deo ſine defectu gratias reddebat.

℣. Beatiſſima & glorioſa Anna ſuperno munere ditata, Chriſti Salvatoris genitricem almam. Concipiens.

℟. Nobilem & [a]quem nimis utilem, o glorioſa Anna fructum protuliſti! hic tuus fructus, Maria eſt Mater Domini, ſalus Mundi, baculum deſeſſis, ſpes miſeris.

℣. Gaude & lætare o beata Anna; proles tua eſt. Mater Domini.

℟. Beata Anna munere ſuperno ditata, Genitricem Chriſti Salvatoris Mariam genuit; ideo ab omnibus eſt laudanda & veneranda.

℣. Digniſſimis extollenda eſt Anna beata preconiis, Domini quæ Matrem ſanctiſſimam. Mariam.

℟. O quam dulcis pietas Domini, quæ beatam Annam ex præſenti ærumpna in cæli tranſvexit curiam! cum ſacra Virgine Maria ſine fine Deum conlaudans.

℣. Clariſſima dignaque Deo, ſuſcipe precum libamina, quæ in cæli gloria es tranſvecta. Deum.

*Ant.* Gaude Anna beata, Domino dilecta, quæ prolem talem peperiſti, ut Deum proferret Salvatorem Mundi: vere digna es; claram Virginem edidiſti Mariam, quæ hominum nutrivit Dominum. Anna ſacratiſſima, Nata tua

a. quam.

(1) *Membrana illa inſignem antiquitatem redolere videtur, at in ea determinanda ſicente Thomaſio nil quod veriſimile videatur in præſentia & nobis dicere occurrit.*

tua Filium Altiſſimi aluit. Anna beata, ex tua carne nata eſt Domini Mater; decus virginum, ſolatium miſerorum; precamur te ergo, miſerere jam noſtri, ut ante faciem Domini ſine fine gaudeamus. Alleluja.

---

## *Ex Cod. Toloſano, Feria V in Cœna Domini ante reconciliationem Pœnitentium, apud Jo. Morinum in excerptis de antiquis Sacramentorum libris, in Appendice ad ſuum de Pœnitentia Commentarium pag. 61.*

[ *Officium ſive Vigiliæ & Matutinum pro Pœnitentibus.* ]

Deus in adjutorium meum intende, *cum*, Gloria & Laus tibi Domine.

*Ant. in Invitatorio.*

Adoremus Dominum.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Reſpice, & exaudi me Domine Deus meus; illumina oculos meos. *Pſal.* Uſquequo Domine.

*Ant.* Inclina Domine aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. *Pſal.* Exaudi Domine juſtitiam meam.

*Ant.* Deus meus es tu; in te confido, non erubeſcam. *Pſal.* Ad te Domine levavi animam meam.

℣. Delicta juventutis meæ.

*Lectio Eſaiæ Prophetæ.*

Hæc dicit Dominus. Lavamini, mundi eſtote; auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis; *uſque ad illa verba*, Bona terræ comedetis, dicit Dominus omnipotens.

℟. Adjutor meus eſto Deus. ℣. Neque deſpicias me. [ *Require pag.* 200. ]

*Lectio Eſaiæ Prophetæ.*

Hæc dicit Dominus. Deus juſtus & ſalvator non eſt præter me. Convertimini ad me, & ſalvi eritis, *uſque ad illa verba*, De terra longinqua virum voluntatis meæ.

*Reſp.* Auribus percipe Domine lachrymas. [ *pag.* 200. ] ℣. Vide Domine humilitatem meam & laborem, *uſque*, peccata mea.

*Lectio Eſaiæ Prophetæ.*

Hæc dicit Dominus. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo. Qui ambulavit in directione ſua, *uſque ad illa verba*, Dixit Dominus, & ſanavit eum.

℟. Ego dixi, Domine. [ *ibid.* ] ℣. Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me.

IN II NOCTURNO.

*Ant.* In tua juſtitia. [ *Req. pag.* 53. ] *Pſal.* In te Domine ſperavi.

*Ant.* Expugna. [ *Require ibidem.* ] *Pſal.* Judica Domine.

*Ant.* Sana Domine animam. [ *Require pag.* 54. ] *Pſ.* Beatus qui intelligit.

℣. Propter nomen tuum Domine [ propitiaberis peccato meo. ] [ Copioſum eſt enim. ]

*Lect.*

*Lect. Ezechielis Prophetæ.*

Hæc dicit Dominus. Anima quæ peccaverit, ipſa morietur, *uſque ad illa verba*, Et dixiſtis. Non eſt æqua via Domini.

℟. Peccata mea Domine. [ *Requ. pag.* 59. ]

℣. Iniquitates meæ, Domine, ſupergreſſæ ſunt caput meum *&c.*

*Lectio Ezechielis Prophetæ.*

Audite domus Iſrael. Numquid via mea non eſt æqua? *uſque ad illa verba*, Vita vivet, & non morietur, dicit Dominus Omnipotens?

℟. Ne perdideris me.

℣. Miſerere mei Deus, miſerere mei. [ *Req. pag.* 201. ]

*Lectio Ezechielis Prophetæ.*

In diebus illis factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, die ad domum Iſrael, *uſque ad illa verba*, In quacumque die converſus fuerit ab impietate ſua.

℟. Tribularer. ℣. Secundum multitudinem dolorum meorum. [ *Require pag.* 72. ]

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Quærite Dominum, & vivetis. *Pſal.* [ LXVIII ] Salvum me fac Deus.

*Ant.* Domine Deus in adjutorium [ meum intende. ] *Pſal.* Domine ad adjuvandum.

*Ant.* Eſto mihi in Deum [ protectorem. ] *Pſ.* [ LXX ] In te Domine ſperavi.

℣. Deus ne elongeris a me.

Deus meus in auxilium [ meum reſpice. ]

*Lectio Epiſtolæ beati Joannis Apoſtoli.*

Chariſſimi, hæc eſt adnuntiatio quam audivimus ab eo, & adnuntiamus vobis, *uſque ad illa verba*, Et verbum ejus non eſt in nobis.

℟. Emendemus in melius. [℣.] Peccavimus cum patribus noſtris. [ *Require pag.* 72. ]

*Lectio Epiſtolæ beati Joannis Apoſtoli.*

Filioli, hæc ſcribo vobis, ut non peccetis, *uſque ad illa verba*, Debet, ſicut ille ambulavit, & ipſe ambulare.

℟. Afflicti pro peccatis. [ *Require pag.* 200. ]

℣. Domine Deus Iſrael exaudi preces noſtras; auribus percipe dolorem cordis noſtri.

*Lectio Epiſtolæ B. Pauli Apoſtoli ad Coloſſenſes.*

Fratres; mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiem, *uſque ad illa verba*, Charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis.

℟. Scindite corda veſtra. ℣. Revertimini unuſquiſque.

*Ad Matutin.*

*Ant.* Cor mundum crea in me Deus. *Pſal.* Miſerere mei Deus.

*Ant.* O Domine ſalvum me fac. [ *Req. pag.* 73. ] *Pſal.* Confitemini Domino.

*Ant.* Sic benedicam te. [ *Requ. ibidem.* ] *Pſal.* Deus, Deus meus.

*Ant.* In ſpiritu humilitatis. [ *Require ibidem.* ] *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Domine Deus Rex omnipotens libera nos. [ *Pſ.* Laudate. ]

℣. Exurge Domine adjuva nos. [ *Require pag.* 203. ]

*In Evangelio.*

*Ant.* Derelinquat impius.

# *Ex vetuſto Cod. M.S. membranaceo Archivi Baſilicæ Vaticanæ S. Petri num.* 1, *in quo poſt infirmi unctionem de oleo ſanctificato, ejuſdemque communionem de corpore & ſanguine Domini &c. hæc ſubnectuntur.*

*Debent etiam* (A) *Sacerdotes & Miniſtri Eccleſiæ cum ſumma reverentia infirmis decantare per ſingulos dies Veſpera & Matutinum cum Tmno.*

*Incipit Vigil. pro Infirmis.*

*Ant. in* 1 *Vigilia.*

*Ant.* Domine, puer meus jacet paralyticus in domo, & male torquetur. Amen dico tibi, Ego veniam, & curabo eum. *Pſal.* Beatus vir.

℣. Domine, non ſum dignus ut intres [*&c.*]

*Ant.* Domine, non ſum dignus ut intres ſub tectum meum; ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer meus. *Pſal.* Quare.

℣. Nam & ego homo ſum.

*Ant.* Omnes qui habebant infirmos ducebant illos ad Jeſum, & ſanabantur. *Pſal.* Domine quid multiplicati.

℣. At ille ſingulis manus imponens, [curabat eos.]

℟. Domine puer meus. ℣. Domine non ſum dignus. [*Require pag.* 71.]

℟. Cum invocarem te. ℣. Filii hominum. [*Require pag.* 51.]

℟. Domine, ne in ira tua. ℣. Timor & tremor. [*Require ibidem.*]

*In* 11 *Vigilia.*

*Ant.* Domine, non habeo hominem, ut dum mota fuerit aqua, mittam me in piſcinam. *Pſal.* Cum invocarem te.

℣. Dum enim ego venio, alius ante me deſcendit.

*Ant.* Angelus Domini deſcendit de cælo; movebatur aqua, & ſanabatur unus. *Pſal.* Domine Dominus noſter.

℣. Quicumque prior [a] deſcendit [in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.]

*Ant.* Qui me ſalvum fecit, ipſe mihi præcepit: Tolle grabatum tuum, & am-

a. deſcendebat.

(A) *Debent Sacerdotes & Miniſtri &c.* Vide notas Menardi [2] ad Sacramentarium S. Gregorii pag. 343. & lib. 2 Miraculorum S. Benedicti auctore Victore Papa, num. 20, to. 2, Sæculi x Benedictini.

(1) *Num. 1 intelligo juxta veterem illius Archivi diſpoſitionem, non ex poſt hanc Thomaſii editionem mutata, ut alibi, in primo præſertim noſtræ Collectionis tomo, dicere nobis opus fuit, Mſ. hoc loco laudatus, & ex parte typis vulgatus; neque a me, neque eorum ope, qui ſibi tunc Archivi veteres membranas evolvunt, rem vix hactenus potuit.*

(2) *Apud Menardum loco ibi indicato, in antiquo Ordine ad ungendum infirmum, poſt ritum olei ſanctificati ejuſque unctionem, & aſſumtam Euchariſtiam, legitur:* Debent etiam ex miniſtris Sanctæ Dei Eccleſiæ cum ſumma reverentia infirmis decantare per ſingulos dies & noctes, veſpertinales & matutinales laudes pleniter ſicut mos eſt in Eccleſia. *Videtur haud ſuboſcore indicatus ejus generis ritus & a Martene de Antiquis Monach. Ritibus lib.* v, *cap.* ix.

& ambula in pace. *Pſal.* In Domino confido.

℣. Et dixit illi Jeſus: Ecce ſanus factus [es; jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.]

℟. Deus qui ſedes ſuper thronos. ℣. Adjutor. [*Require pag.* 51.]

℟. Auribus percipe Domine lacrymas. ℣. Dixi, Cuſtodiam. [*Req. pag.* 55.]

℟. Tibi ſoli peccavi. ℣. Amplius lava. [*Require ibid.*]

*In* III *Vigilia.*

*Ant.* Multitudo languentium veniebant ad eum, & ſanabantur omnes. *Pſ.* Domine quis. ℣. At ille. [*ut ſupra.*]

*Ant.* Conſerva me Domine, quoniam in te ſperavi. [*Pſalmus idem.*]

℣. Dixi Domino, Deus meus es tu.

*Ant.* Vade ad Jordanem, & lavare ſepties, & recipiet caro tua priſtinam ſanitatem. *Pſ.* Exaudiat te Dominus. ℣. Miſitque ad eum Eliſæus nuntios, [dicens.]

℟. Exaudi Deus deprecationem. ℣. Dum anxiaretur. [*Req. pag.* 56.]

℟. Peccata mea Domine. ℣. Sana me Domine. [*Req. pag.* 59.]

*In Matut.*

*Ant.* Domine puer meus. *Pſal.* Dominus regnavit.

℣. Domine non ſum dignus.

*Ant.* Domine, non ſum dignus. *Pſal.* Jubilate.

℣. Nam & ego.

*Ant.* Vade ad Jordanem. *Pſal.* Deus Deus.

℣. Miſitque.

*Ant.* Qui me ſalvum fecit. *Pſal.* Benedicite.

*Ant.* Omnes qui habebant. *Pſal.* Laudate.

℣. At ille ſingulis.

℣. Sana me Domine.

*Tonus ad Officium pro Infirmis.*

Chriſte cæleſtis medicina Patris, verus humanæ medicus ſalutis, [a] providere plebis precibus potenter pande favorem.

En [b] nos infirmos tibi ſupplicamus, quos nocens peſtis valitudo quaſſat; ut pius [c] morbum releves [d] jacentem, quo quatiuntur.

Qui poteſtate manifeſtus extans, mox Petri ſocrum febribus jacentem, Reguli prolem, puerumque ſalvans Centurionis.

Ferto languenti populo vigorem; affluc largam populis ſalutem; [e] priſtinum more ſolito reformes viribus ægros.

Corporum morbos animæque ſana, vulnerum cauſis adhibe medelam; ne ſine fructu cruciatus urat corpora noſtra.

Omnis impulſus perimens recedat; omnis incurſus crucians, liqueſcat; vigor optatæ foveat ſalutis membra dolentis.

Fletibus noſtris miſerere Chriſte, ſub quibus te nunc petimus mederi; ut tua noſter recubans medelam ſentiat æger.

Quo (per illata mala dum gravatur) eruditorum numero decorus, utpote ſcandat, ſociante fructu, regna polorum.

Gloria Patri, unigenitæque Proli, & Paraclito tibi, Sancte ſemper; ſimplici ſanctæ quoque Trinitati ſidera clament. Amen.

*In Euangel.*

*Ant.* Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. alleluja. [*Cant.* Benedictus.]

[℣.] Uſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo.



*a.* providæ. *b.* ob. *c.* morbo. *d.* jacentes. *e.* priſtinis.

# *Ex eodem Cod. M.S. membranaceo Archivi Baſilicæ Vaticanæ S. Petri.*

*Oratio* (A) *quando anima egreditur de corpore.*

*Primitus fiat Litania.*

Deus miſericors *&c.*

*Item Commendatio animæ.*

Proficiſcere anima Chriſtiana *&c.*

*Poſtquam autem defunctus fuerit.*

*Primo dicatur iſta Collecta.*

Piæ recordationis affectu *&c.*

*Poſtea cantent iſtud Reſponſum ſine Verſu.*

Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, ſuſcipientes animam ejus, offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

Deus cui omnia vivunt, & cui non pereunt *&c.* tu pius & miſericors ablue indulgendo. Per.

*Tunc imponat Cantor iſtam Antiph.*

*Ant.* Suſcipiat te Chriſtus qui vocavit te; & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te. *Pſal.* In exitu Iſrael.

*Alia Oratio.*

Suſcipe Domine animam ſervi tui *N.* quam de ergaſtulo *&c.* & inter Sanctos & Electos tuos in reſurrectionis gloria reſuſcitari mereatur. Per.

*Antiphona.*

Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & in ſinu Abrahæ ibi te collocet; ut cum Lazaro paupere æternam habeas requiem.

*Dicant ſimul* Cyrie eleyſon, *ter*, & Pater noſter.

*Item Capitula.*

*Ant.* In memoria æterna erit juſtus. [Ab auditu malo non timebit.]

℣. Anima ejus in bonis demorabitur. [Et ſemen ejus hereditatem poſſidebit terram.]

℣. Ne intres in judicio cum ſervo tuo Domine. [Quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.]

℣. Ne tradas beſtiis animam confitentem tibi. [Et animam pauperis tui ne oblivíſcaris in finem.]

℣. Requiem æternam dona ei Domine. [Et lux perpetua luceat ei.]

℣. A porta inferi. [Erue Domine animam ejus.

** ℣. Dominus vobiſcum. *

Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine; quoniam apud te *&c.* qui dum viveret, inſignitus eſt ſignaculo Trinitatis. Per.

Requiem æternam dona ei Domine.

** ℣. Et lux *

Requieſcant in pace.

** ℣. Amen. *

*Poſtea* [a] *lavetur corpus, & ponatur in*

a. In Codice deleta ſunt inducta linea.

(A) *Oratio quando anima egreditur a corpore &c.* Amalar. cap. 79. *Inveni in Romano & in Metenſi Antiphonariis ordinem ſcriptum, quomodo fungi officio conveniat circa fines hominum & circa ſepulturam eorum.* Nunc uſque nihil occurrit in veteribus monumentis Eccleſiæ Romanæ circa Officia prædicta ritus antiquioris; quapropter ſi quis exiſtimaverit hæc ipſa eſſe quorum meminit Amalarius, haud repugnabo.

(1) *Morem lavandi Defunctorum corpora antiquiſſimum in Eccleſia fuiſſe, inter noſtrates pluribus evincit Antonius Caraccioli in notis ad noſtras Conſtitutiones pag. 102, & 103.*

*in feretro ; & antequam egrediatur, facto ſigno collectis Fratribus, dicat hanc Orat.*

Deus vitæ dator, & humanorum corporum reparator &c. & Paradiſi amœnitate conſoveri jubeas. Per.

*Tunc ferent corpus in Eccleſiam, canentes Antiphonam iſtam.*

In Paradiſum deducant te Angeli; in tuo adventu ſuſcipiant te Martyres, & perducant te in civitatem ſanctam Hieruſalem.

*Pſal.* Ad te Domine levavi:

Tu juſſiſti naſci me Domine; tu promiſiſti ut reſurgerem; juſſu tuo veniant Sancti; ne derelinquas me, quia pius [ es. ]

*Pſalm.* Te decet ymnus, Deus.

---

*Incipiunt [a] Diaconiæ ſecundum Romanos.*

Requiem æternam dona ei Domine, & lux perpetua luceat ei. *Pſalm.* Te decet ymnus, Deus [ in Sion; & tibi reddetur votum in Jeruſalem. ] ℣. Exaudi orationem meam. [ ad te omnis caro veniet. ]

℟. Ne recorderis peccata mea Domine, dum veneris judicare Sæculum per ignem. [ ℣. ] Cui monti dicturus ſum in illo die. Cadite ſuper [ me, ] & abſcondite me.

℟. Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam & apparebo ante faciem Domini? *Pſal.* Sicut cervus [ deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. ]

*Ant.* Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes [ die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus? ]

*Alia Diaconia.*

Antequam naſcerer, noviſti me, ad imaginem tuam Domine plaſmaſti me; modo reddo tibi creatori animam meam. *Pſal.* Verba mea [ auribus percipe Domine, intellige clamorem meum; intende voci orationis meæ Rex meus & Deus meus. ] ℣. Quoniam ad te orabo [ Domine, mane exaudies vocem meam. ]

Induta eſt caro mea putredinem, & ſordibus pulveris cutis mea aruit & contracta eſt; memento Domine quia ventus eſt vita mea. ℣. Dies mei ſicut umbra declinaverunt, & ego ſicut fœnum arui.

*Ant.* Tu juſſiſti naſci me Domine, tu promiſiſti ut reſurgerem; juſſio tuo venit ut commendes terra corpus .... Ejus anima, quam dediſti, ſuſcipe illam Deus. *Pſalm.* Domine probaſti [ me, & cognoviſti me; tu cognoviſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam. ] ℣. Tu formaſti [ me, & poſuiſti ſuper me manum tuam. ]

*Alia Diaconia.*

De terra formaſti me, carne induiſti me Redemptor meus Domine; reſuſcita me in noviſſimo die. *Pſalm.* Domini eſt terra [ & plenitudo ejus, orbis terrarum, & univerſi qui habitant in ea. ] ℣. Ipſe ſuper [ maria fundavit eam, & ſuper flumina præparavit illam. ]

℟. Credo quia Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſuſcitabis me, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. ℣. Quem viſurus ſum ego ipſe & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt.

*Ant.* Credo Domine .... Deus meus Jeſu Chriſte, carnis reſurrectionem & vitam

a. terræ corpus meum.

(1) *Vide quæ dicta ſunt ad Antiphonarium Romanæ Eccleſiæ pag. 165.*

vitam æternam; ſed ut tantum deprecor tuam clementiam ut non inter hædos, ſed inter oves conſortium [a] ejus. *Pſalm.* Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem [ cæli & terræ. ] ℣. Viſibilium omnium & inviſibilium.

*Ant. ante feretrum.*

*Ant.* Anima ejus, quam creaſti Domine, ſuſcipe eam in regno tuo, & in ſinu Abrahæ collocari jubeas, ut cum beato Lazaro portionem accipiat. *Pſ.* Deus in nomine tuo [ ſalvum me fac; & in virtute tua libera me. ]

Audi nos Chriſte Jeſu Deus excelſiſſime; miſerere, te rogamus, Pater clementiſſime, qui de cælo deſcendiſti pro humano genere.

Crucifixus, lanceatus, & effuſo ſanguine, ad inferos deſcendiſti, ut Adam redimeres. Jeſus Chriſtus eſt redemptor, qui eſt creator omnium. *Pſalm.* Laudate Dominum omnes gentes; [ & collaudate eum omnes populi. ]

*Ant.* Ad extrema montium deſcendi: terræ vectes concluſerunt me in æternum; & ſublevabis de corruptione [b] vitæ meæ, Domine Deus meus. *Pſal.* Ad Dominum, dum [ tribularer, clamavi, & exaudivit me. ]

*Ant.* Qui cognoſcis omnium occulta, a delicto meo munda me. Tempus mihi concede, repœnitens clamem: Peccavi tibi, miſerere mei Deus. *Pſal.* Secundum magnam miſericordiam tuam.

*Ant.* Læto animo pergo ad te; ſuſcipe me Domine, quia de limo terræ plaſmaſti me.

Spiritus de cælo [c] introibit in me; juſſio tua venit, ut commendes terræ corpus meum. Animam quam dediſti, ſuſcipe illam Deus. *Pſal.* Deus miſereatur nobis [ & benedicat nos; illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur nobis. ]

*Ant.* De terra ſum formatus, & in terram iterum redeo; quid facio animæ meæ [d] Judicium paratum eſt, & ego ſum inparatus. Sancte Salvator ſalva nos. *Pſalm.* Ad te levavi oculos meos, [ qui habitas in cælo. ]

*Ant. per viam.*

Dirige Domine Deus meus in conſpectu tuo viam meam.

*Ant.* Secundum magnam miſericordiam tuam Domine miſerere mei, & exultabunt oſſa humiliata.

*Alia.*

Domine Deus in multitudine miſericordiæ tuæ ſperavi; deduc me in tua juſtitia in æternum.

*Ant.* Convertere Domine, & eripe animam meam; quia non eſt in morte qui memor ſit tui.

*Ant.* Nequando rapiat ut leo, animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.

*Ant.* Liveravit Dominus animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapſu; placebo Deo in regione vivorum.

*Ant.* Dextera tua, Domine, ſuſcepit me, diſciplina tua ipſa me docebit.

*Ant.* Anima mea Deo vivit, qui non avertit faciem ſuam a me.

Suſcipe Domine animam meam, & eripe me; non confundar, quoniam invocavi te; dimitte omnia peccata ejus.

Dominus ſuſcepit me, [d] qui ego credidi videre bona Domini in terra viventium.

*Ant.* Redemiſti me Deus veritatis; in ma-

*a.* meum ſit, vel habeam. *b.* Vitam meam. *c.* vel, Introivit. *d.* quia.

in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.

*Ant.* Suſcipiat te Chriſtus qui vocavit te, & in ſinum Habrahæ Angeli deducant te.

Induc . . eam Domine in montem hereditatis tuæ, & in ſanctuarium quod præparaverunt manus tuæ Domine.

*Ant.* Conſummatus in brevi, explicavit tempora longa; placita enim Deo eſt anima illius.

*Ant.* Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam; propter nomen tuum Domine vivificabis me, & educes de tribulatione animam illius.

*Ant.* Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & in ſinu Habrahæ ibi te collocet; ut cum Lazaro [a] quoddam paupere æternam invenias requiem.

*Alia ante ſepulchrum.*

Aperite [b] illi portas juſtitiæ, & ingreſſus in eas, confitebor Domino; hæc porta Domini, juſti intrabunt per eam.

*Pſal.* Confitemini Domino, quoniam bonus, [ quoniam in ſæculum miſericordia ejus. ] ℣. Non moriar, [ ſed vivam, & narrabo opera Domini. ]

*Quando corpus ingreditur.*

In conſpectu ejus procidunt omnes qui deſcendunt in terram; & anima mea Deo vivit, & ſemen meum ſerviet illi. *Pſal.* Deus Deus meus reſpice in me; quare me dereliquiſti? [ longe a ſalute mea verba delictorum meorum. ]

Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei. *Pſal.* Sicut cervus deſiderat [ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. ] ℣. In voce [ exultationis & confeſſionis, ſonus epulantis. ]

*Incipiunt Lectiones cum Reſponſoriis ſuis vel Antiphonis in Vigiliis Defunctorum.*

*Ant.* Dirige Domine Deus meus in conſpectu tuo viam meam. *Pſal.* Verba mea auribus.

*Ant.* Convertere Domine, & eripe animam meam; quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui. *Pſal.* Domine ne in ira tua.

*Ant.* Ne quando rapiat ut leo, animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat. *Pſal.* Domine Deus meus in te ſperavi.

℣. Covertere Domine & eripe.

*Lectio lib. Job.*

Parce mihi Domine. [ *ut in Breviario Romano.* ] Et ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam.

℟. Credo quia Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſim; & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

℣. Quem viſurus ſum ego ipſe & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Et in carne mea.

*Lectio lib. Job.*

Tædet animam meam vitæ meæ. [ *ex duabus lectionibus Breviarii Romani* Tædet, *&* Manus tuæ fecerunt me, *confecta.* ] Et viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.

℟. Qui conſolabatur me receſſit a me; quæro quod habui, & non invenio; fundunt oculi mei lacrymas, quia repletus ſum amaritudine.

℣. Fletum deduxerunt oculi mei, & palpebras meas operuit umbra mortis.

*Lectio lib. Job.*

Reſponde mihi. [ *ex duabus Lectionibus Brev. Romani* Reſponde, *&* Homo natus de muliere *conflata.* ] Quaſi Mercenarii, dies ejus.

℟. In-

a. quondam. b. mihi.

℟. Induta eſt caro mea putredine, & ſordibus pulveris cutis mea aruit, & contracta eſt; memento Domine quia ventus eſt vita mea.

℣. Dies mei ſicut umbra declinaverunt, & ego ſicut fœnum arui.

*In* II *Vigilia.*

*Ant.* In loco paſcuæ ibi me collocavit. *Pſal.* Dominus regit me.

*Ant.* Delicta juventutis & ignorantiæ meæ ne memineris Domine. *Pſal.* Ad te Domine levavi.

*Ant.* Credo videre bona Domini in terra viventium. *Pſal.* Dominus illuminatio mea, & ſalus mea.

*Lectio lib. Job.*

Quis mihi tribuat, *uſque*, Et non alius; repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. [*Conflatur hæc Lectio ex tribus lect. Breviarii Rom. nimirum*, Quis mihi hoc tribuat, &, Spiritus meus attenuabitur; *cujus poſtrema ſententia ſic exprimitur*, Ubi eſt ergo præſtolatio & patientia mea? *ſtatimque ſubjungitur*. Scio enim, quod Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die &c. *ut in fine* VIII *Lectionis in Breviario Romano*.]

℟. Auditu auris audivi te Domine, nunc autem oculus meus videt te; idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.

℣. Unum locutus ſum (quod utinam non dixiſſem!) & alterum, quibus ultra nihil addam, ſed ponam digitum ori meo.

*Lectio ſancti Auguſtini Epiſcopi.*

Tempus quod inter hominis mortem & ultimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas abditis receptaculis continet, ſicut unaquæque digna eſt vel requie vel pœna, pro eo quod ſortita eſt in carne, cum viveret. Neque enim negandum eſt, defunctorum animas pietate ſuorum viventium relevari, cum pro illis Sacrificium Mediatori offertur, vel eleemoſynæ in Eccleſia fiunt. Sed hæc eis proſunt; qui, cum viverent, hæc ſibi ut poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. Eſt enim quidam vivendi modus nec tam bonus, ut non requirat iſta poſt mortem; eſt vero talis in bono, ut his non indigeat; & eſt rurſus talis in malo, ut nec his valeat, cum hinc tranſierit, adjuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo poſſit poſt hanc vitam relevari quiſpiam vel gravari. Nemo autem ſe, ſperet quod hic neglexit, cum obierit, [apud] Dominum promereri. Non igitur iſta, quæ pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia, illi ſunt adverſa Apoſtolicæ ſententiæ, qua dictum eſt. Omnes enim aſtabimus ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque ſecundum ea quæ per corpus geſſit, ſive bonum ſive malum. Quia etiam hoc meritum ſibi quiſque, cum in corpore viveret, comparavit, ut ei poſſint iſta prodeſſe; non enim omnibus proſunt. Et quare non omnibus proſunt, niſi propter differentiam vitæ, quam quiſque geſſit in corpore? [a]

℟. Numquid Dominus ſupplantat judicium? aut Omnipotens ſubvertit quod juſtum eſt? libera me Domine, & pone me juxta te; & cujuſvis manus pugnet contra me.

℣. Apprehende arma & ſcutum, & exurge [in adjutorium mihi.]

*Lib. Sapientiæ.*

[b] Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli; ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena, & gemas in noviſſi-

a. In Enchiridio ad Laurentium cap. CIX & CX. b. Proverb. cap. v.

noviſſimis, quando conſumpſeris carnem & corpus tuum. [a] Melius nomen bonum, quam unguenta; & dies mortis, die nativitatis. Melius eſt ire ad domum luctus, quam ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum ammonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum ſit. [b] Memento Creatoris tui in die juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas: Non mihi placent: antequam tenebreſcat Sol & lumen & luna; quando commovebuntur cuſtodes domus, & [c] mirabuntur viri fortiſſimi, & otioſæ erunt molentes in minuto numero, & tenebreſcent videntes per foramina, & claudent oſtia in platea; & obſurdeſcent omnes filiæ carminis; excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via; quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ, & circuibunt in platea plangentes: & revertatur pulvis in terram ſuam unde erat, & ſpiritus redeat ad Dominum qui dedit illum.

℟. Inclinans faciem meam, ingemiſco; commovebor omnibus membris meis: ſcio enim, Domine, quia impunitum me non dimittis; ſed ſi ſum impius, quare non ſum mortuus, ſed laboro?

℣. O cuſtos hominum, quare me poſuiſti contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi gravis? parce mihi, nihil enim ſunt dies mei.

*In Tertia Vigilia.*

*Ant.* Anima mea exultabit in Domino, & delectabitur ſuper Salutare ſuo. *Pſalm.* Judica Domine nocentes.

*Antiph.* Complaceat tibi, Domine, ut eripias me: Domine ad adjuvandum me reſpice. *Pſal.* Expectans expectavi.

*Ant.* Sitivit anima mea ad Deum vivum; quando veniam & apparebo ante faciem Domini? *Pſal.* Sicut cervus deſiderat.

[d] *Lectio S. Auguſtini.*

Cum ergo ſacrificium ſive Altaris ſive quarumcumque eleemoſynarum pro defunctis omnibus baptizatis offertur; pro valde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valde malis propitiationes ſunt; pro valde [malis] etiamſi nulla ſunt adjumenta mortuorum, qualeſcumque vivorum conſolationes ſunt. Quibus autem proſunt, aut [ad] hoc proſunt ut ſit plena remiſſio, aut certe ut tollerabilior fiat ipſa damnatio. Poſt reſurrectionem vero, facto univerſo completoque Judicio, ſuos fines habebunt Civitates duæ, una Chriſti, altera diaboli: una bonorum, altera malorum; utraque tamen & Angelorum & hominum. Iſtis voluntas, illis facultas non poterit ulla eſſe peccandi, vel ulla conditio moriendi: iſtis in æterna vita vere fideliterque viventibus, illis infeliciter in æterna morte ſine moriendi poteſtate durantibus; quoniam utrique ſine fine. Sed in beatitudine iſti, alius alio præſtabilius; in miſeria vero illi, alius alio tollerabilius permanebunt.

℟. Ne recorderis peccata mea Domine, dum veneris judicare ſæculum per ignem.

℣. Cui monti dicturus ſum in illo die. Cadite ſuper me, & abſcondite me?

*Sermo ſancti Auguſtini Epiſcopi.*

*In Vigilias Mortuorum.*

*Lect. VIII.*

Quando celebramus dies fratrum



a. Eccleſ. cap. VII. b. Eccleſ. cap. XII. c. nutabuntur. d. In Enchiridio capp. CX & CXI. e. Serm. 173, tom. V.

defunctorum, in mente habere debemus, & quid ſperandum, & quid timendum ſit. Secundum hoc enim ſperandum eſt, quia pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus. Secundum hoc autem timendum eſt, quia peccatorum peſſima eſt. Ideoque propter ſpem, In memoria æterna erit juſtus; propter timorem, Ab auditu malo non timebit. Erit enim auditus, quo nullus ſit major, quando [a] dicitur ſiniſtris: Ite in ignem eternum. Ab hoc auditu malo juſtus non timebit; erit enim ad dexteram inter illos, quibus dicitur: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. In hac autem vita, quæ media ante ſumma bona & ante ſumma mala ducitur, in medio bonorum malorumque, ideſt, in neutra parte ſummorum; quia & bona quæcumque hic fuerunt homini, in comparatione bonorum æternorum nulla ſunt; & mala quæcumque in hac vita experitur homo, in comparatione ignis æterni nec comparanda ſunt: in hac ergo mediante vita, illud quod audivimus nunc ex Euangelio, tenere debemus. Qui credit in me (inquit) licet moriatur, vivit; & vitam pronuntiat, & mortem non negat. Qui credit in me (inquit) licet moriatur, vivit; licet moriatur corpore, vivit ſpiritu. Deinde adjungit: Et qui vivit, [&] credit in me, non morietur in æternum. Certe [b] licet morietur, quomodo ſi non morietur? Sed licet moriatur ad tempus, non morietur in æternum. Sic iſta ſolvitur quæſtio; ut non ſint contraria inter ſe verba Veritatis, & poſſint inſtruere affectu pietatis. Ergo licet corpore morituri ſumus, vivimus, ſi credimus. Eſt autem fides noſtra maxime diſcreta ab omni fide Gentilium, in reſurrectione mortuorum. Hanc enim omnino illi non recipiunt; quia ubi recipiunt, non habent, a Domino enim præparatur voluntas hominis, ut ſit fidei receptaculum. Dicit Dominus Judæis: Sermo meus non capit in vobis. Ergo in his capit, in quibus invenit quod capiat. In his enim invenit quod capiat ſermo, qui capit, quod Deus pollicendo, non decipit. Ille enim qui quærit ovem perditam, & quam quærat, novit, & ubi quærat; & quomodo membra ejus diſperſa congreget, & in unam ſalutem redigat; & ita conſtituat, ut ea ulterius non perdat.

℟. Qui Lazarum reſuſcitaſti ad monumentum fœtidum, tu ei Domine dona requiem, & locum indulgentiæ. [℣.] Qui reſuſcitaſti puellam infra domum & puerum viduæ. [℣.] Requiem æternam dona ei Domine.

[c] *Omilia S. Auguſtini.*

Audiſtis, fratres cariſſimi, in Lectione Euangelica Dominum dicentem. Sicut enim Pater ſuſcitat mortuos & vivificat; ſic & Filius, quos vult, vivificat: neque enim Pater judicat quemquam, ſed judicium omne dedit Filio: & majora his demonſtrabit ei opera, id eſt, non ſolum infirmos curare, ſed & mortuos ſuſcitare. Quod dicit: Neque Pater judicat quemquam, id eſt, ſecundum Divinitatem, quia nemo poteſt eum intueri nec videre, ut eſt illud: Deum nemo vidit umquam. Sed judicium omne dedit Filio, id eſt, ut ille qui fuit judicatus ſecundum carnem, ab illo omnes judicentur. Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit, & credit ei qui

a. dicetur. b. ſi morietur, quomodo non morietur? c. Extat in Appendice Sermonum S. Auguſtini ſerm. XCIV.

qui me miſit, habet vitam æternam, & in judicium non venit, ſed tranſit a morte in vitam. Quod dicit, In judicium non venit qui verbum meum audit, & credit ei qui miſit me, diſcretionem factam eſſe inter peccatores & juſtos a Domino, cernitur. Ac ſi dicat: In numero Peccatorum, qui iſta fecerit, non veniet, ſed tranſit de morte ad vitam, hoc eſt de ſuperbia ad humilitatem, de odio ad caritatem, de temporalibus ad æterna migrabit. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filii Dei; & qui audierint, vivent. Mortui, idcſt, peccatores intelliguntur, qui audierunt Chriſtum & [non] crediderunt. Et quod ſubſequitur: Et qui audierunt, vivent; ideo recapitulatur, eo quod paulo ſuperius de reſurrectione Peccatorum dixerat; hic autem de reſurrectione mortuorum [a] dicitur. Sicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, [ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo,] & poteſtatem dedit ei, judicium facere, quia Filius hominis eſt. Pro parte carnis quam aſſumpſit, dediſſe Patrem Filio judicium, cognoſcimus; & futurum judicium hic deſignat, in quo judex adſtabit Dominus noſter Jeſus Chriſtus; & reddet unicuique ſecundum opera ejus. Quia judicium hoc loco, damnationem & pœnam Peccatorum intelligimus; nam ubi Pſalmiſta dixit: Judica me Deus & diſcerne cauſam meam, de [b] judicium diſcretionis ſentimus & cognoſcimus.

*In Matutinum*
*Laudibus.*

*Ant.* Secundum magnam miſericordiam tuam Domine miſerere mei, & exultabunt oſſa humiliata. *Pſal.* Miſerere mei.

*Ant.* Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet. *Pſal.* Te decet ymnus.

*Ant.* Me ſuſcepit dextera tua, Domine. *Pſal.* Deus Deus meus ad te de luce.

*Ant.* A porta inferi erue Domine animam ejus. *Pſal.* Ego dixi in dimidio.

*Ant.* Omnis ſpiritus laudet Dominum. *Pſal.* Laudate Dominum.

*In Euangelium*
*Antiphona.*

Ego ſum reſurrectio; qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum.

*Ad Veſperum Defunctorum.*

*Ant.* Placebo Domino in regione vivorum. *Pſal.* Dilexi, quoniam exaudivit.

*Ant.* Eu me! quia incolatus meus prolongatus eſt. *Pſal.* Ad Dominum dum.

*Ant.* Dominus cuſtodit te ab omni malo, cuſtodiet animam tuam Dominus. *Pſal.* Levavi oculos.

*Ant.* Si iniquitates obſervaveris Domine: Domine, quis ſuſtinebit? *Pſal.* De profundis.

*Ant.* Opera manuum tuarum ne deſpicias Domine. *Pſal.* Confitebor tibi Domine, [*&c.*] quoniam exaudiſti omnia.

℣. Audivi vocem de cælo dicentem.
℟. Beati.

*Ant.* Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet; & eum qui venit ad me, non ejiciam foras, dicit Dominus.

*Quibus peractis, deputandi ſunt qui ipſum corpus cuſtodiant. Sit autem in*



a. dicit. b. judicio.

*Eccleſia, quouſque pro ipſa anima Miſſæ celebrentur cum oblationibus, corpore* [a] *int. dum in Eccleſia jacente.*

*Finita Miſſa antequam ipſum corpus elevetur, incipiat Cantor Reſponſum.*

Subvenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini, ſuſcipientes animam ejus, offerentes eam in conſpectu Altiſſimi.

℣. Suſcipiat te Chriſtus qui vocavit te, & in ſinum Abrahæ Angeli deducant te.

*Hic dicant omnes ſimul*, Kyrie eleiſon, *& Oratio Dominica ut ſupra, & Capitula.*

Miſericordiam tuam Domine ſancte Pater *&c.* gloria manifeſtatæ contemplationis perpetuo ſatietur. Per.

*Tunc rogat Sacerdos, pro eo omnes ſimul orare.*

Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine *&c.* qui dum viveret, inſignitus eſt ſignaculo Trinitatis. Per.

*Oratio ante ſepulchrum, priuſquam ſepeliatur.*

Pio recordationis affectu, fratres cariſſimi *&c.* benignitate ſua compenſet atque indulgeat. Qui cum Patre.

*Oratio alia.*

Suſcipe Domine animam ſervi tui *Ill.* ad te revertentem de Ægypti partibus *&c.* & Deum qui omnia fecit, adoravit. Qui vivit.

*Alia Oratio.*

Tu nobis Domine auxilium præſtare digneris *&c.* in regione viventium evadat. Quod ipſe præſtare dignetur.

*Oratio ad lavandum.*

Suſcipe Domine animam famuli tui *Ill.* revertentem ad te *&c.* & inter audientes auditum cæleſtem ſonum audiat. Per.

*Alia Oratio.*

Suſcipe Domine ſervum tuum *Ill.* in bonum habitaculum æternum *&c.* & inter poſſidentes vitam æternam, poſſideat. Per.

*Oratio in Baſilica.* [b]

Deus qui juſtis ſupplicationibus ſemper præſto es *&c.* ut cum Sanctis & Electis tuis, beati muneris portionem. Per. *Alia Oratio.*

Omnipotentis Dei miſericordiam deprecemur; cujus judicio *&c.* & in ſinibus Abrahæ, Iſaac & Jacob collocare dignetur. Per.

*Alia.*

a. interea.

(1) *Notetur ſignum* Ill., *quo ad denotandum* ille *vel* illa *adhibebatur olim ab antiquis. Idem occurrit frequenti ſane in Orationali Thomaſii tom.* I, *noſtræ Editionis; occurrit in Sacramentario Gelaſiano pag.* 130; *in antiquis Miſſarum Libris. Sequiori ætate illius loco recepta eſt nota* N. *vel* NN., *qua in re animadvertere non gravabor d. Chriſſimum Menardum in Gregorii Sacramentarium not.* 997 *docere Flacci Illyrici Miſſam ex Codice non multum vetuſto exſcriptam fuiſſe, eo nomine, quod in illa loco nominis alicujus perſonæ propriæ littera* N. *reperiatur, ubi juxta antiquiorem ritum eſſe deberet nota* Ill. *Ea Menardi verba*: Tandem codex Mſ. unde ſuam Miſſam exſcripſit Illyricus, non eſt adeo antiquus, ſiquidem ea in ea reperitur littera N. quæ vulgo ponitur loco nominis proprii, cum ejuſmodi figura cœperit paullo ante annum poſt Chriſtum natum milleſimum. Nam in antiquioribus codicibus *Mſs.* pro hac littera N. ponitur hæc nota III. cum tranſverſa linea, ut videre eſt in antiquiſſimis noſtris libris Sacramentorum *Mſs.* S. Eligii, Remenſi & Rodradi: quemadmodum & in formulis Marculphi, & in quibuſdam aliis libris modo excuſis, qui ea vetuſtiſſimis codicibus *Mſs.* excuſi ſunt. *Mabillonius etiam affirmat notam* Ill. *eſſe octingentis annis antiquiorem, tom.* V *ſæculi Bened. pag.* 821 *in Viſione S. Wettini Monachi a Walafrido Strabone metrice reddita, & a Caniſio vulgata Tom* VI Antiquarum Lectionum. *Hæc omnia ſi probentur, ſtatus poſſe videtur noſtrum hoece veteris Ordinis, ſive fragmentum Antiphonarii, ſæculo decimo eſſe antiquius.*

(2) Oratio in Baſilica: *in ea fortaſſe edicula, quam veteres Franci magnatum tumulis imponebant, quamque quod Baſilicæ ſeu ſacræ ædi formam referret, Baſilicam vocabant. Vide id pluribus docentem in Gloſſario ſuo Clariſſ. du Freſne inter varias Baſilicæ appellationes.*

*Alia.*

Deus judicem universitatis, Deum cæleſtium *&c.* & in parte primæ reſurrectionis reſuſcitet. Per.

*Alia.*

Deus qui universorum es creator & conditor *&c.* in prima reſurrectione facias præſentari. Per.

*Alia Oratio.*

Te, Domine ſancte Pater *&c.* tecumque immortalitatis vitam & regnum conſequamur æternum. Per.

*Ad ſepulchrum*
*Oratio.*

Diri vulneris novitate perculſi, & quodammodo *&c.* Sanctorum tuorum cœtibus aggregari præcipias. Per.

*Alia Oratio.*

Oremus, fratres cariſſimi, pro anima cari noſtri *Ill. &c.* & partem habeat in prima reſurrectione quam [a] futurus eſt, orantibus nobis. Per.

*Alia Oratio.*

Opus eſt miſericordiæ tuæ ſancte Pater omnipotens *&c.* ad locum refrigerii & quietis in ſinum transferatur Abrahæ. Per.

*Poſtquam ſepultus eſt.*

Debitum humani corporis ſepeliendi officium more complentes *&c.* Sanctorum conſortium perfrui concedat. Per.

*Alia Oratio.*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui humano corpori animam inſpirare dignatus es *&c.* æternis ſedibus præcipias ſociari. Per.

*Alia Oratio.*

Deus, apud quem omnia morientia vivunt *&c.* tua pietate ablue iudulgendo. Per.

*Alia Oratio.*

Redemptor animarum, Deus æternitatis *&c.* mundi morte patiaris. Per.

*Alia Oratio.*

Deus, cujus miſeratione animæ fidelium requieſcunt *&c.* ſine fine lætentur. Per.

a. futurus eſt.

# *Ex Cod. M.S. Monaſterii S. Galli in Helvetiis, in 4.*

INCIPIT OFFICIALIS [1] LIBER

*Ab Adventu Domini*
*uſque ad Paſcha.*
*Ad Veſp. Lectio.*

Venite & aſcendamus. *finit*. Et verbum Domini de Hieruſalem.

℟. Ecce dies venient *&c.*

*Tmnus.* [2]

Conditor alme ſiderum *&c.*

*In Euang.*

*Ant.* Ecce nomen Domini *&c.*

*Oratio.*

Concede, quæſumus, Omnipotens Deus, ut magnæ Feſtivitatis ventura ſolemnia proſpero celebremus effectu; pariterque reddamur & intenti cæleſtibus diſciplinis, & de noſtris temporibus lætiores. Per.

*Ad Invit.*

*Ant.* Dominum qui venturus eſt *&c.*

*Al.* Regem venturum Dominum, venite adoremus.

*Tmnus.*

Verbum ſupernum prodiens *&c.*

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Miſſus eſt *&c.*

[℣.] Egredietur Dominus.

*Incipit Eſaias Propheta.*

Viſio Iſaiæ *&c. ut in Breviario.*

℟. Aſpiciens a longe *&c.*

[*Lect.*] Væ genti *&c.*

℟. Aſpiciebam *&c.*

[*Lect.*] Terra veſtra.

℟. Miſſus eſt *&c.*

[*Lect.*] Audite verbum *&c.*

℟. Ave Maria *&c.*

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Dabit ei *&c.*

℣. Egredietur Virga.

*Lect. I.*

Neomenias veſtras & ſabbata & feſtivitates *&c. uſque ad*, Lavamini.

℣. Salvatorem *&c.*

*Lect. II.*

Lavamini, *uſque*, Locutum eſt.

℟. Obſecro Domine *&c.*

*Lect. III.*

Quomodo facta eſt meretrix.

℟. Ecce Virgo concipiet *&c.*

*Lect. IV.*

Sion in judicio, *uſque*, Ultra ad prælium.

℟. Montes Iſrahel ramos veſtros expandite, & florete, & fructus facite: prope eſt ut veniat dies Domini.

℣. Rorate cæli deſuper, & nubes pluant Juſtum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem. Prope eſt.

IN III NOCTURNO.

*Ant.* Hieruſalem. Allel.

*Cantica Eſaiæ Prophetæ.*

Ecce Dominus in fortitudine veniet *&c.*

*Aliud.*

Cantate Domino canticum novum, *&c.*

*Aliud.*

Hæc dicit Dominus Redemptor *&c.*

℣. Ex ſummo.

*Lect. S. Euang. ſecundum Matth.*

In illo tempore. Cum appropinquaſſet

(1) *Vide hoc* Officialem Librum *appellari eum librum, qui alias* Antiphonarius *dicitur.*

(2) *Ex iis quæ Thomaſius adnotavit ad ſuperiorem paginam* 162, *not.* (A) *ſequitur Officialem hunc Librum, vel ad Eccleſiam Romanam non pertinuiſſe, vel ſæculo* XII *recentiores ritus eumdem complexi.*

quaſſet Jeſus Jeroſolymis, & veniſſet Bethphage &c. [*totum Euang. ſcriptum eſt.*]

*Omelia Beati Johan. Epiſc. de eodem.*

*Lect. I.*

Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus, qui pro humani generis ſalute, &c. [*finit,*] Dominum vel Dei Filium non cognoſcentes.

℟. Audite verbum Domini &c.

*Lectio II.*

Eſt enim animal hoc immundum &c. [*finit,*] Dæmonum, quibus reſiſtere non valebant.

℟. Alieni non tranſibunt.

*Lectio III.*

Quicumque enim dæmonum vel Philoſophorum &c. [*finit,*] Et ſtultitia eorum manſuetudo.

℟. Confortamini manus fatigatæ &c.

*Lectio IV.*

Simplicitas enim ſine ratione verbi &c. [*finit,*] Noſtra virtute evadere non poſſumus.

℟. Lætentur cæli & exultet terra.

*In Matut. Laud.*

*Ant.* In illa die &c. [*cum reliquis ut in Brev.*]

*Lectio.*

Fratres ſcientes, *uſque*, Quam cum credidimus.

℟. Veni ad liberandum &c.

*Tmnus.*

Vox clara ecce &c.

℣. Vox clamantis in deſerto.

*In Euang.*

*Ant.* Spiritus Sanctus.

*Oratio.*

Excita Domine potentiam &c.

*Alia.*

Excita Domine potentiam tuam, & veni; & quod Eccleſiæ tuæ promiſiſti, uſque in finem ſæculi clementer operare. Qui cum Deo Patre & Spiritu Sancto.

*Ad Primam.*

*Ant.* Veni Domine, & noli tardare; relaxa facinora plebi tuæ Iſrahel.

*Ad III.*

[*Ant.*] Veni & libera &c.

℣. Timebunt gentes &c.

*Ad VI.*

[*Ant.*] Tuam Domine &c.

℣. Memento &c.

*Ad IX.*

[*Ant.*] In tuo adventu &c.

℣. Domine Deus Virtutum.

*Ad Veſp. Lectio.*

Ecce Virgo concipiet &c. [*finit,*] Eligere bonum.

℟. Lætentur cæli &c.

*Tmnus.*

Verbum ſupernum &c.

*In Euang.*

*Ant.* Dicite filiæ Sion &c. [*ut ſupra in Antiphonario S. Gregorii.*]

*Alia Ant.* Ne timeas &c.

*Oratio.*

Feſtinantes, Omnipotens Deus, in occurſum Filii tui, nulli impediant actus terreni, ſed cæleſtis ſapientiæ eruditio, faciat nos ejus eſſe conſortes. Qui tecum.

*Reſponſor.*

℟. Veni ad liberandum &c. [*omnia ut ſupra in Antiphonario S. Gregorii.*]

*Fer. II.*

*Ant.* Angelus &c.

*Ant.* Hieruſalem &c. [*per totam hebdom. ut in eodem Antiphonario.*]

*Lectiones Dominicis diebus ad Matut.*

Deus pacis ſanctificet vos per omnia,[a] & integer ſpiritus veſter & anima &

[a] ut.

ma & corpus, ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur.

*Alia.*

Gratia vobis & pax ab eo, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt.

Nolite ante tempus judicare [ *&c. finit*, ] Tunc laus erit unicuique a Domino.

Scientes quia hora eſt, jam nos de ſomno ſurgere; nunc autem propior eſt noſtra ſalus, quam cum credidimus.

*Ad Curſus.*

Sobrie & juſte *&c.*

*Alia.*

Gaudete *&c.*

Patientes eſtote; & confirmate corda veſtra, quoniam adventus Domini appropinquabit.

Ecce Virgo concipiet *&c.*

*Alia.*

Rorate cæli deſuper [ *&c. finit*, ] Germinet Salvatorem.

*Alia.*

Egredietur Virga [ *&c. finit*, ] Ejus aſcendet.

Erit in noviſſimis præparatus mons [ *&c. finit*, ] Fluent ad eum omnes gentes.

Ecce dies venient [ *&c. finit*, ] Et juſtitiam in terra.

Suſcitabo ſuper oves meas Paſtorem unum (qui paſcat eas) ſervum meum David, dicit Dominus omnipotens.

Lauda & lætare Sion; quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus.

Hæc dicit Dominus, ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum, angularem, pretioſum, in fundamento fundatum.

Domine miſerere [ *&c. finit*, ] Salus noſtra in tempore tribulationis.

*Incipiunt Orationes.*

Conſcientias noſtras, quæſumus, Domine viſitando purifica *&c.*

Prope eſto Domine omnibus exſpectantibus *&c.*

Concede, quæſumus, Omnipotens Deus, ut magnæ Feſtivitatis ventura *&c.*

Mentes noſtras, quæſumus Domine lumine tuæ viſitationis *&c.*

Preces noſtras, quæſumus Domine clementer exaudi, ut qui de adventu *&c.*

Deus qui conſpicis quia ex noſtra pravitate affligimur *&c.*

Concede, quæſumus Omnipotens Deus, ut quia ſub peccati jugo *&c.*

Indignos famulos tuos, quæſumus Domine, quos actionis propria culpa *&c.*

Præſta, quæſumus, Omnipotens Deus, ut ventura Filii *&c.*

Preces populi tui, quæſumus Domine clementer exaudi; ut qui juſte pro peccatis *&c.*

Voci noſtræ, quæſumus, Domine aures tuæ *&c.*

Feſtinantes, Omnipotens Deus, in occurſum *&c.*

Quæſumus, Omnipotens Deus, preces noſtras reſpice *&c.*

Excita Domine corda noſtra ad præparandas *&c.*

Aurem tuam, quæſumus, Domine precibus noſtris accommoda *&c.*

Præſta, quæſumus, Omnipotens Deus, ut redemptionis noſtræ *&c.*

Excita, quæſumus Domine potentiam tuam, & veni *&c.* ut hi, qui in pietate *&c.*

Excita Domine potentiam tuam, & veni, & magna nobis *&c.*

*Sermo Beati Maximi Epiſcopi de Adventu Domini.*

Lætitia quanta ſit, quantuſque concurſus

cursus [ *&c. finit* , ] Et iterum ut fiat oblatio vestra accepta & sanctificata in Spiritu sancto.

[ *Hic Sermo dividitur in IX Lectiones , nulla tamen sunt interposita Responsoria .*

*Prima Lectio .*

Lætitia quanta sit *&c.*

II.

Quia ergo in die Natali sciunt eum largum *&c.*

III.

Si ergo , fratres , istius sæculi homines *&c.*

IV.

Qualis autem nostra remuneratio *&c.*

V.

Ambiamus ergo inveniri ante ipsum *&c.*

VI.

Quisquis enim in illa die sordidus fuerit *&c.*

VII.

Dum enim immundus vult officio *&c.*

VIII.

Igitur fratres susceperi Natalem Domini *&c.*

IX.

Quicquid ergo pauper Dominum benedicit *&c.*

DOM. III.

*Ante Nat. Domini &c.*

[ *Eodem ordine Officia Divina prosequitur usque ad Sabbatum Sanctum Codex praefatus Monasterii S. Galli , cujus Codex alius in 4 sic incipit .* ]

*In Sabbato Sancto ad Vesperum .*

[*Ant.*] Alleluja , all. all. *Psal.* Laudate Dominum omnes.

℣. Vespertina oratio *&c.*

*In Euang.*

[*Ant.*] Vespere autem Sabbati *&c.*

*Oratio .*

Spiritum nobis Domine tuæ charitatis *&c. & Diaconus*, Benedicamus Domino . all.

*Ant.* Et ecce terræmotus *&c.* [ *cum aliis quinque consequentibus Antiphonis .* ]

*Ad Complet. Lectio .*

Mortui enim estis *&c.*

*Oratio .*

Præsta , quæsumus , Omnipotens Deus , ut qui Resurrectionis *&c.*

DOMINICA SANCTI PASCHÆ.

*Ad Invitatorium .* Alleluja , all. all. all.

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Ego sum qui sum *&c.* [*cum aliis duabus .* ]

℣. Quem quæris mulier ? *&c.*

*Lectio S. Euangelii secundum Marcum .*

In illo tempore Maria Magdalena *&c.*

℟. Angelus Domini *&c.* [*sicque deinceps Lectiones sequuntur ac Responsoria una cum Antiphonis ad Laudes Cursusque Diurnos usque ad Anni finem .* ]

# FRAGMENTA

## *Veterum authenticorumque Antiphonariorum Eccleſiæ Romanæ.*

*Ad Curſum Horæ Primæ poſt Pſalmos. Amalarius cap. 6.*

℣. Exurge Domine adjuva nos.

[ Et libera nos propter nomen tuum. ]

*Ad Veſperum ante Canticum S. Mariæ. Amalar. c. 6.*

℣. Veſpertina oratio &c.

℣. Dirigatur [ Domine ] oratio mea &c.

℣. Exaltabo te Deus meus, Rex meus.

[ Et benedicam nomen tuum in æternum & in ſæculum ſæculi. ]

℣. Magnus Dominus noſter, [ & magna virtus ejus. ]

[ Et ſapientiæ ejus non eſt numerus. ]

*Diebus Dominicis ad Veſperum poſt Lectionem ſive Capitulum. Amalarius cap. 80.*

℟. Quam magnificata ſunt opera tua, Domine.

℣. Omnia in ſapientia feciſti; repleta eſt terra opera tua, Deus.

*Aliud.*

℟. Uſque ad veſperum quam magnificata ſunt opera tua, Domine.

℣. Omnia in ſapientia feciſti, *ut ſupra.*

*Diebus Quotidianis ad Matutinum ante Canticum S. Zachariæ. Amal. cap. 5.*

℣. In matutinis, Domine, meditabor in te.

[ Quia fuiſti adjutor meus. ]

℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua &c.

℣. Auditam fac mihi mane [ miſericordiam tuam. ]

[ Quia in te ſperavi, Domine. ]

*Per Hebdomadam ad Veſperum poſt Lectionem ſive Capitulum. Amal. cap. 80.*

℟. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℣. Qui fecit cælum & terram.

*In Adventu Domini ad Veſperum poſt Lectionem ſive Capitulum. Amal. c. 80.*

℟. Tu exurgens Domine &c. [ *Require pag. 175. colum. 1.* ]

*Hebdomada ſecunda Adventus Domini. Ad Canticum S. Zachariæ vel S. Mariæ. Amalar. c. 9.*

*Ant.* Benedicta tu inter mulieres. [ *Require pag. 175. colum. 1.* ]

*Hebdomada IV Adventus. Amalar. c. 11.*

*Ant.* Ecce apparebit Dominus....

*In Nocte ſancta Natalis Domini ad Primam Vigiliam in initio noctis in Eccleſia S. Mariæ Majore. Amal. c. 15, & 19, & lib. IV, c. 32, & in variis lectionibus ejuſdem capitis editis ab Hittorpio.*

IN

IN I NOCTURNO.

*Ant.* Dominus dixit ad me, *cum reliquis Antiphonis, Pſalmis &c. Require pag.37.*

IN II NOCTURNO.

*Ant.* Specioſus forma, *cum ſuis Antiphonis, Pſalmis &c. Req. pag.38.*

IN III NOCTURNO.

*Ant.* In principio, *cum ſuis Antiphonis, Pſalmis &c. Req. pag.38.*

*Ad Matutinum.*

*Ant.* O admirabile commercium *&c. pag.46.*

*Ant.* II. Rubum quem viderat Moyſes *&c. ibidem.*

*Ant.* III. Germinavit radix Jeſſe *&c. ibidem.*

*Ant.* IV. Nato Domino, Angelorum chori canebant dicentes: Salus Deo noſtro. *Canticum.* Benedicite.

*Ant.* V. Magnum hereditatis myſterium *&c. pag.46.*

*In Euangelio ſive Cantico S. Zachariæ.*

*Ant.* Facta eſt cum Angelo *&c. cum* Alleluja. *pag.41.*

*Ad Secundam Vigiliam media nocte.*

*Ad Invitatorium Antiphona.*

Chriſtus natus eſt nobis *&c. cum ſuis Nocturnis & Matutinis. Require pag.40.*

*Item in Nativitate Domini ad Veſperum poſt Lectionem.*

*Amal. c.80.*

℟. Benedictus, Qui venit in nomine Domini. Allel.

℣. Deus Dominus & illuxit nobis.

*Inter Antiphonas de Nativitate Domini.*

*Amal. c.21.*

*Ant.* Chriſto datus eſt principatus. [*Req. pag.197.*]

*In Epiphania ad Veſperum poſt Lectionem.*

*Amal. c.80.*

℟. Dies ſanctificatus illuxit nobis. Alleluja, allel.

℣. Venite gentes, & adorate Dominum. Allel. allel.

*Dominica in Septuageſima.*

*In Nocturnis.*

*Amal. c.30, & Honorius Auguſtodunec. lib.III. cap.31.*

℟.I. Alleluja dum præſens eſt, imitantur illam; & dum ſe ſubduxerit, deſiderant illam.....

℟.II. Alleluja nomen bonum, melius eſt quam divitiæ multæ.....

℟.III. Alleluja revertere in theſauros tuos....

℟.IV. Alleluja....

℟.V. Alleluja mane apud nos hodie....

℟.VI. Alleluja, Angelus Domini comitetur tecum.... revertaris ad nos cum gaudio....

℟.VII. Alleluja, multiplicentur a Domino anni tui....

*Per I & II Hebdomadam Quadrageſimæ ad Veſperum poſt Lectionem.*

*Amal. c.80.*

℟. Educ de carcere *&c. Req. p.222.*

*Per III, & IV Hebdomadam Quadrag. ad Veſperum poſt Lectionem.*

*Amal. c.80.*

℟. Eſto nobis Domine turris *&c.* [*pag.225.*]

*Dom. IV in Quadrageſima in Matutinis.*

*Amal. c.42.*

*Ant.* III. Benedicat nos Deus Deus noſter, & benedicat nobis.

*Ant.* Potens es Domine eripere nos, & de manu mortis liberare.

*Ant.* v. Reges terræ & omnes populi laudate Deum, quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.

*Per* v & vi *Hebdomadam Quadrageſimę ad Veſperum poſt Lectionem.*
*Amal. c.*80.

℟. Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice & exaudi me Domine Deus meus.

℣. Qui tribulant me exultabunt, ſi motus fuero; ego autem in miſericordia tua ſperavi.

*Feria VI Paraſceve in Paſſione Domini in Nocturno.*
*Amal. c.*43.

℟. Animam meam dilectam tradidi in manus iniquorum *&c.* [ *Requ. in Breviario Romano.* ]

℟. Expandi manus meas *&c.* [*Requ. pag.* 150. ]

*Per* [1] *Quinquageſimam Paſchæ. Ad Veſperum poſt Lectionem.*
*Amal. c.*80.

℟. Alleluja, alleluja.

℣. Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra.

*Dominica Octavarum Paſchæ inter* ℟℟. *de Auctoritate.*
*Ex Amalar. c.*53, *&* *Breviario Præmonſtratenſi in Communi Virginum tempore Paſchali.*

℟. II. Specioſa facta es & ſuavis in deliciis tuis Alleluja; altitudo tua ſimilis eſt palmæ indeficienti in plenitudine charitatis. Allel. allel. allel.

℣. Ego diligentes me diligo; & qui mane vigilaverint ad me, invenient me. In plenitudine.

℟. Delectatio bona *&c.* *Require pag.* 248.

*Inter* ℟℟. *de Pſalmis per Quinquageſimam Paſchalem.*
*Ex Amal. c.*54, *&* *Breviario Monachorum Vallis Umbroſæ.*

℟. Alleluja. Fac cum ſervo tuo ſecundum mirabilia tua. Alleluja, allel. alleluja.

℣. Servus tuus ſum ego; da mihi intellectum ut diſcam mandata tua. Secundum.

*In Aſcenſione Domini. Ad Veſperum poſt Lectionem.*
*Amal. c.*80.

℟. Alleluja, alleluja.

℣. Aſcendit Deus in jubilatione, & Dominus in voce tubæ.

*Item in Nocturnis.*
*Ex Amalar. c.*56, *&* *Breviario Vallis Umbroſæ.*

℟. Non relinquam vos orphanos, alleluja; vado, & venio ad vos, & gaudebit cor veſtrum. alleluja.

℣. Niſi ego abiero, Paraclitus non veniet; dum aſſumptus fuero, mittam vobis eum. Et.

*In diebus Pentecoſtes. Ad Veſperum poſt Lectionem.*
*Amal. c.*80.

℟. Alleluja, alleluja.

℣. Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui. Allel. allel.

*In Feſtivitatibus Sanctorum.*
*Reſponſorium ad Veſperum poſt Lectionem deſumitur de propriis* ℟℟. *quæ in nocte cantantur.*
*Amal. c.*80.
*Ex Antiphonario Lateranenſi ſed recentioris temporis.*
*Dominica Octavarum Paſchæ. Ad Matutinas Laudes.*

*Apud*

(1) *Vide quæ ſcripſimus de* Quinquageſima Paſchæ *ſuperiori pag.* 242 *not.* (1).

*Apud Radulphum Tungreñ. propoſ.16.*

*Super tres Pſalmos priores, tres Antiphonæ* [ Allel. *&c.* ] *ſecundum notam trium primarum Antiphonarum de Laudibus Paſchæ. Super Canticum* Benedicite, *Ant.* Alleluja, ſurrexit [ Chriſtus, qui liberavit tres pueros *&c.* ] *Super Pſal.* Laudate, *Antiphona per* Alleluia.

*Ex Antiphonario Romano ſed recentioris temporis.*

*In Matutinis Laudibus Dominicæ. Apud eumdem Radulphum propoſ.15.*

*Sequentes Antiphonæ extant in Breviariis Præmonſtratenſium & Carmelitarum.*

*Ant.*I. Regnavit Dominus, præcinctus fortitudine cum decore virtutum; cujus ſedes parata eſt in æternum.

*Ant.*II. Sciamus omnes quia Dominus ipſe eſt Deus; cui jubilemus & [a] ſerviamus, & laudemus nomen ejus in [b] lætitia.

*Ant.*III. Benedicam te, Domine, in vita mea, ut videam virtutem tuam & gloriam tuam.

*Ant.*IV *in Æſtate.* Tres pueri juſſu Regis *&c. in Hyeme multæ aliæ habebantur Antiphonæ, quæ per ordinem dicebantur.* [ *Req. pag.*142. ]

*Ant.*V. Spiritus omnis laudet Dominum; quia ipſe dixit, & facta ſunt omnia; mandavit, & creata ſunt univerſa.

---

# *Ex Breviario membranaceo M.S. ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ.*

DOMINICA II
*Poſt Epiphaniam.*

℟. Domine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.

℣. Timor & tremor venerunt ſuper me, & contexerunt me tenebræ & dixi. Miſerere.

℟. Deus qui ſedes ſuper thronum meum, & judicas æquitatem, eſto refugium pauperum in tribulatione. Quia tu ſolus laborem & dolorem conſideras.

℣. Tibi enim derelictus eſt pauper; pupillo tu eris adjutor. Quia tu ſolus.

℟. A dextris eſt mihi Dominus ne commovear. Propter hoc delectatum eſt cor meum, & exultavit lingua mea.

℣. Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei. Propter hoc.

℟. Notas mihi feciſti vias vitæ; Adimplebis me lætitia cum vultu tuo; delectationes in dextera tua uſque in finem.

℣. Tu es, qui reſtitues hereditatem meam mihi. Adimplebis.

℟. Di-

a. al. exultemus. b. al. æternum.

℟. Diligam te, Domine virtus mea, Domine firmamentum meum, Et refugium meum.
℣. Liberator meus, Deus meus, adjutor meus. Et.

℟. Domini eſt terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & univerſi qui habitant in ea.
℣. Ipſe ſuper maria fundavit eam, & ſuper flumina præparavit illam. Orbis.

℟. Ad te, Domine, levavi animam meam; Deus meus in te confido, non erubeſcam.
℣. Cuſtodi animam meam, & eripe me. Deus meus in te.

℟. Duo Seraphim clamabant alter ad alterum: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Plena eſt omnis terra gloria ejus.
℣. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus; & hi tres unum ſunt. Sanctus.
[℣.] Gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto. Plena eſt omnis.

FERIA II.

℟. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, Quam abſcondiſti timentibus te!
℣. Et perfeciſti eos, qui ſperant in te Domine, in conſpectu filiorum hominum. Quam.

℟. Adjutor meus eſto Deus, Ne derelinquas me.
℣. Neque deſpicias me Deus Salutaris meus. Ne derelinquas.

℟. Benedicam Dominum in omni tempore. Semper laus ejus in ore meo.
℣. In Domino laudabitur anima mea; audiant manſueti, & lætentur. Semper laus.

FERIA III.

℟. Auribus percipe Domine lacrymas meas, ne ſileas a me; remitte mihi, Quoniam incola ego ſum apud te & peregrinus.
℣. Complaceat tibi Domine ut eripias me; ad adjuvandum me feſtina. Quoniam incola.

℟. Statuit Dominus ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum novum.
℣. Exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miſeriæ. Et.

℟. Ego dixi, Domine miſerere mei. Sana animam meam, quia peccavi tibi.
℣. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me Domine. Sana.

FERIA IV.

℟. Ne perdideris me Domine cum iniquitatibus meis. Neque in fines (iratus) reſerves mala mea.
℣. Non intres in judicium cum ſervo tuo Domine. Neque.

℟. Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum. Cantabo & pſalmum dicam Domino.
℣. Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cythara; exurge diluculo. Cantabo.

℟. Adjutor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es. Deus meus, miſericordia mea.
℣. Lætabor & exultabo in te, & pſallam nomini tuo Altiſſime. Deus.

FERIA V.

℟. Deus in te ſperavi, Domine, non confundar in æternum; in tua juſtitia libera me, Et eripe me.
℣. Inclina ad me aurem tuam, & ſalva me. Et.

℟. Repleatur os meum laude tua, ut ymnum dicam gloriæ tuæ, tota die magnificentiam tuam; noli me projicere

cere in tempore ſenectutis. Dum defecerit virtus mea, Deus ne derelinquas me.

℣. Gaudebunt labia mea dum cantavero tibi, & anima mea quam redemiſti. Dum.

℟. Gaudebunt labia mea dum cantavero tibi, Et anima mea quam redemiſti.

℣. Sed & lingua mea meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam. Et.

FERIA VI.

℟. Confitebor tibi, Domine Deus, in toto corde meo, & honorificabo nomen tuum in æternum. Quoniam miſericordia tua, Domine, magna eſt ſuper me.

℣. Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te. Quoniam.

℟. Miſericordia tua, Domine, magna eſt ſuper me, Et liberaſti animam meam ex inferno inferiori.

℣. In die tribulationis meæ clamavi ad te, quia exaudiſti me. Et.

℟. Factus eſt Dominus in refugium, & Deus meus in auxilium ſpei meæ.

℣. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis; & factus eſt Dominus protector meus. Et.

SABBATO.

℟. Miſericordiam & judicium cantabo tibi, Domine. Pſallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.

℣. Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus tuæ. Per.

℟. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te perveniat. Quia non ſpernis Deus preces pauperum.

℣. Fiant aures tuæ intendentes in orationem ſervi tui. Quia.

℟. Velociter exaudi me Deus, Quia defecerunt ſicut fumus dies mei.

℣. Dies mei ſicut umbra declinaverunt, & ego ſicut fœnum arui. Quia.

# *Ex Opuſculo M.S. Hiſtoriæ Sacræ ad Alexandrum Papam Tertium, auctore Petro Mallio Presbytero Baſilicæ S. Petri.*

*Quod in B. Petri Baſilica tantum* (1) *vigilantur Pallia, quæ Dominus Papa mittit Archiepiſcopis.*

*Et quoniam hæc ſancta Dei & B. Petri Baſilica eſt fundamentum & caput omnium Eccleſiarum, dicente Domino beato Petro*: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & Tu vocaberis Cephas, *ideſt, Caput; quadam prærogativa in ea tantum vigilantur Pallia, quæ Romanus Pontifex mittit Patriarchis & Archiepiſcopis per univerſum Orbem conſtitutis: & inde eſt, quod Legatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dicit*: Accipe Pallium de corpore B. Petri ſumptum, in plenitudine Officii tui. *Itaque cum vigilamus Pallia, facimus Solemnes Vigilias, quas conſuevimus cantare in Feſto ejuſdem Apoſtoli; & de antiqua conſuetudine habemus de Confeſſione ad bibendum abundanter optimum claretum.*

---

# *Subjungit autem Romanus Canonicus Baſilicæ S. Petri in opuſculo de eadem Baſilica.*

*Qualiter debemus Pannos laneos unde fiunt Pontificalia, ad beati Petri corpus vigilare, ſicut vidi ego Presbyter Romanus, hujus ſacroſanctæ Baſilicæ Canonicus, ad poſteritatis memoriam ſcribo.*

*Acceptis de Altari faculis & cereis ad legendas Lectiones & Orationes Vigiliarum, necnon incenſo; circa ſero conveniunt Canonici ad Altare S. Leonis Papæ, & Presbyter Hebdomadarius accipit ipſos Pannos complicatos, & involutos in ſindone, præcedentibus tam Manſionariis cum incenſo & faculis accenſis, quam Canonicis; intrat ad Corpus beati Petri, & ponit eos ſuper Altare; & faculæ ante Altare ponuntur. Tunc Chorus cujus eſt Cantus, incipit Antiphonam*, Si diligis me Simon Petre, *& reliqua cum ſuis Pſalmis.* [*Require pag.* 122, *col.* 1, *lin.* 33.]

*Verſic.* Tu es Paſtor ovium.

*Tres Lectiones leguntur in libro Stationali.* Petrus & Joannes aſcendebant in Tem-

(1) Pallia vigilare *idem omnino ac* pallia conſecrare, *inde fortaſſe uſurpatum, quod in eo ritu nocturna Vigiliæ celebrarentur, uti vel ex hoc fragmento apparet: qua de re videri poterit & Mapheus Vegius* de Mirabilibus Baſilicæ Vaticanæ *num.* 85 *apud Bollandiſtas tom.* VII *Junii.*

in Templum ; & *cantatis duobus Reſponſoriis, quæ voluuntur, de S. Petro, deinde ſequitur,* [61] Te decet laus, & *Oratio*, Deus qui beato Petro Apoſtolo tuo collatis clavibus. *Sic reportantur, ſicut allata fuerunt. Si altero die cantatur Miſſa ſuper majori Altare, ponantur ibi, & poſt completam Miſſam tollantur ; ſin autem, reddantur Miſſo domini Papæ. Et dantur Canonicis, quoties has Vigilias celebrant, tres ſolidi provinienſes pro clareto, faculæ vero Camerario Canonicorum remanent, quæ de Altaris communi cum cereis & incenſo & provinienſibus dantur. Sic vidi tempore domini Cæleſtini Tertii Papæ fieri ; ſic ſcio factum per ſocios & dominos meos tempore domini Clementis Tertii Papæ ; ſic etiam in ſecundo anno ejuſdem Pontificis, Indictione decima, menſis Martii die* XXX, *quæ fuit tunc Feria ſecunda ante Paſcha.*

---

# *Ex Cod. M.S. Monaſterii S. Galli in Helvetiis ciſta* V, *n.* 89.

*Inſtituta Patrum de modo Pſallendi ſive Cantandi.*

Sancti Patres noſtri antiqui docuerunt & inſtituerunt ſubditos ſuos, præcipientes eis hunc ritum modulandi ſervare, talemque formam cantandi ſive pſallendi in Choris ſuis tenere, per hanc aſſerentes & affirmantes Deo gratum eſſe, & placere ſacrificium laudis noſtræ ; Angelis vero acceptabile & jocundum, omnibus hominibus intuentibus & audientibus delectabile & ædificatorium, generans devotionem & compunctionem, & ſuſcitans animum ad indagandum Scripturarum intellectum, & erigens mentem ad contemplandum ea, quæ ſuper ſe ſunt, cæleſtia ac Divina. Nam in Choris ubi plures magiſtri volunt eſſe, aliquis forſan propter religioſitatem ſuam, alius propter prælationem, alius propter vocis ſonoritatem, alius putans ſe aliquem eſſe, ut videatur & audiatur, & nullus iſtorum nec modum poteſt habere aut neſcit, & forte nec ſcientiam habet. Unde neceſſe eſt ut error oriatur, fomes diſcordiæ morum & vocum ; & non ſolum ipſi inter ſe intus non bene æmulantes turbantur, verum etiam hi, qui foris ſunt, audientes ſcandalizantur ; & ubi Deum deberent laudare, potius ibi dijudicentur ad invicem mordere & certare. Quicumque ergo in Choro diſcordiam & errorem ſubminiſtrat & nutrit, ſive Prælatus ſit an ſubditus, ſciat ſe graviter delinquere in Deum & Angelos & homines, ſeu vera an vana modulatione hoc faciat. Huic nequitiæ obviantes, ſtatuimus, quæ ſubjungi-



61) Te decet laus, *ſunt prima verba brevis cujuſdam hymni, quem ex membrana Archivi Baſilicæ Vaticanæ publici juris fecit Ven. Thomaſius ſub finem primæ Partis Antiq. Libr. Miſſarum, paullo ante veteres Litanias ibidem deſcriptas : ubi & teſtatur eum hymnum dici olim conſuevisſe* a Canonicis S. Petri ad Vigiliam de S. Petro pro Palliis Archiepiſcoporum.

mus, & ea ſollicite obſervanda mandamus.

Tres ordines melodiæ in tribus diſtinctionibus temporum habeamus, verbi gratia, in præcipuis Solemnitatibus, toto corde & ore omnique affectu devotionis; in Dominicis diebus & majoribus Feſtivitatibus ſive Natalitiis Sanctorum (in quibus plebes laborant partim vel totaliter) multo remiſſius, privatis autem diebus, ita pſalmodia moduletur nocturnis horis, & cantus de die, ut omnes poſſint devote pſallere & intente cantare ſine ſtrepitu vocis, cum affectu abſque defectu. Omni tempore æſtate vel hyeme, nocte ac die ſollemni ſive privato, Pſalmodia ſemper pari voce, æqua lance, non nimis protrahatur; ſed mediocri voce, non nimis velociter, ſed rotunda, virili, viva & ſuccincta voce pſallatur: ſyllabas, verba, metrum in medio & in finem verſus, id eſt [a] initium, [b] medium & [c] finem, ſimul incipiamus, & pariter dimittamus. Punctum æqualiter teneant omnes. In omni textu Lectionis, Pſalmodiæ vel cantus, accentus ſive concentus verborum (in quantum ſuppetit facultas) non negligatur, quia exinde permaxime redolet intellectus. Scire debet omnis Cantor, quod literæ quæ liqueſcunt in metrica arte, etiam in [d] Noumis Muſicæ artis liqueſcunt. Ammonemus itaque ut una aſpiratione ſive uno anhelitu uſque ad punctum rithimice vel metrice pſallamus: poſt medium metrum modica modulatione peracta, pauſam bonam & competentem faciamus: facta pauſa, quod de Verſu reſtat, moroſiori modulatione deponatur ſalvo Tono; ſicque omnis modulatio Pſalmodiæ ſive Cantus rotundetur & terminetur, ut finis inveniat ſuum exordium ſecundum illud. *Rota volvitur dacendo, in ſuum priſtinum reducitur volvendo.* Nullus ante alios aut poſt, incipere in Verſu vel cantu, verba cantata reiterare, vel nimis diſcorditer feſtinare, præſumptiori vel altiori, remiſſiori an graviori, id eſt, ſurſum vel juſum, tardiori vel velociori voce, aut poſt alios diutius protrahere, vel punctum tenere præſumat. Una qualitate cantemus, ſimul pauſemus, ſemper auſcultando. Si moroſe cantamus, longior pauſa fiat; ſi propere, brevior: ſemper in Pſalmodia punctus & pauſa teneantur. Quomodo ergo Toni deponantur in finalibus propter diverſos accentus, nunc dicendum eſt. Omnis enim Tonorum depoſitio in finalibus, mediis vel ultimis, non eſt ſecundum accentum verbi, ſed ſecundum muſicalem melodiam Toni facienda, ſicut dicit Priſcianus. Muſica non ſubjacet regulis Donati, ſicut nec Divina Scriptura. Si vero convenerit in unum accentus & melodia, communiter deponantur; ſin autem, juxta melodiam Toni, cantus ſive Pſalmi terminentur. Nam in depoſitione fere omnium Tonorum, Muſica in finalibus Verſuum per melodiam ſubprimit ſyllabas, & accentus ſophiſticat, & hoc maxime in Pſalmodia. Ideoque ſi Tonaliter finis Verſuum deponitur, oportet ut ſæpius accentus infringatur eo modo, verbi gratia, ut ſunt ſex ſyllabæ, *Sæculorum Amen;* ita ſex conformentur notis Toni in depoſitione verborum & ſyllabarum. Ergo cum quidquid agitur pro Defunctis, totum flebili & remiſſiori debet fieri voce, ut nihil

Hæc in Codicis margine.
*a.* arſos. *b.* dyeſis. *c.* theſis. *d.* for. Neumis.

nihil ibi reſonent verba niſi devotum mœrorem & humilitatem. In hymnis *Te Deum laudamus*, *Gloria in excelſis*, & *Credo in unum*, ſic punctus & pauſa fiant, ut intellectus diſcernatur, & mediocri voce decantentur. Dum Hymnos vel Reſponſoria ſive Antiphonas ſeu *Alleluja*, *Kyrie eleiſon*, *Sanctus* an *Agnus Dei*, quæcunque pulchra, ſuavia ac dulcia & jocunde ſonant, in his punctum bene diſcernendo, notulas decantemus, & in clauſulis pauſam faciendo, aliquantulum expectemus, & hoc maxime Feſtivis diebus. Caveamus etiam ne Neumas conjunctas nimia moroſitate ..... vel disjunctas inepta velocitate conjungamus; ſed concorditer pauſam ad punctum habeamus; * vel Sequentias ſi cantamus ſive alternatim ſive una ſimul, concentu parili, voce conſona finiatur. Jubilus vero dulci modulamine bene diſcretis neumis deponatur *. Omnem igitur cantum ſive Pſalmodiam, ſi moroſe ac propere pſallimus, ſemper cum facultate vocum & rotunde, ſuavi melodia peragamus. Reſponſoria vero & Antiphonas, Gradualia, Tractus, *Alleluja*, Offertoria & Communiones, omnemque gravem cantum, remiſſiori ac velociori proceſſu perſolvamus. Feſtivis namque diebus in omni cantu punctum & pauſam non omittamus: privatis autem diebus ſic pſallamus ac cantemus, ut nullus tepidus aut deſidioſus aliquam, aſtute cavillando, poſſit habere excuſationem. Si duo ſimul cantent, ſyllabas & pauſam ad punctum æqualiter incipiant & finiant, & deſcendat vox infirmiori fortior: ſi autem impares ſint voces & diſſonæ, vilior mutetur, & ſic parificentur. Solus quidquid cantet vel legat, mediocriter incohet, & tali voce ut ſine ſtrepitu perficiat, & intellectui verba diſtribuat, ac Neumata dulci diaphonia ſymphoniace terminet, ut ædificentur audientes. Quicunque imponit Antiphonam vel Reſponſorium, Pſalmum aut Hymnum, Introitum aut Graduale, Tractum ſive *Alleluja*; ſeu quidquid incipit, duas vel tres ſyllabas an unam ſyllabam, & duas aut tres notulas imponat ſolus tractim, aliis tacentibus; & ab eo loco quo intonans dimiſit, cæteri inchoent, ſubſequentes, non repetendo quod ille præcinuit. Similiter obſervetur, cum Cantor imponit aliquid vel reincipit, ſeu quemcumque cantum pronuntiat, Chorus concordi melo ſubſequatur voce unanimi. Caveat autem Cantor, ne unquam cantum mutet de voce in vocem ſcilicet, ut aliam incipiat, quam eam in qua incœptus eſt cantus; quia valde indecens eſt in Muſica, niſi tantum per *Diapaſon*, ſive *ſuſum* ſive *juſum*. Hæc de gremio ſanctorum Patrum collegimus, quorum quidam hunc modum cantandi ab Angelis didicerunt, alii, Spiritu Sancto rimante in cordibus eorum, per contemplationem perceperunt. Quam formam ſi diligenti ſtudio imitari conamur, erimus & nos pſallentes Hymnis & Canticis ſpiritualibus, canentes Deo in cordibus noſtris ſpiritu & mente. Qui ergo hanc regulam inſtitutionis noſtræ tranſgredi temere præſumpſerit & violare, tam graviter puniatur, ut cæteri metum habeant, & emendentur. Hiſtrioneas voces, garrulas, alpinas, ſive montanas, tonitruantes, vel ſibilantes, hinnientes velut vocalis aſina, mugientes, ſeu balantes quaſi pecora, ſive fœmineas, omnemque vocum falſitatem, jactantiam ſeu novitatem deteſtemur, & prohibeamus in Choris

noſtris; quia plus redolent vanitatem & ſtultitiam quam religionem; & non decent inter ſpiritales homines hujuſmodi voces in præſentia Dei & Angelorum ejus in terra ſancta Sanctorum. Tales enim qui ejuſmodi voces habent, & carent modo naturali, quia nec aliquando exercitati alicujus inſtrumenti muſicalis artificio; & ideo aptam flexibilitatem vocis non valent habere ad neumas. Ergo iſti, cum ſint incompoſiti moribus & voce, tamen ſub obtentu Religionis præſumunt eſſe & videri Cantores & Rectores in Choris, cum non ſciant, nec ſcire velint; propterea interdum ſubminiſtrant diſcordiam & diſſolutionem in Choris, & ſuſtollant ceteros: cum autem levitate nimia præcipitant cantum, aut gravitate inepta ſyllabas ſantur, quaſi qui trahat molarem lapidem ad montem ſurſum, & tamen in præceps ruat ſemper deorſum; ideoque nullo moderamine contenti, non percipiunt ſubtilem dulcedinem intellectus, & raro perveniunt ad delectationem virtutum; multo magis nunquam aſpirant ad ſpeculandum divina myſteria, & ad rimandum ſecreta cæleſtia. Talium utique hominum vocibus, cum non ſint bonæ, Muſica tamen ſcit eis bene uti in locis opportunis, quod illi ignorant qui eas habent in arca ſui pectoris. Nos igitur ſic ſtemus in diſciplina pſallendi, ut ſecundum Regulam B. Benedicti Patris noſtri mens noſtra concordet voci, cantantes & pſallentes in conſpectu Sanctæ Trinitatis & ſanctorum Angelorum, compuncti corde cum tremore, & in timore divino, devota mente, amore ſupernorum, ſpiritus ardore, intimo deſiderio accenſi, ut per verba quæ pangimus, ad cæleſtia elevati, cælites effecti, arcana contemplantes, ſuavi animo, pura anima, jocunda ſpiritus gravitate, concordi levitate, dulci melodia, nectareo jubilo, organica voce, & ineffabili lætitia jubilemus Deo Creatori noſtro; ut tandem inter Sanctos reſuſcitati, mereamur eum qui nos vocavit, in æterno gaudio tripudiantes, laudare, ubi vivit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

# *Ex libro de Arte Metrica Vener. Bedæ Presbyteri.*

*De Epiſynalepha vel Diæreſi*

Conjunctionem etiam ſolutionemque ſyllabarum, quam Græci *Epiſynalepham* & *Diæreſim* vocant, ubi neceſſe eſt, licitam ſcire Metricam conjunctionem *&c.* .... Recipit & *R.* litera ſolutionem, quamvis ordine diſſimili; ibi enim diſcuſſis ſive conglutinatis vocalibus, ſyllaba contra naturam aut accreſcit aut interit; hic autem ea vocali, quæ nequaquam adſcripta eſt, in ſono vocis aſſumpta, ſuperaccreſcere tamen ſyllabam conſuevit, ut, *Illi continuo ſtatuunt ter dena argenti*, & Paulinus, *Et ſpatii cœpere & culmis incrementa*; & rurſus, *Sic prope ſic longe ſita culmina reſpargebat*. Et Prudentius in Pſychomachia, *Dixerat hæc, & læta libidinis interfectæ*: & idem in eadem, *Palpitat atque aditu ſpiraminis intercepto*. Neque enim in quinta regione verſus heroici ſpondæum ponere moris erat; ſed ita tamen verſus hujuſmodi illos voluiſſe ſcandere reor, ut addita in ſono, Vocali quam non ſcribebant, dactylus potius quam ſpondæus exiſteret, verbi gratia, *Interecepto*, *Inceremenia*, *Interfectæ*, *Reſparigebat*, & per ſynalepham *Denarigenti*. Quod ideo magis *R.* litera quam cæteræ conſonantes patitur, quæ, quia durius naturaliter ſonat, durior efficitur, cum ab aliis conſonantibus excipitur; atque ideo ſonus ei Vocalis apponitur, cuius temperamento ejus levigetur aſperitas; quod etiam in Cantilenis Eccleſiaſticis ſæpe cum eadem litera facere conſueverunt, qui Antiphonas vel Reſponſoria vel cætera hujuſmodi quæ cum melodia dicuntur, rite dicere norunt.

*Vetus*

# *Vetus Inſcriptio poſita in Porticu Diaconiæ S. Mariæ in Coſmedin, ſive, in Schola Græca.*

*Vetus Monumentum ad Annum DCCCCII.*
*Joanne IX. Pont. Max.*
*Donationis factæ a Theubaldo Eccleſiæ S. Valentini*
*Quæ e regione hujus S. Diaconiæ extabat*
*In diruto iſtius Secretario repertum*
*Hoc loco Archipreſ. & Canonici Poſſ.*
*Urbano VIII. P. M. Anno Jub. MDCXXV.*[1]

SVME VALENTINE MARTIR HEC DONA BEATE. QVE TIBI FERT OPIFEX TEV BALDVS CORDE BENIGNO. HEC ITAQ. SVNT QVE TIBI BEATISSIME MARTIR IDEM TEVBALDVS CONCESSIT. QVATINVS SINT IN VSV SACERDOTV IN PERPETVV DO TIBIQ. HIC SERVIENTIVM IDEST. DOMVS DVAS SOLARATAS IVNCTAS IN VICINO TVÆ ECCLÆ CELLA IVXTA EAMDEM ECCLAM. ORTICELLV CV OLIVIS RETRO ÆCCLAM SCI NICOLAI. VINEA IN ANTONIANO. MISSALEM. I. ANTIFONARIA. II. VNV DIVRNI. ALIVQ. NOCTVRNI OFFICII. FERIALES. II. LIBRV GENESEOS CV ISTORIIS CANONICIS. PASSIONARIV. DIALOGV CVM SCINTILLARIO. IMNARIA. II. LIBRV EX MORALIB. CALICE ARGENTEV EXAVRATV CV CALAMO ET SVA PATENA. TVRIBVLV ARGENTEV. MANVALE. I.

SI QVIS VO BEATISSIME MARTIR EX HIS QVE TIBI A IA DICTO TEVBALDO CCESSA SVNT ET VEL AB ILLO AVT AB ALIIS CONCEDENTVR TEMERARIO AVSV ALIQVID ABSTVLERIT. DISTRAXERIT. VENDIDERIT. VL FRAVDAVERIT. SIT SEPATVS A DO OMIV QXPIANOR. CSORTIO. QVIN. ET PERPETVO PERCVSSVS ANATHEMATE. ATQ. CV DIABOLO ET OIBVS IMPIIS IVNCTVS. AETERNO INCENDIO EXVRATVR. TEPORE PONTIFICIS NONI SVMIQVE IOHIS. EST SACRATA DIE SVPREMO HEC AVLA NOVEBRIS DV QVITA ELABENTE INDICTIO CVRRERET ANNVM.

INDEX

(1) *Conſulto eam Inſcriptionem hoc pacto exhiberi voluimus, ut mentis formam repræſentaret, qua in ipſo veteri marmore gaudet: quod marmor quum adeuntes a nobis inſpiceretur, factum inde eſt ut & emendatiorem eam daremus, quam præſtiterit ille qui Hiſtoriam Baſilicæ S. Mariæ in Coſmedin adornavit. Quem videſis pag. 82, & ſequentibus aliis nonnullis.*

# INDEX

## EORUM QUÆ HOC IN VOLUMINE HABENTUR.


Epistola nuncupatoria ad Eminentissimum Silvium Card. Valenti &c.
In novam Editionem Præfatio numeros in XXV distributa.
Num. I. Exponit Ven. Thomasium omnium primum Responsorialia & Antiphonaria typis vulgasse.
II. In Rebus Liturgicis Rom. Ecclesiæ veluti Parentem Ven. Thomasium esse habendum tradit.
III. Causas exponit quibus Ven. Thomasius excitatus præsens Opus vulgavit.
IV. Varios canendi modos explicat, & Antiphonarii ac Responsorialis nomina.
V. Quid sit Cantus Responsorius aperit.
VI. Duplicem Responsorii cantus rationem tradit.
VII. Jo. Baptistæ Cotelerii de græcæ vocis ἀναπαλιντρίας usurpatione opinionem enarrat.
VIII. Eamdem opinionem refellit.
IX. Superiorem refutationem altero firmat argumento.
X. Alterum Responsorii cantus modum expendit.
XI. De Cantorum officio agit.
XII. Veterem Inscriptionem ad Lectoris ætatem spectantem exhibet.
XIII. Narrat Ven. Thomasium satisfeciisse difficultati a Petro Gussanvillæo excitatæ de Responsorii cantus in Ecclesia Institutoribus.
XIV. De Antiphonarum apud veteres usurpatione & repetitione agit.
XV. Gregorio Magno Pontifici cantus & Liturgicorum Librorum restaurationem adserit.
XVI. Difficultatem a Georgio ab Eckhart propositam in superioris numeri adsertionem enarrat.
XVII. Eamdem difficultatem notat.
XVIII. Dominicum Georgi Eckhartum non satis bene refutantem reprehendit.
XIX. Aliud argumenti genus ad num. XV adstruendum rejicit.
XX. Quod adfirmaverat num. XV rationibus adstruit.
XXI. Agit de Mss. Cod. Responsorialis & Antiphonarii Archivi Basilicæ Vaticanæ.
XXII. Expendit Antiphonarium & Responsoriale Cod. Ms. Monasterii S. Galli.
XXIII. Agit de Epistolis Ven. Thomasii datis ad D. Hermannum Sbenk Sangallensem Monachum occasione superioris Antiphonarii.
XXIV. Tractat de hujusce Operis Appendice.
XXV. De Scholiis, quibus integrum hocce Opus Ven. Thomasius illustravit, agit.


Ven.

*Ven. Card. Thomaſii Epiſtolæ* XVIII *ad D. Hermannum Shenk Monachum Sangallenſem pag.*(XXXIX)
*Ejuſdem Epiſtola nuncupatoria ad D. Hieronymum Caſanate S. R. E. Cardinalem.*
*Ejuſdem Index rerum quæ hoc libro continentur.*
*Ejuſdem Præfatio in Libros Antiphonarii & Reſponſorialis pag.*1.
*Ejuſdem Præfatio ad Scholia in ſuperiores Libros &c. pag.*XLIII.
*Sequitur Liber Reſponſ. & Antiphon. &c.*

EXCUDEBANT ROMÆ
NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI
AD THEATRUM POMPEII
ANNO A CHRISTO NATO CIↃ. IↃ. CC. XLIX.
MENSE PRIMO.

6187013

618799

Digitized by Google

Digitized by Google

3
D-23